F. VI. 219

VI 219
F. VI. 219

C.

F.VI. 219
Giacomo Criſpi.

Q. SECTANI
SATYRÆ

Numero auctæ, mendis purgatæ,
& ſingulæ locupletiores.

EDITIO NOVISSIMA

ACCEDUNT

Argumenta, ac Indices Rerum, Verborum, & Nominum,
necnon Commentaria ex Notis Anonimi:

Concinnante

P. ANTONIANO

LIBER PRIMUS.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI TORINO



AMSTELODAMI
Apud Elſevirios. M.DCC.

HUMANISSIMO LECTORI TYPOGRAPHUS S. P. D.

SATYRÆ Q. Sectani, tot editionibus, doctorumque virorum approbatione clariſſimæ, unum hoc infortunium ſubiere, quod hactenùs ab errorum fæce expurgatæ nunquam prodierunt. Quiſque, prout avaritia, aut novarum rerum libido ſuaſit, typis mandare, nullo pudore, nullâque adhibitâ curâ, quid prælo committeretur; unde informes libelli, multiſque mendis deturpati, & ab Archetypo longè diſſimiles publicâ luce donati ſunt. Tandem, amice Lector, neſcio quo fato, ſive Reipublicæ litterariæ bono, inventus eſt, qui auctum, emendatumque codicem manibus meis credere voluit, fretus fortaſsè Tranſalpinâ fide, ac diligentiâ. Hunc in communem utilitatem exponere non

ſine labore, inſignique expenſâ cogitavi, tibi rem apprimè gratam, utinam & Authori ſuo facturus. Sed tanta eſt (ut audio) celeberrimi Viri modeſtia, & famę, quam cæteri mortales appetere ſolent, contemptus, ut verear illius indignationem potiùs ſubiturum, quàm conſenſum. Non enim nos Batavos latet, cùm Virorum Principum clientela, & amicitia offerretur, tacendo generosè reſpuiſſe; quin Pontificis Maximi beneficentiâ invitatum, imò oblatâ fortunâ provocatum, nunquam ſe aperuiſſe. Quod ſicuti inter reliquas animi dotes Sectani virtute factum agnoſco, ita mirari non deſinam, cur tantùm ſui nominis celebritatem inviderit. Odium quippè, ſimultates, & pericula, quæ Satyrici ferè ſemper ſubire ſolent, noſter Author penitùs effugit. Pręceptum, de Deo parùm, de Principe nihil, non modò ſervavit, ſed utrumque laudibus proſequutus, feliciter aſſeruit. NAM INNOCENTII XII. PRAECLARA FA-

cta

cta cultis adeò versiculis celebravit, ut nunquam interitura sint memoriae posteritatis, nosque etiam in eorum admirationem libenter adducant. Ecquis enim Optimi Principis amore rapi, ac inflammari non fateatur, cùm satyras percurrens audiat pauperes amplissimo hospitio exceptos, Urbem non modò splendidis aedificiis auctam, sed etiam bonis moribus ornatam, et in Aula omne jus auro penitùs interdictum? Cæterùm Proceres & Magnates ſilentio præteriit, contentus ſęculi vitia expungere,& ab illorum contactu Patricium ordinem, cereamque Juventutem revocare. Quod ſicuti Reipublicæ opportunum, & ſalutare, ita Deo charum, acceptumque eveniſſe confido. Scio invidos, ac animi prorsùs lividi malignâ interprętatione Satyram conſcripſiſſe, ubi non invenerunt. Gelliæ quippè, & Quartillę vocabula ad ſupplendos metri hiatus, vel ad ſuſtinendas vitiorum

per-

perſonas commenta, translata fuerunt in familiarum ludibrium; nec abfuit, qui animosâ fretus dicacitate affirmaverit in Nobilium Virginum gynecæa carminum licentiâ irruptum, & verendam ingenuis animis majeſtatem feſcenninis ſalibus prophanatam. Verùm quàm longè aberrent à veritate, & quàm temerè de Authore cogitaverint, ipſa nona Satyra per ſe loquitur, nec meliori indiget Apologetico. Ipſum denique Philodemum, qui veluti Hęros in hanc ſcęnam producitur, crederem (quicquid Scioli dixerint) immeritò iraſci, niſi ultrò profiteatur ſe vitiis illis inquinatum, quibus Sectanus indignatur. Sed Calabrum, ſed Bionem, ſed Opicum appellavit, quæ omnia certum hominem deſignant. Nec ſolus ille Calaber, nec ſolus Bionis, Opicique nomen tulit: unde querelis abſtineat, ſcriptorique gratias agat, qui neminem lædere, omnibus prodeſſe contendit.

Cæterùm, quod attinet ad ſtylum

Saty-

Satyræ, à melancholicis nonnullis, jejuni-
que ingenii reprobatum, multa reponere
potuiſſem; ſed Typographi munus exce-
derem, ac fortè quererentur Gramma-
tici, me illorum jura invaſiſſe. Fateor ta-
men, cùm videam Sectanum ubiquè ter-
rarum in deliciis eſſe, communique Litte-
ratorum conſenſu cenſeri vix ab Juve-
nale ſecundum; in eam facilè ſententiam
adducor, nec à ſtylo, nec à proprietate
carminis longiùs aberraſſe. Præstereà cùm
in Officinâ meâ multi docti, inſigneſque
viri convenire ſoleant recreationis gra-
tiâ, nec raro, imò ferè quotidiè de hiſce
Satyris loqui contingat; Sectanum Italo-
rum decus, ac noſtri ſæculi gloriam ap-
pellare ſæpiuſculè audivi. Siquidem ma-
ximâ ſcripſit ſermonis elegantiâ, & mi-
rabili ſanè fęlicitate difficillima expreſ-
ſit; quodque Italis vernaculâ linguâ ede-
re durum foret, ac per circuitus facere
oporteret, ipſe latinè dixit, tenerâque
metri juncturâ inſinuavit. Nec ut cæteri
Poe-

Poetæ antiquæ tantùm, & ſi fas eſt dicere, obſoletæ eruditioni adhæſit, ſed relictis Icari lapſu, Gigantum pugnâ, Ulyſſis laboribus, cæteriſque putidis ſcholarum tropis, res præſentes, quæ manibus contrectantur Latio lepore adeò condivit, ut illæ, vel priſcorum Romanorum ævo accidiſſe, vel alter Juvenalis noſtris temporibus ſcripſiſſe videatur. Quod ſi aliquis adhuc miretur, cur adeò noſter Author ſine cothurno, & ſyrmate placuerit, reſpondere poterit Martialis;

Non hìc Centauros, aut Gorgonas, Harpiaſque
lib. 1. ep. 4. *Invenies: Hominem pagina noſtra ſapit.*

Gratulor itaque Urbi Romę cadente hoc ſęculo unum contigiſſe, quem ſuperbæ Galliæ, & Hollandiæ noſtræ opponat. Multi, ac propemodùm infiniti hac ætate fuerunt Scriptores. Hiſtoria ſacra, Sancti Patres, artes etiam liberales maximè illuſtratæ. Antiqua Numiſmata, Res veſtiaria,

ſtiaria, Vaſa, Lucernæ, Sepulchra è tenebris vendicata. Verùm ſi tot librorum myriades placeat inſpicere, paucos admodùm invenies, qui non alienis veſtigiis ſerviliter adhæſerint, & veterum commenta vel recoxerint, vel paulùm ornaverint. Adeò ut (abſit verbo invidia) unus ferè Sectanus in hoc ſenio litterarum novum ſe præbuerit, & aliquid proprio marte elaboraverit. Illud etiam maximè penſandum puto, Authorem (ut perhibent) Romæ ſcripſiſſe, ubi non licuit ea perſtringere, quæ gloriam, & plauſum de facili comparare potuiſſent; ſed in minimis occupari maluit, ut ſecurius ſcribere liceret, & tutius latere. Accedit, quod Romano Imperio penitùs collapſo, vixque umbrâ ſuperſtite, etiam ipſa vitia defecere, & quædam peccandi dignitas, ut nonniſi puſilla, plebejaque crimina ſuperſint; impar ſatyrico materies.

Reliquum eſt, ut de Commentariis aliquid dicam. Has notas, quas, Amice Lector, tui juris facio, ex Anonimi lucubrationibus petitas, raptas tamen potiùs, quam conceſſas, quaſque privato ſtudio, & tumultuariè confectas Amicus noſter P. Antonianus diſpoſuit, & auxit, Lugdunum aſportavit eruditiſſimus Harneus poſt confectam Italiæ peregrinationem; cùmque ad manus meas perveniſſent, cogitanti Satyras typis mandare, ad illarum illuſtrationem conducere putavi, & dignitati Authoris non parùm conſulere. Hîc enim Poetarum tam Latinorum, quàm Græcorum imitationes, & antiquæ cum modernâ eruditionis conſonantiam dilucidè, & accuratè exornatam invenies. Præterea Romanæ plebeculæ minutas res pleriſque ignotas, & penitùs inauditas, ſine quibus in obſcùris foret ſermo, adeò hæc Commentaria in lucem produxerunt, ut legenti in mediâ Suburrâ

râ adeſſe videatur. Porrò ſi in Nominum origine, & ſignificatione indagandâ plus æquo interdum fuerit immoratum, hoc ad ſtudium antiquitatis, & reconditioris eruditionis pertinere unicè ſcias, non ad quemquam contrà Authoris mentem indigitandum.

Satyras mihi obventas numero auctiores, quam quæ paſſim vagabantur, ac etiam locupletiores, in plures Tomos diviſi, eo conſilio, ut commodiùs volumen foret, & interim, dum ulterior editio paratur, acceptum nè, gratumque ſtudioſis viris perciperem. Ad ultimi libri calcem rejeci Authoris apologiam, ſive Dialogum, nec non Indices ampliſſimos tum rerum, tum verborum, ac etiam nominum. Nihil videlicèt, Amice Lector, deſiderabis ad abſolutum undequaque opus, & omni non tantùm mundiciè, ſed etiam cognatà noſtris Typis elegantiâ concinnatum.

Dum adhuc Satyræ ſub prælo laborarent, adfuit mihi homo quidam vultus parùm liberalis, rugoſique ſupercilii, nigris tunicis, comis attonſis, proniſque in canitiem, barbâ tamen fuco quodam nigricante adulteratâ juventutem mentiebatur; Hic nuperrimè Româ proficiſcens, & probè inſtructus eorum, quæ hoc opere continerentur, ſuadere nitebatur, ut caſtrarem (hoc ille uſus vocabulo) Sectanum, nè fortè, ut ajebat, Romanâ in Aulâ cenſuram ſubiret. Fateor ingenuè, ridere cœpi, ut qui neſciebam, quid ſibi vellet iſta cenſura, nec is videbatur Sectanus, cui tantam, & tam atrocem injuriam infligerem; ſimulque peregrinum hortabar, ut ſui exemplo me in opinionem, ſi vellet, adduceret. Res ad litem converſa eſt. Aderant quippè in Officinâ eruditus Gronovius noſter, & nunquam ſatis laudatus Grævius, alacer uterque Satyrarum propugnator; auditoque

toque ignoti, & inurbani hominis conſilio, audacter interrogare, ecquid in Sectano tam ſalax, ut evirandum cenſeret? Quid tam obſcœnum, ut delicatas aures offenderet? Si vitia expungere Satyrico inſtitutum, quî fieri poterat, ut res etiam putidulas non attingeret? Demùm latinè ſcripſit, eo videlicèt idiomate, quo pueros, virgineſque corrumpi timeri nequaquam poteſt. Ergo Ovidius, qui de arte amandi præcepta tradidit veſtris in ſcholis legendus, explicanduſque; Sectanus, qui rebus amatoriis iraſcitur, qui Matronarum luxum, Muſicæque illecebras penè devovet, indignus cenſebitur publicæ lucis uſurâ? Se quidem exteros homines, & fortè cum Romanà rè parùm conjunctos, non tam præpoſterè ſentire de Urbis Theologis, ut dubitare contingat tale dedecus Sectanum ſubiturum. Ego verò de hoc ſucceſſu parùm ſollicitus, nil cunctabor(Can-

dide Lector) labores meos tibi offerre; quos ſi non omni errorum nebulâ purgatos edere contigerit , ſaltèm impendia , ſtudium , egregiamque meam voluntatem grato animo excipies . Vale , & Q. Sectanum ardentius ama .



ELEN-

ELENCHUS
AVTHORUM,
Qui in Notis ad Sectani Satyras citantur.

Æſchines.
Agellius.
Achilles Statius.
Albinovanus.
Alciatus.
Alex. ab Alexandro.
Alexander Aphroſidæus.
Alexander PP.
S. Ambroſius.
Ammianus Marcellinus.
Anacreon.
Anthologia.
Apollonius.
Appianus Alexandrinus.
Apulejus.
Ariſtenætus.
Ariſtophanes ſæpè.
Ariſtoteles ſæpè.
Arnobius.
Arrianus.
Artemidorus.
S. Auguſtinus ſæpè.
Avicenna.
Aurelius Victor.
Auſonius.
Author Priapeja.
Balſamon.
Baronius.
S. Bernardus.
Bernardus Juſtinianus.
Bertaldus.
Bion.
Bonarrotus. V. Philippus.
Brodæus.
Budeus.
C. Flaccus.
Calaber.
Calcagninus.
Callimachus.
Calpurnius.
Capitularia Caroli M.
Carolus Paſchalius.
Caſaubonus.
Caſſianus.
Caſſiodorus.
M. Cato.
Celſus.
de la Cerda. V. Ludovicus
S. Chriſoſtomus.
Cicero.
Claudianus.
Clemens Alexandrinus.
Cleophilus. V. Octavius.
Colleſſo.
Columella.
Concilia.
    Chalcedonenſe.
    Quinis extum.
    Londinenſe 1.
Cornelius Nepos.
Cornificius.
Cornutus.

Cor-

Corradus.
Curtius.
S. Cyrillus Alex.
Decretalium liber.
Decretum Gratiani.
Delrius.
Demetrius Phaleræus.
Demoſthenes.
Dictis Cretenſis.
Dio Chriſoſtomus.
Diodorus.
Diogenes Laertius.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Dioſcorides.
Empedocles.
Ennius.
Euripides ſæpè.
Eunapius Sardianus.
Euſebius.
Euſtatius.
Favorinus.
Flaccus.
Flavius Vrſinus.
Florus.
Fabrettus. V. Raphael.
Felinus.
Ferrarius.
Feſtus.
Galenus.
Germanus.
Gonſalius.
Grangæus.
Gravina. V. Janus.
S. Gregorius M.
S. Gregorius Nazianzenus.
Gretſerus.
Gronovius.
Gruterus.
Guillelmus Tyrius.
Gyraldus.
Hadrianus Junius.
Hadrianides.
Henricus Stephanus.
Henricus Salmuth.
Hephæſtion.
Herodianus.
Herodotus.
Heſychius.
Heſiodus ſæpè.
S. *Hieronymus.*
Hippocrates.
Homerus paſſim.
Horatius paſſim.
Hottingerus.
Janus Gravina.
Interpres Ariſtophanis.
Joſeph Heb.
Julianus Imperator.
Junius. V. Hadrianus.
Jus Juſtinianeum
Juſtinianus. V. Bernardus.
Juſtinus.
Juuenalis paſſim.
Kirchmannus.
Labbeus.
Lactantius Firmianus.
Laertius. V. Diogenes.
Lævinus.
Lilius.
Lipſius.
Livius.
Lubinus.
Lucanus.
Lucianus.
Lucilius.
Lucretius.
Lycophron.
Macrobius.

Mni-

Manilius.
Martialis paſſim.
Martianus.
Martinellus.
Mazochius.
Menander.
Mercurialis.
Monardes.
Muretus.
Nemeſius.
Nicander.
Nonius.
Octavius Cleophilus.
Ovidius.
Ouzelius.
Pacuvius.
Padianus.
Papinius.
Parrhaſius.
Paſchalius. *V. Carolus*.
Paulus I. C.
Pauſanias.
Perſius ſæpè.
Philippus Bonarrotus.
Petronius Arbiter.
Philon Hebræus.
Philoſtratus.
Photius.
Pignorius.
Pindarus ſæpè.
Plato.
Plautus.
Plinius Iunior.
Plinius Senior.
Plotinus.
Plutarchus.
Politianus.
Pollux.
Pomponius Lætus.
Pomponius Mela.
Porphyrion.
Proclus.
Propertius.
Prudentius.
Ptolomæus.
Quintilianus.
Raphael Fabrettus.
Raphael Volaterranus.
Renodius.
Rhianus Cretenſis.
Salmaſius.
Salmuth. V. Henricus.
Sanazarus.
Saluſtius.
Sapphus.
Scaliger.
Schrevelius.
Scriptura Sacra Veteris, & Novi Teſtamenti ſæpè.
Seneca.
Servius.
Severus Sulpitius.
Sidonius Apollinaris.
Sipontinus.
Socrates Hiſt.
Socrates Philoſ.
Sophocles.
Spondanus.
Sponius.
Statius.
Stephanus Bizantius.
Stobæus.
Stukius.
Strabo.
Svetonius.
Suida.
Syneſius Cyrenæus.
Tacitus.

Ti-

Terentius. | *Valerius Maximus.*
Tertullianus. | *Valla.*
Tibullus. | *Varro.*
Timon Philiaſius. | *Vegetius.*
Theocritus. | *Virgilius* paſſim.
Theodoretus. | *Vitruuius.*
Theophanes. | *Viuius.*
Theophraſtus. | *Volaterranus. V. Raphael.*
S. Thomas. | *Vulpianus.*
Thucidides. | *Vvoſſius.*
Turnebus. | *Xenophon.*

LAUDANTUR

SS. INNOCENTIUS XII. *ſæpè*
Gaſpar Carpineus.)
Petrus Ottbobonus.) *Cardinales.*
Io: Franciſcus Albanus.)
Raynutius Pallavicinus Gubernator Urbis.
Beliſarius de Bellis Epiſc. Melphict. Viceſg.
Fr. Paulinus Bernardinius S. A. P. Magiſter.
Jo: Hieronymus Aquaviva Dux Atrienſis.
Raphael Fabrettus.
Philippus Bonarroti.
Io. Iacobus de Rubeis.
Carolus Antonius Grue.

ELENCHUS SATYRARUM
Quæ primo Libro continentur.

1. *Impius.* 2. *In Circo Mimus.* 3. *Vitæ Arbiter.* 4. *Aræ Cultor.* 5. *Fit Calidæ denique lusus Aquæ.*

TESTI-

TESTIMONIA
ILLUSTRIUM VIRORUM
DE SECTANO

SI cupis ignoti nomen cognoſcere Vatis,
Junge tria antiquûm nomina clara Virûm.
Hic Sectanus erit; ſubdit nam Perſius iras,
Cum Flacco ridet, cum Juvenale tonat.

I. Gronovius.

SEctane, ò Latiæ decus Camœnæ,
Et noſtri columen cadentis ævi,
Tuis dum lego verſibus lepores,
Et tinctum ſale ſæculum modeſto,
Seu nudo vitium ſtylo petitum,
Antiquam videor videre Romam;
Nec eſt cur doleam mihi negatum
Priſcis temporibus fuiſſe in Urbe
Tunc rerum Dominâ. Valete quotquot
Vates egregii tulit vetuſta
Ætas, & tumulis pudica veſtris
Naſcatur viola. At mihi ſatis ſit
Sectanus Latiæ decus Camœnæ.
Unus qui Veneres, cupidineſque,
Et pulchro Charites ligare nexu
Sermonis docuit, ſimulque luxum,
Et ſontes jaculo ferire mores
Certus, Caſtaliis ſacram fluentis

Iram

Iram, non animo fovit nocendi.
Ultrà deſine quæſiiſſe nomen,
Et, hic eſt (aliquo petente) dicas
Sectanus Latiæ decus Camœnæ.

O. Jacobæus.

CUm tua trans Alpes dederint tibi carmina nomẽ
Prædicet & Vatem Roma ſuperba ſuum;
Neſcio cur tacitus ſtudeas contemnere plauſus,
Nec te ſollicitent fama, decuſque tuum.
Invidiam fortaſsè times, quæ parcere vivis
Neſcit, & in doctos livida dente furit?
Oh longum lateas! nec ſit tibi gloria tanti,
Ut vulgi invidiam vincere morte velis.

I. G. Grævius.

QUæ ſunt Farnabicis notis decora,
Et grandi Batavâ ſuperba chartâ,
Quæ paſſim cupidè legit juventus,
Longi carmina temporis domabunt
Morſuſque, invidiamque pertinacem,
Et quæ Grammatici manus inepti
Spurcant rancidulis libros lituris.
Hîc luſus teneros habes, Corinna,
Et quotquot Charites, Cupidineſque
Naſoni faciles dedere Muſæ;
Habes Corduba nobiles cothurnos
Hîc, & ferrea Bilbilis cachinnos,
Et Flacci nitidos jocos, ſaleſque
Hîc doctus poterit videre lector;
Quid ergo veteres legis Poetas?
Sectanum lege pro omnibus Poetis.

Adolph. Overhamius.

SATYRA PRIMA.

ARGUM. Philodemus occupat in viâ Sectanum Arcadiæ Academiam petentem, omnique officiorum genere contrectat, ſtudens ſibi, ſuiſque opinionibus addicere; Varios nectit ſermones; Atheiſmum præ cæteris extollit; averſantem ab impietate, vitam civilem docere aggreditur: ſed tandem pertęſus Sectanus Nebulonis dicteriis opportuno commento ab illius aſpectu ſe eripit. Character hominis uſque ad nauſeam petulantis ad vivum, & eleganter exprimitur.

IBam fortè ſacri nemoris viſurus Aſylum
Arcadiæ, nuper quo conceſſere Camœnæ
Unanimes. Longo pertæſum calle ſalutat

Notæ.

1 Initium Satyrarum ſuarum penè ad litteram deſumit noſter Sectanus à probatiſſimo authore Horatio, qui Satyram nonam ſtatim primo ejuſdem verſu ſic exorditur.

Ibam fortè viâ ſacrâ (ſicut meus eſt mos)

1 *Aſylum &c.* Locus, qui violari non debet ab *à* privativo,

& συλάω *rapio*: utpote inviolabilis, & conſecrationis lege tutus, ad quem confugientes ſine ſummo piaculo avelli non poterant. Primum aſylum ſibi Athenis conſtituerunt Herculis poſteri, veriti vim eorum, qui ab eo fuerant vexati, ut tradit Statius 12. Thebaid. Hos deinde imitatus Romulus Aſylum conſtituit inter Capitolium, & Palatium, in loco ſacro, quem Quercetum nuncupabant. Hic autem ſacer locus in luco quodam fuit; unde tertia Romanorum legio Lucerum dicta, tertia videlicet ex iis, quæ ab Urbis principio ſtatutæ fuere, à luco ita nuncupata; ex quo Virgilius lib. 8. Æneid.

Hinc lucum, quem Romulus acer Aſylum
Rettulit.

Hiſtoriæ Romanæ optimè alludit Sectanus, dum Arcadicam Academiam in Monte Palatino exhibitam nuncupaturus, (de eâ mox fuſius) Aſylum denominat, qui etiam prope Palatinum erat, ut ex hoc intelligatur pars ea propria montis tacito quodam nutu; ſicut & lucus, in cujus medullitio ipſa academia celebratur; quo fit, ut appoſitè ad locum, ad lucum, & ad exercitium Muſarum aſylus dictus fuerit.

1 *Sacri nemoris &c.* Sacer, ſcilicet, Muſis; ex Theologia ſiquidem Gentilium habemus quemlibet lucum alicui Deo, vel certè Nymphis ſacrum, utplurimum heroibus, quibus deſtinabatur, ſicut Diis templum. Huc pertinet locus Platonis lib. 5. leg. qui τιμίων, ideſt *lucos* infert cum reſpectu ad Heroas: Facit & locus Tullii lib. 2. legum: *Lucos in agris habendo, & Larium ſedes.* Unde bene Servius in lib. primum Æneid. *Ubicumque a Virgilio ponitur lucus, ſequitur conſecratio*, & in tertium. *Lucus nunquam ab eo ponitur ſine religione, quia ibi habitant Lares viales, animæ heroum, & piorum.* Sic & Diis conſecrabatur, nam nullum Deorum templum ſine luco, ut obſervat Lilius Synrag. 17. Ideo Horatius Ode 21. lib. 1. lucorum vindicem Jovem facit

Tù purum caſtis inimica mittes
Fulmina lucis

Addo ex latinis Scriptoribus Senecam Epiſt. 41. ubi ait: *Si tibi occurrerit vetuſtis arboribus, & ſolitam altitudinem egreſſis, frequens lucus, & conſpectum cœli denſitate ramorum aliorum alios protegentium ſummovens; illa proceritas ſylvæ, & ſecretum loci, & admiratio umbræ, in aperto tam denſæ, atque continuæ, fidem tibi Numinis facit*; & ex Græcis Pollucem lib. 1. qui conſti-

tuens loca conſecrata Diis; ἄλση, inquit, καὶ τεμένη, καὶ ἱερά; ex noſtris autem Auguſtinum, qui ſerm.141. de tempore, Gentiles reprehendens; *Quicumque in ſuo agro* (ſcribit) *aut villâ, aut juxta villam aliquas arbores, aut auras, vel quælibet fana habuerit, ubi miſeri homines ſolent aliqua vota reddere &c.* De Nymphis autem, quæ Deorum adminiſtræ cenſebantur, teſtibus Virg. Æneid.1. Ovid.1. Metamorph., Cornuto, Heſiodo, atque aliis, habet idem Virgil. ecl.5. v.59. Sylvarum Præſides fuiſſe, *Dryadaſque* vocatas, quemadmodum & Querquetulanas Feſtus nuncupavit. Clarius autem hoc teſtatus fuit Georg. 4. v. 381. inquiens

ſimul ipſa precatur.
Oceanumque patrem rerum, Nymphaſque ſorores,
Centum quæ Sylvas, centum quæ flumina ſervant.

Dryadibus porrò nomen inditum fuit a proprietate: δρῦς enim *quercus* eſt, quæ creberrima in ſylvis, ſicut eſt ναίειν *fluere*, quod eſt proprium undarum, ut videre eſt apud Lexicographos.

2 *Quo conceſſere &c.* Utpote locum eiſdem Muſis ſacratum, ex quo rectè ſacrum nemus dicitur. Ex veterum ſiquidem ſententiâ, uti diximus, nemora omnia ſacra habebantur, vel quia in iis vigerent oracula, vel quia in eis Deorum templa eſſent, vel potius ut ſcripſit Plinius lib.12. c.1., quoniam iimet luci fuerunt Numinum templa.

2 *Camœnæ &c.* Sub nomine Camœnarum Arcadicarum intelligit propriè noſter Satyricus ipſos Academicos, Arcadas Romæ nuncupatos. Satis quippe notum eſt pluribus ab hinc annis Arcadum Academiam Romæ inſtitutam ſub Sereniſſimæ, dum in vivis ageret, Criſtinæ Svecoru[illegible]eginæ auſpiciis; eamque in Regiis hortis ſub Monte [illegible] [illegible]brari ſolitam. Hæc autem Academia poſt ejus obitum ad hortos Farneſianos in Palatino ſitos translata fuit; Academici porrò ſe ideo Arcades appellarunt, quod & omnes Paſtorum nomen, patriamq; uſurpaverint, & paſtorali tantùm more, ſtyloque etiam de rebus magis ſeriis, & gravibus diſſerere conſueverint. Quantum autem ad vocem hanc *Camœnæ* ſpectat, qua Muſæ connotantur, an *Camœnæ*, an *Caſmenæ*, an *Caſmoinæ* dicendæ ſint, dubium eſt. Dictas putant Grammatici quaſi canienas, à canendo, vel à carmine; Varro autem aliter etymologizat.

A lævâ Philodemus, homo mihi nomine tantùm
Notus; & oh, dixit, totâ quæſitus in Urbe
Ut bellè occurris! ſimul & conſtringere dextram,
Et

NOTÆ.

3 *Longo pertæſum &c.* Affectatus obſequii modus, à longè ſalutando quæſitâ, mendicatâque occaſione, tunc præcipuè, quando nullum interſit amicitiæ vinculum.

4 *Philodemus &c.* Sub Philodemi nomine homo quidam celatur, contra quem primò, & principaliter noſter author invehitur. Non mihi conſtat, qua de causâ Philodemum dixerit, niſi fortè a Greco *Φιλόδημος*, ideſt *popularis* derivarit, ſive quia è vili plebe ortus, ſeu auræ popularis aucupator fuerit.

4 *Homo mihi nomine tantum &c.* Ex imitatione Horatii Saty. 9.

Occurrit quidam, notus mihi nomine tantum

5 *Et oh, dixit, totâ quæſitus in Urbe &c.* Interjectio admirantis, lętantis, ac ſummum deſiderium exprimentis ſe jungendi Sectano, cujus ſocietatem tam cupido animo exquiſierat.

6 *Ut bellè occurris &c.* Bellè, ideſt aptè, appoſitè, & feliciter ad excludendam mali ominis ſignificationem, quæ propriè occurſui tribuitur ab authoribus; ex quibus habetur huic verbo vim eſſe in rebus tantùm adverſis. Hæc ſatis diſcimus ex Horatio Ode 5. Epod.

Nocturnus occurram furor

Tibul. lib. 1. eleg. 2.

Nec ſinit occurrat quiſquam, qui corpora ferro
Vulneret

Tandemque Virgil. lib. 3. Æneі. v. 406.

Ne qua inter Sanctos ignes in honore Deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omina turbet.

6 *Simul & conſtringere dextram &c.* Hos geſtus à Philodemo frequentari, dum cum amicis agit, referant, ſi ſint, qui eum norint. Dextram autem prehendere, & conſtringere benevolentiæ, comitatiſque ſignum, præcipuè apud Græcos; ex quibus mos tranſiit ad Latinos; unde Plautus in Curcul. act. 2.
ſcç. 3.

Et palpare humeros, & clarâ voce ſodalem
Dice-

NOTÆ.

ſcę.3. *Salve*, inquit, *mihi*, *prehendit dextram*. Idem eſt, & dextras copulari, ut ex eodem in Aulul. act.1. ſcę.2. *Adeunt, conſiſtunt, copulantur dextras*. Nemo autem melius expreſſit, quam Virg. Ænei.2., ubi Venus Æneam in cædem irruentem.

Dextrâque prehenſum
Continuit.

Quod apud Græcos exprimitur per verbum δεξιοῦσθαι, ſignificans humanam, ac benevolam prehenſationem ex captâ, aut datâ dexterâ; quæ ut fidei, ita charitatis, ac amoris ſymbolum eſt; docente Pythagorâ μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξίαν, *dextram non cuivis eſſe porrigendam*; ac ſi dixiſſet, quoslibet in amicitiam non eſſe admittendos. Addo, & prehenſionem dextræ Symbolum eſſe fidei; nec me falli ſinunt Curtius lib.5. hæc referens ſub perſona Darii, jam morituri, loquentis cum Poliſtrato: *Alexandro hoc fidei Regiæ, unicum dextræ pignus, pro me dabis*: Virgil. Æneid. 3. v.610.

Ipſe Pater dextram Anchiſes, haud multa moratus,
Dat juveni, atque animum præſenti pignore firmat:

Et eod. lib. v. 83.

Jungimus hoſpitio dextras, & tecta ſubimus

Statius 1. Thebaid.

Jam pariter coeant animorum in pignora dextræ

Apul: lib. 1. *injectâ dextrâ clementer me trahere adoritur*, nec non Livius lib.1. ubi de amicitiâ inter Herculem, & Evandrum initâ: *dextrâ Hercules datâ accipere ſe omen, impleturumque fata ait*: Queis conſonat Sophocles Aia: Flagel.

Εἰς χεῖρα Τεύκρῳ δεξίαν φιλοφρόνως
Θεὶς
In manum Tevcri dextram peramice
Ponens

Rectè quidem, nam veteres dextram fidei ſedem cenſuere, ut ex loco Virgil. l.4. verſ.596. *en dextra fideſque*: ubi fidem cum dextrâ jungit.

7 *Et palpare humeros &c.* Leniter, blandèque, & quaſi tentando tangere, in ſignum amoris, & benevolentiæ. Vocabulum

Dicere, & effuſâ clunem mihi lambere linguâ.
Quorſum hæc? mecum ajo, meditantem reddere verba *Offi-*

NOTÆ.

lum hoc putarem natum ab equorum ingenio, qui gaudent palpationibus, unde locutiones illæ in adulando, *palpare aliquem, & palpum adtradere*.

8 *Sodalem &c.* Sodalis, ſi propriè accipiatur, nil aliud ſignificat, quàm rerum lætiorum, leviorumque cum altero participem. Hîc autem diverſimodè vocabulum hoc accipiendum eſt: Denotat ſiquidem *Sodalitium* illud à Philodemo Neapoli inſtitutum, in quo *Lucis univerſalis*, ut nuncupabat, doctrina profitebatur, ex qua tam ipſe Philodemus, quàm ejus Sectatores dicti fuere per jocum, *i Luminoſi*: De hac verò luce univerſali ſuis loco, & tempore inferius agemus.

8 *Et effuſa &c.* Clunilingium nullibi legi, ſed tantùm cunnilingium apud Martial. lib. 12. Epig. 59., & penes Ariſtoph. in Equitib. de Ariphrade: Hinc dic à noſtro Satyrico hos fuiſſe potius æmulatos, quàm imitatos. Hoc ad turpiſſimum laſciviæ opus refertur; aliter autem ſe habet alterum, quod nil niſi vulgare quoddam dicterium importat, cùm de aſſentatoribus, & ad omne viliſſimum ſervitii genus expeditis, ac promptis hominibus agitur, qui ut potentioris alicujus gratiam aucupentur, quodlibet ſordidum, turpeque officium exerceri non verentur.

9 *Quorſum hæc? &c.* Translativè dictum eſt, nam vox, *quorſum*, Grammaticis propriè eſt, quaſi quo verſus, motumq; ad locum ſignificat: Apud noſtrum Sectanum in eo ſenſu accipitur, quo quidam Author ſcripſit: *Neſciebam quorſum ires*, hoc eſt, *quid tuis verbis velles*: ac ſi dixiſſet admirabundus: Ad quid tot in me officia, tanta humanitas &c.?

9 *Reddere verba &c.* Loco officiorum præſtitorum, verba videlicet officioſa; reddere ſiquidem eſt reſtituere cum ſuâ proportione: licet *reddere* ad vocem Oraculorum tantùm referant Virgil. 7. Æneid. v. 95.

Subita ex alto vox reddita luco eſt

& alibi Æneid. 3.

Vox reddita fertur ad aures

Et

Officioque pari jam reſpondere paratum
Occupat ille prius. Via, quæ te ducit ad umbram
Parrhaſiæ, ni fallor, ſylvæ hæc eſt: ubi doctus
Din-

NOTÆ.

Et tandem Catullus de Nuptiis Pelei

Nec miſſas audire queunt, aut reddere voces

Scio etiam ſæpiſſimè uſurpatum pro reſpondere, ſed aliquid amplius voluiſſe ſignificare Sectanum noſtrum inde autumo, quod ſtatim verbum reſpondere ſubdat, nec de tanto viro male cenſendum inducere voluiſſe tam proximam ταυτολογίαν.

9 *Officioque pari &c.* Dictum in ſignificatione illa, qua Svetonius in Cæſare de conjuratis ait: *Conjurati ſpecie officii circumſteterunt*: pro honore, aut debiti honoris, & humanitatis retributione accipiendum eſt.

10 *Reſpondere &c.* Forſan non ſimplicem, puramque reſponſionem connotat, ſed verbo reſpondere, pro correſpondere utitur: quemadmodum accipiendi ſunt, Cicero Treb. *Cui amori, utinam cæteris rebus poſſem, amore certe reſpondebo*, & Virgil. 1. Georg.

Illa ſeges demum votis reſpondet avari
Agricolæ

11 *Occupat ille prius &c.* Ideſt prævenit: Optima meliorum veteris ævi authorum imitatio, quæ præceptioni illi Poeticæ reſpondet, qua docemur, ut verbum aliquod non commune, & obvium, ſed exquiſitum, & inveſtigatum præcedat orationes. Præcepto huic, quàm bene ſatisfecerit Author inde accipe, quod *occupare* dixerit, Imitatus Plaut. in Ruden.: *Occupas præloqui*; Et Varron: in Epheb. *Si Actæon occupaſſet, & ipſe prius ſuos canes comediſſet*; cùm ſanè verbo *occupare* major vis ſit, quàm verbo *prævenire*, quia quamdam vim explicat, quæ alteri vocabulo non benè quadrat.

12 *Parrhaſiæ &c.* Pro loco nemoroſo, in quem Arcades Academici convenire ſolent, nam Parrhaſia eſt regio in Peloponneſo, quæ alio nomine Arcadia nuncupatur, in qua Mons Lyceus, ubi templum Fauni bicornis fuit, de quo Virgil. 9. Æneid. *Parrhaſio dictum Panos de more Licei*. Stephano autem

Parrha-

Dyndimus, & fruſtrà Lalage dilectus Jolas
Æquore cum primũ tinget vaga lumina Phœbus
Innocuos luſus, dulceſque Amaryllidis iras
Cantabunt viridis circum myrteta theâtri;
Centum ibi Paſtores aderunt, centumque videbis
Suc-

NOTÆ.

Parrhaſia Urbs ex Homero ſcribente: Στύμφηλον, καὶ Παῤῥασίην ἐνέμοντο ideſt, *Stympheleum, & Parrhaſium incolebant*. V. Strabo lib. 8., Pauſan. in Arcad., Plin. lib. 4. c. 6., Euſtat. ad Iliad. 2. v. 603.

13 *Dyndimus*: Pro aliquo ex Academicis: quod verò nomen ſpectat, id hominis effœminati eſt apud Martia. pluribus in locis, ſed præcipuè lib. 5. Epigr. 42.

Spadone cum ſis eviratior fluxo,
Et concubino mollior Cęlengo

13 *Lalage*: Mulier vaniſſima, & inſolentiſſima apud Mart. l. 2. Epigr. 66.

13 *Jolas &c.* Alter ex Academicis, qui Jolas hîc vocatur inter paſtores Arcades; ſic & Paſtor eſt, Martia. lib. 11. Epigr. 42.

Pingues, Lygde, ſues habeat vicinus Jolas

14 *Cum primum &c.* Academia Arcadię Sole in Occidentem vergente celebrari ſolita.

15 *Innocuos luſus*: Arcades videlicet cantabunt amores Paſtorum, & Nympharum.

15 *Dulceſque*: Tales ſunt puellarum iræ in ſuos amatores.

16 *Circum myrteta &c.* Locus, ubi Arcades conveniunt, repræſentatur in theatro myrtis affabrè diſpoſitis confito.

17 *Centum ibi &c.* Centum pro numero indefinito poſitus, & multos ſignificat. Sic *centum greges* apud Horat. 21. Carm. Ode 16., *centum juvenci* apud eumdem lib. Epod., *Centum puer artium* Carmi. lib. 4. Ode 1. Reſpiciunt verba hæc frequentiam, maximumque numerum ipſorum Arcadum paſtorum.

18 *Suc-*

Succenſos ſtimulis animos, & laudis amore.
Hîc tu ne fueris (bibulæ quod proximus auri
Ingerit, & volvens ter circum lumina) quando
Nemo, ait, importunus adeſt, qui dicta refellat,
Ut noſtri eſt moris, conabor, ne tibi falſa
Imponat rerum ſpecies ſub imagine veri;

Quem-

NOTÆ.

18 *Succenſos &c.* Prima pars hujus verſus æmulationem reſpicit, quæ *frequenter cauſa virtutis* ex Quintil. lib. 1. , nam
Tum benè fortis equus reſerato carcere currit,
Cum quos prætereat, quoſque ſequatur habet.

18 *Et laudis amore &c.* Ideſt gloriæ, quæ conſentiens laus bonorum appellatur Quintiliano: Unde Cic. lib. 1. Offic. *Vix invenitur, qui non quaſi meridiem rerum geſtarum deſideret gloriam;* quia, ut ait Ariſt. Rhet. 1. *laus eſt elucidans magnitudinem virtutis*, & eſt *jucunda* teſte Cice. ad Marc., *quæ ab his proficiſcitur, qui & ipſi in laude vixerunt*: nam *formam, & ſimilitudinem honeſtatis habet* ex eod. ad Cat., niſi nimia ſit, tunc enim *onus eſt*, prout habet Zeno apud Stob.

19 *Bibulæ &c.* Ideſt attentè, avidèque verba excipienti; nam bibulus eſt, qui facilè ſorbet; hinc translat. ad plures ſignificationes, ut ſunt *Lacunæ bibulæ* Stat. 4. Sylva. 3., *Ollæ bibulæ* Colum. lib. 12. cap. 43., *nubes bibulæ* Ovid. 14. Metam., *bibula favilla* Virg. Æn. 6.

19 *Quod proximus &c.* Ideſt ſubmiſsâ voce, ne audiatur, ad aures loquitur.

20 *Et volvens &c.* Ad dignoſcendum, an aliquis inobſervatus auſcultet.

21 *Nemo, ait, &c.* Certior factus nullum alium adeſſe, ſe liberè loqui profitetur.

22 *Conabor &c.* Hìc Philodemus ſuorum dogmatum ſententiam Sectano incipit aperire; fortè tamen ea referuntur, quæ dicitur ebrius poſt cœnam tradiſſe aliquibus, ex jis, qui cum eo eâdem menſâ ſedebant, cum vini furore agitatus mille impietatis monſtra vomuit, forſan ea, quæ in hac Satyrâ narrantur,

B aut

Quemque bonum faciles animum, mentemq; dedere
Dj tibi, ſi pateris, pulsâ feritate levabo;
Sunt etenim noſtro cognatæ pectore quædam
Recti particulæ, divinaque ſemina honeſti,
Quæ niſi, ſeu ſapiens cultor, ſeu LUMEN *amicum*
Impellat, tubuliſque ſuis erumpere cogat,
Fœda ſitu marcent, & corde putreſcit agreſti
Pars animæ melior. Nunquam natura novercam
In-

NOTÆ.

aut his ſimilia: ex quo dictum alibi etiam fuit Saty. iv.

Conſcius in cyatho quantum peccaverit uno.

24 *Quemque bonum faciles &c.* Animum libro, & tabulæ raſæ ſimilem dixit Plat. de Sum. Bono, *qui* tamen *ex ſe creſcit, ſe ipſum alit, & ſe exercet* Senec. Epiſt. 51. Unde ex ſententiâ Greg. lib. 1. Moral. fit, ut plèrumque decipiatur, aut qualitate mali, aut quantitate boni, quoniam inter virtutes, & vitia poſitus eſt, juxta id, quod docemur ex Chriſoſt. ſup. Epiſt. ad Galat, 5. Hinc evenit ut omnimodo tantùm per veritatis cognitionem è tenebris ignorantiæ erumpat, fiatque lucidus, prout ait S. Greg. paulò ſuperius citatus ſup. 1. Reg. &c. Imitatus eſt noſter Poeta Ovid. 2. de Ponto.

Adde, quod ingenuas didiciſſe fideliter artes
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

26 *Sunt etenim noſtro &c.* Compendioſè doctrina *lucis univerſalis* ad Philodemi mentem explicatur, quæ quidem nil aliud eſt, ſi Lector benè animadvertat, quam *Moliniſmus ſcientificus.*

31 *Nunquam natura novercam &c.* Natura nil aliud eſt, quàm Deus: ita diſcimus ex Theologis Chriſtianis, apud quos Deus dicitur *Natura naturans*, ad differentiam *naturæ naturatæ*, quæ refertur ad creaturas. Porrò apud Ethnicos aliter profeſſi ſunt Scriptores longè à veritate aberrantes; licèt Cato apud Cice. melius, quàm alii, ſenſerit, dicens: *Nihil eſt aliud naturæ repugnare, quàm gigantum more pugnare cum Diis*; quoniam com-

munior

Induit; æqualis Margitæ, æqualis Achilli;
Sed quia caudato docilis parere Magiſtro
Hic fuit; everſor Trojæ, curruque ſuperbus
Ter-

NOTÆ.

munior veterum ſententia fuit illa, de cujus impietate legendus Juven. Saty. 13. v. 88.

Sunt in Fortunæ qui caſibus omnia ponant,
Et nullo credant mundum rectore moveri,
Naturâ volvente vices & lucis, & anni.

32 *Æqualis Margitæ &c.* Margitis fuit inſignis fatuus, qui ultra quinque numerare non potuit unquam; imo cùm Virginem duxiſſet, eam non auſus eſt tangere, nè ejus Matri indicaret: Pauloaliter locutus eſt noſtris temporibus Romanus quidam ex ordine æqueſtri, qui uxori tandiù copulari neglexit, donec matrimonium diſſolutum, & ſententiâ quidem judiciali, declaratum fuit, inquiens, laborem hujuſmodi proprium tantum eſſe bajulorum. De hoc Margita intelligit Svidas locum Æſchinis, in quo Demoſteni objecit, quod Μαργίτην τὸν Ἀλέξανδρον appellaverit, licèt propriè μαργίτης *veſanus*, & *ſtolidus* ſit τοῖς λεξικογράφοις

32 *Achilli &c.* Achilles Pelei, & Thetidis filius fortiſſimus inter Græcorum duces, de quo fusè Homerus, & Virgilius.

33 *Sed quia caudato &c.* Chironem Centaurum intelligit, qui inferiori hominis parte equum exhibebat caudatum. Is dictus Saturni, & Phylliræ filius: Herbarum autem vires edoctus in præſtantiſſimum Medicum evaſit; Poſtea a Thetide, & Peleo accitus propter probitatem, peritiam, & juſtitiam, quibus præeminebat cæteris, Achillis pędagogus conſtitutus eſt, eumque cytharæ artem, herbarumque uſum edocuit: Unde Juven. Saty. 7. v. 110.

Metuens virgæ jam grandis Achilles
Cantabat patriis in montibus, & cui non tunc
Eliceret riſum cythatedi cauda Magiſtri?

34 *Everſor Trojæ &c.* Dictus Achilles everſor Trojæ, ex eo quia Hectorem, maximam Trojanorum ſpem, & Urbis propugnaculum occidit; quo ſoſpite nunquam potuit expugnari.

Terruit Iliades regali funere matres,
Et laribus patriis avulſa trophæa refixit.
Hîc ego reſpicio in vultum dicentis, & ora
Tergo manu, ſpiſsâ quæ ſparſerat ille ſalivâ
Dum furit, & toto largus pulmone caleſcit;
Dicturus quoquè neſcio quid: ſed cominus inſtat;
Nec juvat ire modò ocius, interdum retrò ſenſim
Ferre gradũ; Tenet, & me oculis diſtringit apertis,
Ac

NOTÆ.

35 *Regali funere &c.* Hectoris cadaver pedibus alligatum currui, ex iuſſu Achillis Patrocli ita parentantis manibus, raptatum fuit circum mœnia Trojæ: De eo Dictis Cretenſis lib. 3. Excidii: Item Virgil. lib. 2. Æneid. v. 272.

Raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento
Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentes.

& Homer. Iliad. 22. *Is cùm traheretur, oriebatur turbo pulveris, circumque comæ flavæ implebantur, caputque totum in pulveribus jacebat, olim gratioſum.*

39 *Dum furit, & toto &c.* Exagerat Poeta Philodemi grandiloquentiam, in modum ut in talibus recitandis pulmo ejus prælargus etiamſi ſit, ideoque faciliorem præbeat reſpirationem, vento abundans, & ſpiritu plenus, turgidus, & diſtentus, attamen anhelet, defatigetur, ac penè rumpatur. Hauſiſſe crederem ex Perſ. Saty. 1., ibi

Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet.

41 *Nec juvat &c.* Horat. Saty. 9.

Diſcedere quærens
Ire modò ocius, interdum conſiſtere.

42 *Oculis diſtringit &c.* Minacibus, & quaſi ignem emittentibus, quos vorantes dixit Martial. lib. 1. Epigr. 97.

Sed ſpectat oculis devorantibus draucos.

Reſpondet etiam Italico Proverbio, *Mangiar con gl'occhi*, in illos uſurpatum, qui petulantius, quam decet, aliquem intuentur. Hoc clarius, & ad verbum dixit Martial. lib. 9. Epigr. 60.

Inſpexitque molles pueros, oculiſque comedit.

43 *Ac*

Ac majore tubâ ſermonem orditur, & inquit.
Maxima pars hominū pallet formidine Diûum,
Dum templa,& ſacras jaculātur fulmine turres,
Nec pudet antè aras, delubraque ſurda paciſci
Mille animam votis, tuti velut otia Cœli
Sollicitent caſus, noſtraque pericula vitæ.
Hos ego tantùm non pecudes ratione carentes,
Ex-

NOTÆ.

43 *Ac majore tubà &c.* De voce, ac ſi eſſet tuba, reboante, quod convenit cum loco Petronii in Satyric. *Mox ſublatis manibus, & longè majori riſu clamavit.*

44 *Maxima pars &c.* En ut primò Atheiſmum perſuadere incipiat, & ſatagat, oſtendendo videlicet, vanum & inanem eſſe de Diis metum, quando ipſi nec quidem templa, & ſacras turres à fulminis ictu defendere valeant: Peſſimum, falſiſſimumque argumentum.

47 *Mille animam &c.* Contra impiam Philodemi ſententiam pugnant omnes veteres Sapientes, etiam ſi Ethnici ſint. Habent enim Virgil. Æneid. 9. v. 24.

Multa Deos orans, oneravit æthera votis.

eod. lib. v. 310.

Omnis turba proſequitur votis.

Et Valer. Max. lib. 1. c. 1. *Veteres cum aliquod expoſcendum erat voto, cùm commendandum precatione uſos.* Paciſci autem votis pulcherrima phraſis Horatii in Lyricis: *Votis paciſci, nè Syriæ, Cypriæque merces addant avaro divitias mari.*

47 *Tuti velut otia &c.* Contra hujuſcemodi errorem reclamant omnes; Deos quippe implorandos in omni neceſſitate innuit Virgil. Æneid. 9. v. 18., quando Turnum inducit tollentem ad Cœlum manus.

Duplice ſque ad Sydera palmas ſuſtulit.

Ex quo precantium ritu agnoſcit Ariſt. lib. de mundo, eſſe Deos: nam & Deum omnia aſpicere id: Poeta ait lib. 10. Æneid., & de Jove Ovidius:

Terras, hominumque labores proſpicis.

Item

Expungo ſapientum albo, quos vana coercet
Relligio, cæcâque ſuperſtitione laborant.
Num ſanus fuit ille, Jovi qui fervida primus
Tela dedit, flammamq; ſacram, noſtriſq; minacem
Frontibus impoſuit dextram, mentemque ſeveram,
Qualibet humani ſcrutantem crimina cordis?
Haud

NOTÆ.

Item cuncta ex æquo judicare, omniumq; rerum habere ſummam poteſtatem Æneid. x. Virgil.

Tum Pater Omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas: &
Rex Juppiter omnibus idem.

52 *Num ſanus &c.* Fulmen propriè veteribus dictum Jovis telum, unde κεραύνειος Ζεὺς, *Juppiter fulminator* apud Ariſt. lib. de Mundo. Datum ei verò ad ſceleratos puniendos autumant; Hinc Juven. Saty. 13. v. 220. de criminoſis hominibus loquens ſcribit:

Hi ſunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cùm tonat:

videlicet, mali nunquam ſunt quieti, ſemper autem pavidi, & meticuloſi, ut de Caligulâ refertur in Romanâ hiſtoriâ.

54 *Mentemque ſeveram &c.* Egregiè Valer. Max. *Lento quidem gradu ad vindictam Divina procedit ira, ſed tarditatem ſupplicii gravitate compenſat*, & Juven. Saty. 13. v. 248.

Tandemque fatebere lætus
Nec ſurdum, nec Tireſiam quemquam eſſe Deorum.

Quando ſcilicet

Pœnâ gaudebis amarâ
Nominis inviſi:

55 *Scrutantem crimina &c.* Verus Deus apud Chriſoſt. orat. de irâ dicitur ἀκοίμητος ὀφθαλμὸς, *oculus non dormitans*, non ſolùm quod ei ſint omnia curæ, ſed quia ſecretiora mentis humanæ arcana profundè penetret. Ex Latinis apud Ethnicos de Deo ſuo ſcripſit Plautus in Captiv. act. 2. ſcen. 3.

Eſt profectò Deus, qui, quæ nos gerimus, audit, & videt.

Ex

Haud equidem credo; ſed rerum inſcitia torſit
Principiò mortale genus, gelidoque medullas
Terrore implevit. Noſtra eſt dementia Cœlum,
Noſtraque de Cœlo fecit formido Tonantem.
Ima quod aſſultent telluris, quod Mare Cauro
Frendat, & obſtãtes rumpãt vaga fulmina nubes,
Si benè quis novit cauſas, rerumque figuras,
Deſinit ulterius mirari; nec trabe fractâ
Naufragus extremis rediens Mercator ab Indis

65 *Divo-*

Notæ.

Ex Græcis autem Sophocles in Electra: ἐςὶ μέγας ἐν ὐρανῷ Ζεὺς ὃς ἐφορᾷ πάντα, καὶ κραΐνει: *Eſt magnus in Cœlo Juppiter, qui omnia aſpicit, & confirmat.* Item ἐςὶ δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ: *Eſt juſtitia oculus, qui cuncta videt*: & Homerus

Iuppiter omnia videns, & omnia audiens.

60 *Ima &c.* Maxima profectò impietas, qua quidam omnia caſu, nihil autem Divinâ providentiâ fieri aſſerere audent iuxta Epicuri dogmata, qui Deum, & providentiam ſubſtulit. Contra hos Seneca invehitur. *Natura, fatum, fortuna, caſus, ſunt omnia unius, & ejuſdem Dei nomina.* Certè nulla etiam tam exilis herba eſt, quæ Creatorem ſuum non demonſtret. Egregiè Avicen. *Qui Deum in naturâ non videt, non ſolùm ratione caret, ſed etiam ſenſu.* Philodemi inſaniſſimæ ſententiæ adhærent ii, qui blaſphemant: *edamus, & bibamus poſt mortem nulla voluptas*, quique apud Juven. Saty. 13. ſup. cit.

Sunt in fortunæ qui caſibus omnia ponant,
Et nullo credant mundum rectore moveri,
Naturâ volvente vices, & lucis, & anni,
Atque ideo intrepidi quæcumque altaria tangunt.

62 *Rerumque figuras &c.* Athomiſtarum doctrina, qui ex diverſâ athomiorum figuratione omnes naturales effectus produci teſtantur, caſuque effici; undè paulatim hujuſmodi Philoſophi à cognitione primæ cauſæ, nempe Dei impiè deſciſcunt, prout quotidianum nimis experimentum nos docet.

65 *Divo-*

65 *Divorum caligas votivo perlinet auro .*
Quid faciunt pictis Phana incruſtata pudendis ,
Luxa-

NOTÆ.

65 *Divorum caligas &c.* Idem, ac tabellas votivas appendere, eaſque, aut ex auro, aut deauratas ad Deorum pedes ponere .
66 *Quid faciunt &c.* Tabellæ videlicet votivæ, quæ in Sanctorum templis appenſæ viſuntur , à piis fidelibus iiſdem Sanctis dicatæ in memoriam , & gratiarum actionem accepti beneficii . Sententiam Philodemi everto , & Sectanum illuſtro ex Theodore. de curan. Græc. affect. ſerm. 8. de Marty. , quo mos hujuſmodi tabellas ſuſpendendi, jam ab initio quinti ſæculi piâ conſuetudine, & majorum authoritate firmatus, comprobatur. nam poſtea quam dixit Sanctorum invocationem piam , licitam , & utilem eſſe , ſtatim addidit : *Quod verò votorum compotes fiant , qui fideliter petunt , palàm teſtantur illorum donaria , curationem indicantia . Alii enim oculorum , alii pedum , alii manuum ſimulacra ſuſpendunt , ex auro , argentove confecta .* Addo ad ſatietatem Ethnicorum religionem , quibus donaria hujuſcemodi Diis dicata, quæ ſuſpendebantur parietibus, ac columnis templi, teſtibus Ariſt. 4. Ethico. , Platone 2. de Repub. , ac Herodoto ἀναθίματα , anathemata nuncupabantur ab ἀναθ ναι, hoc eſt à ſeponendo , de qua ſuperſtitione latè Pollux l. 1. Hæc igitur ἀγαθίματα habent frequenter veterum monumenta: his omnibus præeat Juvenal. Satyr. 12. v. 26., quem eleganter Sectanus imitatus eſt . Is igitur de naufragorum ſorte agens , ait :

Pars dira quidem , & cognita multis
Et quam votivâ teſtantur fana tabellâ
Plurima ; pictores quis neſcit ab Iſide paſci ?

Cic. lib. 3. de nat. Deorum , inquiens : *nonne animadvertis ex tot tabellis pictis , quam multi votis vim tempeſtatis effugerint .* Habes igitur ex Juvenale , & Cicerone tabellas votivas frequentiſſimè Deorum templis affixas , ac ſuſpenſas ab iis , qui periculo aliquo liberati , Diis ſuis acceptum aliquid tribuebant. Ex hac diſciplinâ Dedalus, apud Virgil. lib. 6. Æne. v. 18., alas in honorem Phœbi ſuſpendit , quarum ope volaverat.

Redditus his primùm terris , tibi , Phœbe, ſacravit
Remigium alarum : poſuitque immania templa

Sic

Sic aries Phryxi ſacratus eſt Marti apud Colchos, quo ille per maria vectus fuerat, & Midas regiam ſellam obtulit Apollini Delphico, in qua ſedens jura dederat, quod narrat Herodot. lib. 1.; Ita Diodorus Dux apud Plutar. de malignit. Herodoti, dedicat Latonę arma; Ita ſellam Xerſis, & acinacem Mardoni dicatam fuiſſe, alteram à Salaminia, alterum è Platæenſi victoriâ ſcribit Enarrator Demŏſthenis in 3. Olynth.: & quia luci, atque Sylvæ iis loco templorum diù fuere, huc facit apprimè locus alter Virgil. Eclog. vij. v. 24.

Hìc arguta ſacrâ pendebat fiſtula pinu

Quo adumbratur verſus Home. Odyſ. 8. Eleg. v.

Suſpendit autem è palo cytharam.

Hæc de paſtore ab arte cytharam pulſandi diſcedente, & in monumentum rei benè geſtæ, Diis adjutoribus muſicum inſtrumentum vovente, cui conſonant Tibul. lib. 2

Pendebatque vagi Paſtoris in arbore votum,
Garrula ſylveſtri fiſtula ſacra Deo.

Horat. Ode 26. 3. carm.

Nunc arma, defunctumque bello
Barbiton hic paries habebit.

Et Nemeſius 1. Eclog.

Jam mea ruricolæ dependet fiſtula Fauno,

De Poetis habet Statius 4. Sylvar. in Epiſt. ad Marcel., ubi ait, finitâ Thebaide ſuſpendiſſe vittas Poeticas ab arbore: De militibus lib. 6. Antholog.

Ocreas, thoracem, ſcutum, galeam, haſtam Minervæ
Rufus Tembiades Gellius ſuſpendit.

De Piſcatoribus eodem libro

Rex maris, & ſolidæ dominator maxime terræ
Hanc tibi ego Crantus dedico naviculam.

De gladiatoribus exemplum ſuſtinet Vejanius apud Horat. lib. 1. epiſt. 1. De novis nuptis in Antholog. Ἀρτέμιδι ζώνην ἄνθετο καλλίρόη: *Dianæ zonam dedicavit Calliroe.*

Quin & commeſſatores coronas capiti demptas alicui Deo vovebant, & ſacrabant:

Id tribuit Mercurio Zenocrates apud Diogenem Laertium, cujus præclarum teſtimonium referre non piget: *Coronâ aureâ donatum in prȩmium largioris compotationis ab his, qui ſe continebant apud Dionyſium, cùm indè eſſet profectus, eam ante Mercurii ſta-*

Luxatique artus, atque ubera pendula muro?

Sci-

NOTÆ.

ſtatuam depoſuiſſe, ubi floreas etiam coronas ponere ſolitus erat. Ad puellas tranſeo, de quibus Plautus in Aſinaria explicandus

Tum ſi coronas, ſerta, unguenta juſſerit
Ancillam ferre ſuam Veneri, aut Cupidini,
Tuus ſervus ſervet Veneri eas det, an viro.

Nec tantùm Veneri corollæ à Virginibus ſuſpenſæ, ſed & Pupę oblatæ fuerunt, ſtatim ac pubertatem erant conſecutæ, aut ſaltem nupturæ, ſcribente Perſ. Saty. 2.

Veneri donatæ à Virgine pupæ.

in quem locum obſervat Caſaubonus, in omni mutatione inſignia, vel inſtrumenta vitæ ante actæ Diis conſecrare, & offerre moris fuiſſe. Hoc amplius ſervaſſe quoque Meretriculas puto, (liceat liberius in Satirâ loqui) ut quoties penſum abſolviſſent, aut, ut Propertius loquitur, quot itinera nocte unâ confeciſſent, tot corollas ludicro cuipiam, & minorum gentium Deo, puta Trephallo, Marſiæ, Hermæ &c. offerrent: Sic votum eſt in carmine libero

Quæ ſi contigerit fruenda nobis
Totam comparibus Priape noſtris
Cingemus tibi mentulam coronis: & ibidem
Quæ quot nocte viros peregit unâ
Tot Verpas tibi dedicat ſalignas.

Notam forte, quàm propoſitum fuerat, longiorem claudat Juvenal. Saty. 10., apud quem eſt,

Genua incerare Deorum

ſcilicet è cerâ compactas imagunculas ſuſpendere Deorum genibus, vice tabellarum, de quibus ſuperius Cicero meminit.

67 *Luxatique artus &c.* Ideſt membrorum loco motorum imagines, vel pictæ, vel cerâ, aliâve materiâ elaboratæ: Quiſquis in proprio ſignificatu verba hæc expenderit, eò magis Sectani in dicendo elegantiam admirabitur; nam luxare eſt proprio loco movere, quod maximè artubus convenit, qui ſunt nodi in corpore animalis ex duorum oſſium coeuntium extremitatibus reſultantes, dicti ab arctandis, ideſt, continendis,

& col-

Scilicet, aut nullus Deus eſt, aut immemor uſq;
Quidquid agant homines, tutuſque,idemq;beatus
Ambro-

NOTÆ.

& colligendis oſſibus: Unde Virg. lib.5.Æneid. artus à membris diſtinguit

Et magni membrorum artus.

Quod etiam Græcis commune,qui ἄρθον ἀ τὸ μέλος diſtinxere. Rectum uſum moris hujuſcemodi benè novit Sectanus, optimè autem expreſſit, quandoquidem depictum, ſive arte plaſticâ, & fuſoriâ membrum aliquod exhibitum, ſemper integrum, & perfectum uſque ad ſuos nodos, ſeu articulos repreſentari ſolet, quo circa ut hanc integritatem oſtenderet, artus, non membra dixit, quæ propriè ſunt caro artus tegens; unde membrana ſuperior membri pars, hoc eſt pellis.

68 *Scilicet &c.* Proſequitur in perſonâ Philodemi loqui ex ſententiâ Epicuri, de qua ſupra num.6o., Deum eſſe negando, aut ſaltem pari impietate ei providentiam auferendo. Ejuſdem argumenti eſt illud Albinovani ad Liviam:

Cùm rapiant mala fata bonos, (ignoſcite faſſo)
Sollicitor nullos eſſe putare Deos.

Et aliud Claudi. in Ruff.

Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem
Curarent Superi terras? an nullus ineſſet
Rector, & incerto fluerent mortalia caſu.

70 *Ambroſiæ latices &c.* Hoc loco imitatus videtur Sectanus Virg.lib.6.Æneid.v.716., ubi de animabus à corpore divulſis.

Securos latices, & longa oblivia potant.

Ambroſia Deorum cibus ſecundùm Poetas; Græcum vocabulum deductum ab ἀ privativa, & βρότος *mortalis*, ſonat *immortalis*, vel quia mortales eam non comedunt, vel quia, qui comederent, efficerentur immortales. Hinc apud Martial. lib.11. Epig. 58.

Juppiter Ambroſiâ ſatur eſt,& nectare vivit.

At noſter author eam accipit pro Deorum potu, fortè ſecutus Homer.Odyſſ.1. v.359., qui eam cum nectare, quod propriè Deorum potio, confundit.

Etenim ambroſiæ, & nectaris (vinum) *propago.*

Ambroſiæ latices, & longa oblivia potat,
Nec noſtro aut fletu, noſtriſque doloribus unquam
Flectitur. At clamant Salii. Veh! numina lædis,
Si tibi fortè placet laribus vicina puella,
Seu puer intonſus, ſeu vis non publica formæ
Molle jecur fixit; nempè altum fœdat olenti
Rana polum urinâ, Cimexq; Elephanta momordit
Jamque diû feſſis rumpebant verba labellis
Juſſa diû ſtare, & ventoſum calcibus utrem
Tan-

NOTÆ.

70 *Longa oblivia &c.* Scribunt Poetæ homines, epotis ambroſiâ, & nectare, omnium humanarum curarum obliviſci, divinoſque fieri.

72 *Salii &c.* Sacerdotum Martis nomen, qui pridem Romę conſtituti fuere: Noſtros proculdubio Sacerdotes denotat, quibus laicorum cura præcipuè incumbit ad corrigendos, reformandoſque mores verbo, & exemplo.

72 *Veh! numina lædis &c.* Varia peccatorum genera innuit, ex quibus merito ab iis corripiuntur.

75 *Nempè altum &c.* Falſiſſima, & deteſtabilis ratiocinatio. Non enim Deus à nobis fędatur, mordeturque per peccata, ideoque nos punit: ſed inobedientiam, turpitudinem, & culpam odit, quæ tantùm nobis nocent, non illi; quapropter & eas in nobis ſeveriſſimè caſtigat.

77 *Jamque mihi feſſis &c.* Quàm bellè in Philodemum iram ſuam, & quidem maximam exprimit, eo quod hujuſcemodi blaſphemias evomuerit; innuens efficaciter vix verba continere potuiſſe, quin eum mille jurgiorum generibus proſequeretur, imò & manus, & pedes ad ipſum percutiendum.

78 *Ventoſum utrem &c.* Dixiſſes Italicè: *un pallone pieno di vento.*

78 *Calcibus &c.* Etiam: *Dar de calci nella pancia.*

78 *Utrem &c.* Utrem veteres dixere hominem faſtuoſum, & ſuperbum, Græcis Μεγαλοι, vel ἀσκος vocatur; quod ſcilicet,
in

Tantum non petii, qui dictis lædere numen,
Telaque non ſtolidi potuit meruiſſe Tonantis.
Undè cucurbitula hæc eſt? quo (mecum ipſe loquebar)
Orta parente? Deos qui temnit, qui mare Cœlo
Miſcet, nec ſecum conſtantia verba profatur?
Ni fallor, Calabrum veſanæ audacia frontis
Accuſat, taboque oculis ſtillantibus acri,
Et blattis, tineiſque genâ corroſus utrâque,
Omni-

Notæ.

in modum utris inflatus, tumeat. Exemplum dat Ariſtophanes.

Me mihi Athenienſes laudate, utres ſunt.

Quadrat huic rei elegans dicterium Timonis Philiaſii, qui Philoſophorum arrogantiam mordaci opere, quod à re σίλλους inſcripſit, convellit, atque exagitat. Verba ejus ſunt:

Quæ vos ſeducunt rixæ, vel qui blaterones?
Ah ventoſi utres, quos implet opinio inanis.

Huc pertinet etiam illud Syneſii in Epiſtola ad Herculianum *Qui ventoſo folle inflati decreta divina conſpurcant.*

81 *Unde cucurbitula &c.* Pro homine inſano, ſtultoque, alludens ad illud vulgatiſſimum dictum: *è più leggiero d'una zucca.*

84 *Ni fallor &c.* Philodemi patriam, ſeu regionem potius, in qua natus eſt, inſinuat; at eôdem tempore, & Calabros, & ipſum in Calabriâ ortum perfrictæ frontis taxat, imo hanc effrontem audaciam, veluti diſtinctivum Calabrorum ab aliis nationibus, dilucidè aſſignat.

85 *Taboque &c.* Philodemi imaginem veluti in tabulâ ad vivum exhibet. Ex hac facile, lector, eum dignoſcere poteris, ſi parùm attentè in Urbe ipſum perquiſieris: Ex Juven. deſumptum:

Et acrè malum ſemper ſtillantis ocelli.

87 Omni-

Omnibus oſtendit, quàm ſit non integer intus.
Sen-

NOTÆ.

87 *Omnibus oſtendit &c.* Pulchritudo exterioris hominis refert, & exprimit pulchritudinem hominis interioris. Unde Socrates moralis Philoſophię parens in Phędro Platonis ſubobſcurè quidem, ut ſolet, ſed efficaciter innuit bonam corporis figuram bonæ mentis argumentum eſſe, aut certè adjumentum, illam pulchri equi, hanc equitis ſub imagine pingens. Ejuſdem autem ſcholæ Plotinus diſcipulus notat, eſſe naturaliter intus bona, extrinſecus verò pulchra; quoniam ex interioris formæ perfectione, atque ſeminariæ rationis victoriâ ſuper materiam provenit externa formoſitas. Quin magnis mentibus naturam ipſam domicilia corporum digna metari; & ex vultu hominum, & decore membrorum colligi poſſe, quantùm in illo cæleſtis ſpiritus intrarit habitator, ſcribit Author Panegyrici in laudem Conſtantini, cui initium eſt: *Facerem Sacratiſſime Imperator.* His conſonat Plin. in Panegy., quem Trajano dicavit, dicens: *Jam proceritas corporis, jam honor capitis, & dignitas oris longè, latèque Principem oſtentant*: Advertendum autem, cùm de hac pulchritudine loquimur, nos non de eâ fari, quæ mollis, laſciva, & effęminata eſt, quæque hominem dedecet, & *noſtro abuſu ſit mala*, ut ait ex noſtris Auguſt. lib. 1. de nupt. cap. 3., quandoquidem eam debent gravitas, & virilitas comitari, aut potius debet ipſa negligenter cuſtodiri, quemadmodum advertit Ovid. de Arte lib. 1.: *Forma viros neglecta decet.* Sed ad rem noſtram: Superius dictis adſtipulantur Hebræi, qui bonum, & pulchrum eâdem voce appellant, tanquam ſcilicet bonitas à pulchritudine non ſejungatur, neque pulchritudo à bonitate, quod Interpretes declararunt in illud 6. Geneſ. *Videntes filii Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ.* Imo ex Seneca lib. 4. declam. nos diſcimus legem illam apud Romanos invaluiſſe, quod *Sacerdos integer ſit*: Nam (idem Seneca addit) *Sacerdos non integri corporis, quaſi mali ominis res vitanda eſt.* Forſan Romanis innotuit, quando hanc legem edidere, illud Dei decretum Levit. 21. præſcriptum Judæis: *Corpore vitiatus, & deformis panes Deo non offerat.* In quem locum S. Greg. M. relat.

Vivit iò Deus ! & quamquam ſis perditus, amens,

Non

NOTÆ.

relat. can. hinc etenim 49. diſt. hujus Conſtitutionis dat cauſſam, quod corporum vitia, ac maculæ ſint ſymbolum vitiorum animi, cui conſonat D. Hiero. Epiſt. ad Fabiolam de veſte ſacerdot.

88 *Vivit &c.* Huc uſque Sectanus hominem tam impiè de Deo ſentientem, ipſaque Atheiſtarum prophana, ac falſa dogmata deteſtatus eſt. Nè igitur ulla linea deſit, modò ſanam de ipſomet Deo contra eoſdem Atheos, ſecundùm Chriſtianam, Catholicamque veritatem, doctrinam proponit, ac confitetur ad mentem prorſus, & ad literam S. Thomæ in Summ. 1. part. quæſt. 2., huncque adamuſſim mecum venerabundus ſequitur, & ſequendo veneratur, ut etiam alibi in ſequentibus voluminibus oſtendam, in quibus certiora, majoraque ſuæ in Thomiſticæ Theologiæ ſententias addictionis argumenta non minus eleganter, quàm validè proponit, eà videlicèt certitudine fretus nunquam in ullum errorem labi poſſe, ſi Magiſtro adhæreat, cujus opera Divinum probavit teſtimonium. Id per ſuas partes explicabimus, quàm breviſſimè nobis licebit. Interim cupio animadvertas, Lector, Sectanum noſtrum poſt tantam Atheiſmi deteſtationem Catholicum dogma proponere in modum ovantis, & lætabundi; Iò etenim veteribus vox exultantis, &, ut ita dicam, triumphantis fuit, imò & inter ſacra vocabula repoſita, ut non uno in loco reponunt Authores, ex queis ſatis ſit hic adnotare Plaut. Caſi. 19.

Iò Hymen Hymenae, ò Hymen.

& Horat. 4. Carm. Ode 2.

Iò triumphe.

Exultans igitur in triumphantis morem contra Atheiſmum inſurgit, ac Deum vivere, ideſt eſſe ſtatim affirmat, atque docet. Optimè autem voce *vivit* pro *eſt* utitur, quippè quæ non ſolùm ſimpliciter *eſſe* ſignificat, ſed ipſum *eſſe* agens, operans, & cuncta ei ſubjecta inſigni providentià gubernans, non otioſum, & iners efficaciter, veraciterque denotat, quippè, ut ait Auguſt. epiſt. 36. *Deus totus eſt oculus, quia omnia videt: totus manus, quia omnia òperatur: totus pes, quia ubique eſt.*

88. *Et*

Non tamen ex animo poteris divellere Numen
Cognatum . Quodcumque vides , quodcumque movetur

Eſt

NOTÆ.

88 *Et quamquam ſis perditus , amens &c.* Hanc quæſtionem proponit idem S. Doctor art. 1: inquirens : *Utrum Deum eſſe ſit per ſe notum* : Hujus veſtigiis penitus inhærens Sectanus ex Pſalmo 52. ſententiam illam haurit , *Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus* , proponitque , ſi non totidem verbis , certè eodem ſenſu ; itaut is ſit : Licet inſipiens , & ſtultus ſis, Athee, tamen negare non potes Deum eſſe , nec ignorantiam invincibilem de ejus exiſtentiâ prætexere , quandoquidem etiamſi ex S. Thomâ poſſit ea de Deo ignoratio dari , qua neſciamus, quid Deus ſit , nullo modo tamen ea aſſignari valet, qua affirmemus , quod non ſit : quoniam cognoſcere Deum eſſe in aliquo communi ſub quadam confuſione , eſt nobis naturaliter inſertum , & à noſtro animo indelebile , puta, quatenus Deus eſt hominis beatitudo ; homo etenim naturaliter beatitudinem deſiderat , & quod naturaliter deſideratur ab homine , naturaliter cognoſcitur ab eodem . Hinc Ethnici ipſi, qui neſcientes quid Deus eſſet , in Idololatriam deciderunt , quod Deus tamen ſit , unanimiter , conſtanterque ſemper naturâ dictante confeſſi ſunt ; appoſitèque Cic. 1. de legib. ait . *Nulla gens tam immanſueta , nec tam ferrea, quæ non etiamſi ignoret, qualem Deum habere deceat , tamen habendum ſciat* ; & veraciter , optimèque Euſeb. apud Stob. *Non quærendum eſt , an Deus ſit , ſed protinus credendum , nam quæſtione propoſitâ , etiam ille , qui impiiſſimam opinionem defendit , nempè Deum non eſſe , ſtatim ſuperatus ab iniquiſſimâ causâ decidit* . Rectè autem idem noſter Sectanus dicit Deum animo noſtro cognatum , quaſi pronunciaverit ejus exiſtentiæ agnitionem eſſe nobiſcum ſimul natam , ideoque minimè avelli poſſe , quippè naturaliter cordi , animæque inſita .

90 *Quodcumque vides &c.* His duobus verſibus tota S. Thomæ doctrina , artic. 2. & 3. ejuſdem quæſt. , expoſita continetur . Demonſtrabile enim Deum eſſe toto art. 2. , idque non

per

Eſt Deus, & grandi veſtitur imagine mundus.

Sen-

Notæ.

per cauſam, & per priora ſimpliciter, ſed per effectus, per quos ad cognitionem cauſæ venimus, contendit, juxtà teſtimonium Apoſtoli ad Rom. 1. ubi: *Inviſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur*: ex quolibet enim effectu demonſtrari poteſt (inquit ille) propriam cauſam ejus eſſe, ſi tamen ejus effectus ſint magis noti, quoad nos, quia cùm effectus dependeat à causâ, poſito effectu neceſſe eſt cauſam præexiſtere. Undè Deum eſſe, ſecundùm quod non eſt per ſe notum, quoad nos demonſtrabile eſſe per effectus nobis notos optimè concludit. Quocirca in his effectibus aſſignandis articulum tertium penè totum inſumit, & ad eorum notionem quinque vias, ita nuncupat, inſtruit, nempè ex parte motus, ex ratione cauſſæ efficientis, ex poſſibili, & neceſſario, ex gradibus, qui in rebus inveniuntur, tandemque ex rerum omnium gubernatione, ut ibi diſtinctiſſimè videre eſt. Hæc autem omnia Satyricum noſtrum compendiosè inſinuaſſe hoc loco nemo non videt, ſi benè perpendat. Nec puto Veteres ab hac Catholicorum doctrinâ, licèt ji Idolorum cultui ſacrilegè addicti fuerint longius aberraſſe, imò ſemper in eâ ſententiâ fuiſſe cenſeo, quod ex effectibus, & ex rerum ordine, & gubernio Dei præexiſtentia pleniſſimè reſultaret. Habet enim Lucanus lib. 9.

Eſtque Dei ſedes, niſi tellus, pontus, & aer
Et Cœlum & virtus: ſuperos quid quærimus ultra?
Juppiter eſt quodcumque vides, quodcumque movetur.

Meliuſque Cic. de Nat. Deor. *Quid poteſt eſſe tam conſpicuum, tamque apertum, cùm Cœlum conſpicimus, cœleſtiaque contemplati ſumus, quam eſſe aliquod Numen præſtantiſſimæ mentis, quo hæc regantur?*

91 *Et grandi &c.* Quia ſcilicet Mundus à Deo creatus, ejus exiſtentiam, potentiam, providentiamque, quaſi in quadam admirabili imagine demonſtrat, eum per hæc, quæ creavit, & gubernat, plenius agnoſcentes. Colligo totam Sectani ſententiam, in qua nil non ſolidum, non efficax, non ſaniori Theologiæ conſentiens, nil tandem, in quo rei, de qua

Senſerat ille prius , quas vento jecerat offas,
Nec capitis nutu nobis , dictiſque probari ;
Atta-

NOTÆ.

agitur, majeſtas , decus , & dignitas, additâ ſtyli, dictioniſque proprietate,non ſervetur . Itaque ejus ratio ad morem, & formam inſtituta . Senſus autem talis , nempe : Eſt, & erit , ſicut ab æterno fuit , ſemper Deus , quem tù , ò Athee , inſipienter negas & ſtultè , nam quidquid blaſphemes , quidquid blateres , nunquam tamen fieri poterit , ut à corde , menteque divellas de ejus exiſtentiâ ſententiam , quam ipſa natura te docuit,teſtanturque pleniſſimè omnia quæcumque vides, quæcumque vivunt , & moventur , totuſque prorſus Mundus , in quibus omnibus agnoſcis imaginem primæ cauſæ rerum creatarum , primi moventis movendarum rerum , primæ neceſſariç cauſæ , qua alia neceſſaria cauſentur , imaginem tandem primæ cauſæ , ad quam referantur per gradus ſui eſſe, ſuarumque bonitatis , & perfectionis omnia entia , & per quam res naturales ad ſuum finem ſapienter ordinentur . Sed de hoc ſatis .

92 *Offas &c.* Jacere offas vento , idem eſt , ac loqui , dicere , & pronunciare offas ; Vox ſiquidem , prout docet , & definit Ariſtot. lib. 2. de anima cap. 12. n. 5. & 6. eſt *Sonitus editus ab animâ reſidente in partibus circa cor ex percuſſione , & alliſione aeris reſpirati ad aſperam arteriam , dependenter ab imaginatione , ſignificativus moleſti , & jucundi .* Jacere igitur pro emittere , & ventum pro aere poeticè Author poſuit , niſi forſan vento jacere dixit,pro diſperdere,ut plura exempla id inſinuant , quæ paſſim apud authores occurrunt : Quò ad vocem *offas*, eam uſurpatam legimus Perſ. Saty. 5. v. 5. pro carmine non deducto , & craſſo filo compoſito, ampullato, turgido , atque inelaborato , quicquid enim inconditè tumet offa dicitur .

Aut quantas robuſti carminis offas
Ingeris ?

Noſter ab ampullis carminum ſcriptorum deduxit ad ſignificandas ampullas locutionis ; minima differentia , an verba ampulloſa , offæ videlicet, ſcribantur , aut pronuncientur , hoc enim , aut illo modo ſignificentur, ſemper offas eſſe convenit ; ideſt inconditas , & informes, licet turgeſcentes ; Offa
pro-

Attamen expectas perfrictâ è fronte pudorem?
Ante verecundus fornix, verecundaque lena,
Quam Calaber. Sequitur, prænsâque manu. Ob ſate, dixit,
Temporibus, queis nulla fides! Si perlita cocco
Lana placet, multuſque unâ anteambulo veſte,
Si

Notæ.

propriè fruſtrum carnis informis, vel etiam ſanguinolentæ; hinc de Juliâ nepte Claudii, qui adeò deformis erat, ut Antonii mater eum portentum hominum diceret, nec abſolutum à naturâ, ſed tantùm inchoatum, ſcripſit mordaciter, ſatyricè, & acutiſſimè Juven. Saty. 2. v. 32.

Cùm tot abortivis fœcundam Julia vulvam
Solveret, & patruo ſimiles effunderet offas.

ideſt per veneficas potiones procurato abortu, maſſam ſanguinis, unde infans coagmentandus erat, ejiceret.

93 *Attamen expectas &c.* Ad rem noſtram optimè Euripides in Supp. *Vir turpis verecundiâ moveri non poteſt.* Unde Plaut. in Bacch. *Illum periiſſe dico, cui quidem perit pudor.*

94 *Ante verecundus fornix &c.* Lupanar dictum fornix, & meretricia cella: Sic Seneca Controv. lib. 1. *Redolens adhuc fuliginem fornicis*; & in Priapejâ: *Nigri fornicis oblitus favillâ.* Martial. item lib. 1. Epig. 35. ad Lesbiam meretricem procacem ſcripſit:

Raraque, ſi memini, fornice rima patet.

96 *Temporibus &c.* Solita plurium Scriptorum cantilena, præſentia tempora eſſe prioribus deteriora. Idem de ſuis dixit Juven. Saty. 13. v. 27.

Nona ætas agitur, pejoraque ſæcula ferri
Temporibus: quorum ſceleri non invenit ipſa
Nomen, & à nullo poſuit natura metallo.

Ita authores primi, medii, & ultimi ævi paſſim dolent, idem & futurum ævum clamabit.

97 *Multuſque &c.* Anteambulones inter ſervos collocat *Pignor. de Serv.*, qui ait Dominum domo egredientem ab

Si ſellâ, & curru vectari turbidus alto,

Indue

NOTÆ.

anteambulonibus præcedi ſolitum teſtibus Plin.lib.3.epiſt.14., Cornific.l.4.,Martial.l.3.Epig.93.,& l.10.Epig.74., ubi habet

Jam parces laſſo Roma gratulatori,
Laſſo clienti. quamdiù ſalutator
Anteambulones, & togatulos inter
Centum merebor plumbeos die totâ?

& tandem lib.2.

Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo regis.

Hinc Svetonius in Veſpaſ.c.2., qui *eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat*. Græcis pariter in uſu fuere, & denominati προπο'μποι, quaſi prævii deductores à προπομπῆ, quæ erat in ſolemnibus pompis comitatus præcedens, & prævia turba: Imo & mulieres habuere ſuas anteambulatrices, quæ præibant ex officio, (ait idem Pignorius ſupra laudatus) ſubſequebantur pediſſequæ. His præmiſſis jam ad noſtrum Sectanum, qui plurimam famulorum turbam ſub voce *multus anteambulo* comprehendit, appoſitèque eâ utitur, nam loquens de perſonâ in eminenti dignitate conſtituendâ, nemo eſt qui neſciat in ſolemnibus pompis famulos Dominum præcedere ſolitos, non verò ſubſequi, uti fit cùm privatim incedit. Publicum hunc morem ſatis eſt attigiſſe.

97 *Una veſte &c.* Italicè, vulgariterque *livrea*; ſic famulorum veſtis nuncupata, benèque una dicta, non quod omnibus unica, ſed quia confecta ex eâdem materiâ, colore, & ordine. Legi antiquitus quibuſdam nationibus ſuam cuique propriam veſtem fuiſſe, ut Parthis Sarabarbaras, Gallis lineas, Germanis rhenones, Hiſpanis ſtriges, Sardis maſtrucas &c.; ſicut & hominibus liberis aureas, Bombycinas, conchyliatas, fluxas, laciniatas, pictas, purpureas, ſinuoſas &c.: Sed reſpectu ſervorum nil aliud in totâ antiquitate occurrit, quam Tunicæ vulgariſſimus uſus, qui Romæ præcipuè obtinuit, ut legere eſt apud Plautum Amphitru. ubi Soſia loquitur

Imò equidem tunicis conſutis huc advenio, non dolis.

Senec. de brev.vit.cap.12.: *Cùm videam, quàm diligenter exoletorum ſuorum tunicas ſuccingant &c.*, & Cic. in Rullum de

Ca-

Indue Romanos mores, dediſce vereri

Quas

NOTÆ.

Capuanis: *Jam verò quis metus erat tunicatorum illorum*: In formâ veſtium fuit ergo etiam quædam uniformitas, tunc præcipuè, cùm eis pænulæ fuere tributæ, poſtquam Imperatorum temporibus luxus ad liberos homines obtinuit, & ad ſervos continuò tranſiit. Venio ad materiam, quæ ſemper lanea fuit, teſtantibus Martiale, aliiſque; unicam differentiam in eâ agnoſco, quod elegantioribus ſervis Canuſinatæ, ideſt pretioſiores, vilioribus autem per illam ætatem craſſiores ſuperimponerentur. Communior autem color rufus, & fuſcus fuit, nam Canuſinas lanas tales eſſe meminit Martia. lib. 14., ex quo alibi ſcripſit.

Roma magis fuſcis veſtitur, Gellia rufis,
Et placet hic pueris, militibuſque color.

Has refert ad nobiliores ſervos, nam viles omnes pulli ex eodem Martia.

Lana quidem triſtis, ſed tonſis apta miniſtris:
Quales nos primo de grege menſa vocat.

Sanè ad luxum pertinuit, quod in Nerone reprehendit Svetonius cap. 30., *nunquam carrucis minus mille feciſſe iter, ſoleis mularum argenteis, canuſinatis mulionibus*. Hinc fortè noſtrorum temporum moris, quoad uniformitatem coloris, imago refulſit, at cum ipſa uniformitate abuſum in pretio debemus Alexandro Imperatori, de quo Lampridius in ejus vita: *auratam veſtem Miniſtrorum nullus, vel in publico convivio habuit*, quod poſtmodum in miniſtris Imperatoriis ſervatum habet Amm. Marcel. lib. 26. *Tunicâ auro diſtinctâ, ut regius miniſter*. Tantam in antiquitate, ut nunc, colorum varietatem non invenio, multò minus tot ſuperpoſitas zonas; idem, quantum conjicio, cunctis ſervorum veſtibus in communi ſumptis, non in particulari acceptis; quidquid fuerit de pretio, & de purpurâ, auroque intextis, aut variegatis tunicis, ſeu pænulis, queis poſtmodum veſtiti fuere ſervi Imperatoris tantùm, uti noſtra ætate per ſummum nefas indutos etiam viliorum perſonarum famulos conſpicimus, & dolemus.

99 *Indue Romanos mores &c.* Apage monſtra iſta, præſertim

ſub

Quas tibi narravit de relligione puſillo
Fabellas puero genitrix, & garrula nutrix.
Eſſe Deos credat plebs ærumnoſa, graviſque,
Quique urbem paſcunt duri, raſique bubulci,
Hi

NOTÆ.

ſub Sanctiſſimo, atque piiſſimo Pontifice INNOCENTIO XII., ſub quo, quia caro, & ſanguis non corrupit viam ſuam, virtuti ſolummodo, & pietati præmia, dignitates, honoreſque tribuuntur. Hinc non Romani mores deteſtandi, ſed Philodemi mens, atqne lingua blaſphema, quæ fabellas appellare non horret, ea quoque religionis dogmata, quæ cum ipſo lacte a genitrice ſuximus, quæque pia Mater à prima infantia nos edocuit.

102 *Eſſe Deos &c.* Dixit Philodemus religionem in Deos eſſe aniles fabulas, modò fidem in eoſdem tribuit plebis, bubulcorum, ruſticorumque ſimplicitati, in quibus illam ſupponit invincibilem ignorantiam dari poſſe de Deo, quem nemo mente ſanus negavit; cùm *nulla gens ſit*, teſte Cicero 1. de Legibus, *neque tam immanſueta, neque tam fera, quæ non, etiamſi ignoret qualem habere Deum deceat, tamen habendum ſciat.*

102 *Plebs &c.* Ideſt infelix, moleſta ſeu potius rudis: Hanc *anxiam* Stat. 2. Sylva. 1. *Jejunam* Lucan. l. 3., *Miſeram* Horat. 1. Serm. Saty. 8. dixere: Unde Plebejus *pauper* Plau. Pœnul. 7.

Heus tu, quamquam vos videmur tibi plebei, & pauperes &c.

Omnia hæc epitheta penè ſynonima ſunt.

103 *Quique urbem paſcunt &c.* Serendo, metendo, & aſportando in Urbem frumentum, & fruges omnes reliquas. Vide Juvenal. Saty.

Qui paſcunt Urbem circo ſcænaque vacantem.

Ubi etiam de fortibus, & miſeris pulchram habet ſententiam,

103 *Duri, raſique &c.* Bubulcos pro quibuslibet agrorum cultoribus: propriè enim bubulci aratores ſunt apud Cic. 1. de nat. Deor. & alios: Duri autem, qui laborum patientes, per translationem nuncupati, quaſi in jis indurati; ut ſunt Virg. 4. Georg. *arator durus*, Ovid. lib. 41. Metam. *Meſſor durus*, & ſimilia.

100 *Raſi-*

Hi paveant tædas, & ſulphura gurgitis imi;
Quippe aliter fortes unâ, miſerique pararent
Divi-

NOTÆ.

103 *Raſique &c.* Capillamento penitus nudati, ut hodie plerumque viſuntur: neſcio an hoc ad eorum infelicitatis ſignum referendum ſit, cùm me moneat Svetonius Caligulam *uxorum capita raſiſſe* ad indicium maximi luctus: propius veriſimili eſſe autumo Sectanum eruditæ antiquitatis amantiſſimum veterem ſervorum conditionem in medium attuliſſe, qui plerumque ſemitonſi, & glabri, niſi qua à vertice in occiput capilli in geminum nodum conſtricti dependerent, quemadmodum ex Cipriano, aliiſq; probat Pignor. de Servis pag. 256. Porrò bubulcos, Aratores &c. ſervos fuiſſe in familia ruſticâ ſatis compertum eſt apud eumdem Pignorium: Etiam conditione ſervili in liberam immutatâ nunc ſemitonſi procedunt, fortè ad munditiem &c.

104 *Hi paveant &c.* Ignem, quo damnati, in Inferno torquentur.

104 *Gurgitis imi &c.* Inferni, quem Gurgitem imum poeticè nominat; Gurges etenim de flumine, mari, & omni aquarum congerie profundâ, in quibus aqua vertitur, atque ad imum natantem trahit quadam inſatiabili, inexplebilique violentiâ: Exemplum à Cic. petimus: *Quæ unquam Carybdis tantos exhaurire gurgites poſſet?* Ad rem noſtram pluris facit Virgil. 6. Æneid., ubi Acheron inferni fluvius dicitur.

Turbidus hic cœno, vaſtâque voragine gurges.

En tibi Acherontis gurgitem, eumdemque inexplicabilem, quia vaſtâ voragine; fortè partem pro toto poſuit poeticè: Jam ad profunditatem, quam in centro terræ poſitam faciunt Theologi; quidquid ſit de Virgilii 6. Æneid. ſententia, qui profunditatem Tartari duplo majorem eſſe ſpatio illo, quod eſt à terra in Cœlum, cenſuit; vel potius Homeri, & Heſiodi, qui æqualem conſtituere. Prior 8. Iliad.

Tantùm ſub inferno, quantùm Cœlum eſt à Terrâ.

Poſterior in Theogon.

Tantùm ſub Terra eſt, quantùm in Cœlum diſtat Terra
Par enim ſpatium à Terrâ in Tartarum caliginoſum.

Ex

Divitibus cædem. Sapiens hinc condidit aſtra;
Et nemo infernas vidit quas hactenus umbras
Sed quoniam recta audire, & meliora recuſas;
Primo diſce loco quædam civilia vitæ
Præcepta, atq; animo ſapiens nunc adhibe puro.
Nos etenim (puto jam noſti) docti ſumus & quos
Socraticâ cæpi tractandos molliter arte

Sor-

Notæ.

Ex his meminit Jo: Chriſoſt. homil. de futuro jndic. *Commemorant Stygis aquas, ac Tartarum tantùm à Terra diſtantes, quantùm hæc a Cœlo.*

105 *Quippe aliter &c.* Cauſſam dat, qua infernus, pęnæq; plebi perſuaſæ fuerint, nè ſcilicèt fortes, ideſt robuſti corpore, & animo immites, cæteroquin mendici, & miſerabiles in malum irruerent, & ut ſibi divitias, & commoda compararent, necem divitibus, dominiſque intentarent, juxtà illud Salluſt. in Jugurth. *Expertus ſum parùm fidei miſeris eſſe*: Sic Atheus ſub Philodemi nomine ſuas blaſphemias edere pro, ſequitur.

106 *Sapiens &c.* Ulteriùs in impiâ ſententiâ progreditur docens Cœlum eſſe purum Sapientum virorum inventum, nec aliquem eſſe, qui de Inferorum ſtatu huc uſque retulerit. Apage nebulonem hunc.

108 *Sed quoniam recta audire &c.* Sectanum pium hominem quis non dixerit, nam blaſphemiis, & erroribus Philodemi minimè aſſenſum præbuit, ipſo Philodemo teſte hoc loco &c.

109 *Primo diſce loco &c.* Tranſit Philodemus ad tradenda dogmata, quæ ad mores ſpectant. Videat quæſo Lector quantùm & hæc à rectà vivendi normâ aberrent.

111 *Nos etenim &c.* Blanditur nimis ſibi ipſi Philodemus, dum ſe doctum dicit, fortè alii aliter ſentiunt.

112 *Socraticâ cæpi &c.* Socrates Apollinei oraculi teſtimonio ſapientiſſimus, primus ethicen invexit, adhortans ea inquirere, quæ mores inſtruerent, & reformarent, & quorum uſus

nobis

Sordibus emergunt vulgi, totâque probantur
Vrbe. Faber veluti ſcabro de marmore Nymphas,
Sic ego Damophilus figulorum gloria, vili,
Plebejoque luto facies effingo decoras.
Pauca tibi dabo quæ teneas. His tramite recto,
Quoque voles, ibis. Multos cole pronus amicos,
Et magnos, quibus eſt aliquid corradere; lucrum
Si

NOTÆ.

nobis domi eſſet neceſſarius; teſte Laertio in ejus vitâ.

113. *Faber veluti &c.* Malus ſtatuarius eſt Bion, ſi marmora tam incompoſitè ſculpat: Dedignabuntur ſanè Nymphę, horrebit Diana, ac ſi novum Athçonem aſpiceret, ſi tali artifice efformabuntur eorum imagines.

114. *Sic ego Damophilus &c.* Plaſtis, & Pictoris celeberrimi nomen apud Plinium lib. 35. cap. 12. *Plaſtæ laudatiſſimi fuere Damophilus, & Gorgaſus, iidemque pictores.* Plaſtes artis figulinæ artifex; huic ſe Philodemus aſſimilat, ſed non cuicumque, verùm Damophilo, qui plebejo luto pulcherrimas imagines effingebat: Hæc, quoad Philodemum, accomodantur, in quantùm ad animos eorum, quos efformare aggreditur, referuntur, ac ſi dixiſſet, ſui operis eſſe in illis virtutem, prudentiam, cæteraque humanæ, civiliſque vitæ decora, quaſi plaſticâ arte manu perficere.

116. *Pauca tibi dabo &c.* Potius nimia, quia nimis mala, & ad mores corrumpendos, non àutem efformandos, plus quàm ſatis.

116. *His tramite recto &c.* Sed per omne nefas tantùm.

117. *Multos cole &c.* Doctrina etiam Ethnicis damnata, nedum noſtris hujus temporis, etiamſi laxioribus, probabiliſtis. Certè Ariſt. topic. 8. docet: *Quod amicitia melior eſt divitiis, & nullus honorat divitias propter ſe, ſed propter aliud*: Hinc ſecundùm Cice. lib. 2. de Nat. Deorum. *Si amicitiam ad uſum referamus noſtrum, non ad illius commodum, quem diligimus, non erit iſta amicitia, ſed mercatura quædam utilitatum ſuarum*, quia ex eod. 2. de Finib. *Amicitia non ſub dubiâ utili-*

Si deerit, mora nulla, alios pete; ſemper habebis
In promptu cauſam. Socio ſi cernis amore
Pectora conjungi, pulchrâque cupidine mentes,
Tù propera, & tacitus quæ ſint aptiſſima cerne
Semina diſſidii; alterius mox defer in aures
Hauſto, quæ ſocius dixit, fecitque phalerno,
Et mendas animi retege; ut meretricis amorem,

Jactus

NOTÆ.

atis ratione effici ſolet, ſed ipſa ex ſe oritur, & ſuâ ſponte naſcitur. Pulcherrimè autèm ex noſtris Ambroſ. 3. offic. *Virtus eſt amicitia, non quæſtus*: ex Poetis Ovid. 2. de Ponto dolet, quod

Illud Amicitiæ quondam venerabile nomen
Proſtat, & in quæſtu pro meretrice ſedet.

119. *Semper habebis &c*: Conſonat tritiſſimo illi adagio: *Qui vult ab amico diſcedere, cauſam quærit.*

123. *Semina diſſidii &c.* Benè Terent. in Andriâ: *Valeant, qui inter nos diſſidium quærunt.*

123. *Defer in aures &c.* Quamvis uti ſcribit Chriſoſt. ſuper Matth., *ubi ami.itia permanet, nihil facilè creditur, nihil facilè recipitur, quod diſſidium poſſit operari,* quia tamen ex Aug. ad Coſen., *ea in malo eſſe non poteſt*, ideò de medio illam poſſe tolli inter ſibi rivales perſuadet Philodemus, ſi proponat uni ex amicis alterius vitia, quamvis ipsâ delatione nil vitioſius; Itaut ex hac causâ diſſolvendæ amicitiæ occaſio naſcatur cum ſui plauſu, ex conſtanti illo Publ. Mim. Axiomate edoctus amicus, quod *amici vitia ſi feras, facis tua.*

224. *Hauſto quæ ſocius &c.* Cavendus ergo Philodemus, qui ſibi ipſi conſcius eſt, quænam ebrius dicere ſolitus ſit, nec emendatur.

124. *Fecitque Phalerno &c.* Phalernum vinum optimum ex agro Phalerno in Campaniâ: Tibullus: *fumoſos veteres proferre Phalernos.*

125. *Et mendas &c.* Hîc Philodemus ad fidem ab amico captandam, ei inſinuare nititur hoc argumento illud communiſſimum axioma, *In vino veritas*: de quo Plato apud Plutarch.

Jactus talorum, rixas; finxiſſe juvabit
Multa, ubi vera tibi deſunt, quæ opponere poſſis.
Cum ſemel illieris furtivo pectora felle,
Cœperit & tenerum diſcordia rumpere fœdus,
Hunc, atq; illũ verbis palpa, & gnavus utrumq;
Junge tibi. Pyladi charus dum vivit Oreſtes,
Nec Pylades lucro eſt, nec quidquam donat Oreſtes.
Hoc quoque præſtabit multum, ſi nactus amicũ
Et juvenem, & tumidum fortunæ divite cenſu,
Arte coles. Lauda indoctum; ſi carmina gaudet
Pangere; Virgilius, Naſo, molliſque Catullus
Judice te cedant primas. Si pulcher haberi
Niti-

Notæ.

tarch. Problem. dec. 2.: *In vino, ſicut in ſpeculo multorum ingenia* prævidentur.

126. *Finxiſſe juvabit &c.* Forſan deductum ex illo Terentii loco in Hec. *facis injuriam, confingis falſas cauſas ad diſcordiam.*

131. *Pyladi charus &c.* Pyladis, & Oreſtis fabula omnibus obvia; ſenſus ſententię clariſſimus.

135. *Lauda indoctum &c.* Caveat, nè is, qui laudatur, à malo viro ſe laudare ſentiat, ſiquidem *timere ſic magis poterit, ne aliquid mali fecerit*, ſi vera eſt ſententia Ann. apud Lact. lib. 1. Quidquid tamen de hoc ſit; *præſentem laudare Adulatoris eſt*, inquit Ariſt. 2. Rhetor., maximè cum vitia virtutis nomine nuncupantur. Cùm igitur *non poſſimus*, ex Plutarch. de præceptis connub., *aliquo amico uti, & adulatore*, apage qualemcumque hujus doctrinæ Magiſtrum, ac Sectatorem, peſtiferum quidem hominem, *neque ei aures patefaciamus, ne adulari nos ſinamus, in quo falli facilè eſt; tales enim nos eſſe putamus, ut jure laudemur*: Cicer. in Lelio,

135 *Si pulcher &c* Pernicioſas, nimiſque in praxi frequentes adulandi regulas tradi: Philodemus Sectano: Eas

Nititur: Endymion, Cypridis puer, Atys, Adonis
Hoc propiore, tibi ſint Burrhi, Naſicæque
Ruſi-

NOTÆ.

videlicet, quibus nobiles, diviteſque juvenes ſibi devinciat; quorum reſpectu, expreſsè præcipit benè inſpiciendum, in quo peccent, & ſi ſe bellulos, pulchroſque exiſtiment, tunc ambitionem hanc cenſet magis fovendam, & laudibus exagerandam, eos etiam præferendo illis, quos pulchritudine celeberrimos laudaverunt Poetæ, puta;

138. *Endymion &c.* De Endymione, ſatis alibi dicemus in his notis, ubi de comœdiâ Endymionis.

138. *Cypridis puer &c.* Cupido Veneris filius, nam Cyprides Venus dicta fuit, quod ei primùm in Cypro Inſulâ Templum ſit conſtitutum, vel quia parientibus præſideat, quod græcè κύειν parere ſit: hanc enim vocem hoc ſenſu uſurpatam inquit Favorinus: Favet autem primæ ſententiæ Horat. lib. 1. Carm.

Sic te Diva potens Cypri.

Ex hac genitus fertur Cupido pulcherrimus ephebus, qua de causâ Amorum Deus nuncupatus.

138. *Atys &c.* Etiam formoſiſſimus puer, quem Cybele ſacris ſuis præfecit, eâ conditione, ut perpetuò caſtitatem ſervaret: ſed cùm poſteà Sangaritidem Nympham compreſſiſſet, ab iratâ Deâ in furorem actus; cùmque manus ſibi inferre conaretur, miſeratione ducta in Pinum arborem mutavit. Notiſſima fabula ex Ovid. Metam. lib. 10.

138. *Adonis &c. Formoſum* vocat Virgil. Eclog. 10., *Niveum* Propert. lib. 2. Eleg. 14., *Pictum murice* Auſon. Sect. 2. in Cupidine cruciato; Filius autem Cynaræ Cypriorum Regis, & Myrrhæ; quem Venus in deliciis habuit, ſed inter venandum apri dente ſub inguine percuſſus, interiit. Hunc miſerata Venus in florem Adonium, qui eſt ſanguineo colore, transformavit. Fabulam habes penès Auſon. Sect. 1. Epigr., & Ovid. lib. 10. Metamorph., ubi refert eidem feſta dicata, Adoniaque nuncupata, quæ cum planctu ad Adonium fluvium, & Byblum Oppidum celebrabantur à mulieribus Veneris ploratus imitantibus.

137 *Burrhi*

140 *Ruſini, & quidquid mejens natura creavit.*
Mane novo dum ſtertit adhuc reſupinus, & efflat
Heſter-

NOTÆ.

139. *Burrhi &c.* Hi ſunt Sectano turpiſſimi homines, quos pluries in ſuis Satyris vexat; ideò mittimus Lectorem ad loca propria, quibus noſtras Notas uberrimè addemus.

140. *Et quidquid &c.* Fateor me totum hoc Sectani opus ſemper venerabundum fuiſſe admiratum, ac ejus elegantiam, ordinem, ſales, venuſtatem, Latinam puritatem, inimitabilemque in ſcribendo facilitatem, proprietatemque in ſe exprimendo, nunquam ſatis commendari poſſe cenſuiſſe. Sed totam eruditorum Republicam judicem appello: Me perjurii reum ſiſtat, ſi mentior, Satyricum noſtrum hoc loco, nedum veteres, ſed ſeipſum ſuperaſſe: Propoſuit ſiquidem pulcherrimos pueros ab adulatoris genio turpiſſimis hominibus ad amico puero indulgendum comparatos, inter quos Burrhum, Naſicam, Rufinumque nominat; & quia in his ſibi ſiſtendum non cenſet, addere propoſuit iſtis omnes quotquot turpitudine inſignes, vel vixerint, vel adhuc vivant: Si in imitatione veteris Scriptoris perſiſtere voluiſſet, potuiſſet ſibi proponere Juvenalem Saty.2., qui de Julia agens, ait:

Et patruo ſimiles effunderet offas.

Quò natorum ex eà turpitudinem acritèr, jocosèque morderet: At noſter Sectanus acriori joco deformitatem, ignaviam, ſtultitiamque iſtorum exprimere volens, non natos, non genitos, non homines dixit; ſed quaſi abortivum quoddam nuncupavit, immo multò minus, quàm abortivum, nam naturam mejentem eos creaſſe protulit: Mejere quidem eſt urinam emittere, quod etſi natura impellente fieri hoc eveniat, attamen in noſtro caſu hos fœtus potiùs effluxiſſe ſenſus loci oſtendit, ex Martial. imitatione lib.12.Epig.32., ubi de matellâ fractâ.

Matella curto rupta latere mejebat.

In quem locum Scholiaſtes habet: *Ex qua ruptâ effluebat urinâ*: Sic optimè dictum Sectano non peperiſſe hominem, ſed quaſi mejendo putidum emiſiſſe excrementum:

141. *Mane novo &c* Stertere, ideſt dormiendo ronchos emit-

Heſternæ ſordes cœnæ, crudumque phalernum,
Ante fores perſta; etſi poſtulat ille matellam,
Tù prior ingredere, officiiſque puer, cave, vincat;
Et Patrem, Dominumq; voca. Modicum hoc, niſi Regem

Appel-

NOTÆ.

emittere, pro dormire, quemadmodum Juven. Saty.1. ait:

Doctus, & ad calicem vigilanti ſtertere naſo.

141. *Et efflat &c.* Rem ſpurciſſimam eleganter circumſcribit, quoniam ructus eſt cibi & potus in ſtomacho malè concocti ventoſa per os efflatio, ut docet Colum. lib.6. c.6. *Cruditatis ſigna ſunt crebri ructus & c.*, quamquam honeſtata Stoicorum ſententiâ, qui *crepitus* dixere æquè liberos, ac *ructus* eſſe oportere. Cicero Pęt. lib.9.

143. *Ante fores &c.* Viliſſimum ſervitutis genus.

143. *Etſi poſtulat &c.* Proſequitur proponere maximæ adulationis, viliſſimique ſervitii genera: videlicèt quemcumque famulum prævenire ad ferendam matellam Domino, & ſimilia, vix auribus honeſtis ferenda; Matella vas, in quo mingitur.

144. *Officiiſque puer &c.* Puer pro famulo: Tribus enim modis puer nuncupatur. Primò, cùm famulum ſignificamus: Secundò, cùm puerum contrario nomine puellæ dicimus, marem denotantes: Tertiò, cùm ætatem puerilem intelligimus. Paul. de verb. ſignif. l. puer.

145. *Et Patrem &c.* Scimus Patrem in multiplici ſenſu acceptum authoribus, ideoque Patrem non tantùm nuncupatum à natura, ſed ab affectu, à reverentia, à religione, ab authoritate. At hoc loco nil niſi Patrem à reverentiâ, innuere voluiſſe noſtrum Sectanum certum eſt; nam hìc nec naturalis Pater eſſe potuit, nec in ſublimiori ſignificatione accipiendus, nam Regi inferiorem facit: Undè nec religioni imputanda eſt hæc vox ad ſenſum Virg. lib.9. Æneid. v. 17. ubi de Jove.

O Pater, o hominum, Divumque æterna poteſtas.

Et lib.3. v. 89. de Apolline.

Da pater augurium.

cui

cui adde Flaccum lib. 5.

Phœbi genitoris ad aram.

plurimoſque alios, quos omitto; quia ſatis de vulgari veterum opinione teſtatur uberrimè noſter Lactantius lib. 4. divi. Inſtitu. c. 3. *Itaque & Juppiter à precantibus Pater vocatur, & Saturnus, & Janus, & Liber, & cæteri deinceps, quod Lucilius in Deorum concilio irridet.*

145. *Dominumque &c.* Dominum pro hero accipit, ut ſervetur ordo, de quo in præcedenti notâ: Quadrat locus Martial. lib. 1. Epig. 82.

E ſervo ſcis te genitum, blandèque fateris,
Cùm dicis Dominum, Soſibiane, patrem.

Vox tamen ſuperba, & adulationis plena, ideòque ab optimo Imperatore Auguſto rejecta, teſte Suet. in ejus vita c. 53. *Domini appellationem, ut maledictum, & opprobrium ſemper exhorruit, cùm ſpectante eo ludos, pronunciatum eſſet à mimo: O Dominum æquum, & bonum! & univerſi, quaſi de ipſo dictum exultantes comprobaſſent, ſtatim manu, vultuque indecoras adulationes repreſſit.* Forſitan tunc tantùm Domini nuncupabantur Dii, non homines, ideoque titulum reſpuit Imperator, nè videretur Divinos honores uſurpare voluiſſe: Faciunt Ovid. de Jove.

Domino ſolvere vota Jovi.

Et Virgil. lib. 3. Æneid. v. 113. de Cybele.

Et juncti currum Dominæ ſubjere leones.

In quem locum Servius: *Dominas Deas dicunt, ut alibi.*

Hi Dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Sanè Dominam propriè Matrem Deum dicit Varro, & cæteri affirmant; nam & ibi Proſerpinam ideò à Virgilio Dominam appellatam, quod ipſa terra eſſe dicatur, ſicut & Mater Deum.

145. *Niſi Regem &c.* Reges pridem ab Adulatoribus, & Paraſitis vocatos eos, quos ſibi demereri volebant, habemus ex pluribus locis eruditæ antiquitatis: Præeat omnibus Iuvenalis Saty. 5. de Paraſito.

Fructus amicitiæ magnæ cibus: imputat hunc Rex,
Et quamvis rarum, tamen imputat.

Ubi Rex de patrono divite interpretatur, ſed clariùs Mart. lib. 1. Epig. 113. in Priſcum, quem proteſtatur non adhuc cognitum, ob præſumptam liberalitatem Dominum, & Regem appellaſſe, ſed ad nomen proprium rediiſſe, ſtatim ac de ejus ava-

Appelles, geniumque in poplite curvus adores.

Ut

NOTÆ.

avaritiâ ſibi conſtitit: Audiamus in re jocantem.

Cùm te non noſſem Dominum, Regemque vocabam.
Cùm benè te novi, jam mihi Priſcus eris.

& alibi Olo illudentem lib. 2. Epig. 68.

Quod te nomine jam tuo ſaluto
Quem Regem, & Dominum prius vocabam,
Nè me dixeris eſſe contumacem.
Totis pilea ſarcinis redemi.
Reges, & Dominos habere debet,
Qui ſe non habet, atque concupiſcit,
Quod Reges, Dominique concupiſcunt.
Servum ſi potes, Ole, non habere
Et Regem potes, Ole, non habere.

146. *Geniumque &c.* Iterum de adulandi diſciplinâ; adulatores ſiquidem viliſſimè ſe gerunt in præſtandis alicui, cui aſſentari volunt, obſequiis: Benè itaque affertur verbum *adorat*, quod ad Deos tantùm retulere communitèr authores; optimè additus Genius ex priſci moris imitatione. Inquiramus per partes: Adoratio ſoli Deo convenit, ſi autem aliis præſtetur Idololatriæ crimen eſt. Vox ipſa Latinis hinc efformata fuit, quia Diis homines reverentiam præſtaturi manum ad ora admovebant, ſuaviabanturque, de quo V. Lipſium lib. 2. Elect. cap. 6., & Muretum, & latè Varr. lib. 10, c. 1. Genius porrò ad mentem Ethnicorum duplex erat, bonus, & malus, qui cuique homini præſidebat; appellatus idcircò ab Hora. epiſ. 2. lib. 2., *albus, & ater.*

Scit Genius natale comes, qui temperat aſtrum,
Naturæ Deus humanæ, mortalis in unum
Quodque caput, vultu mutabilis, albus, & ater.

Ergo & is, ut ait Poeta, Deus erat, imò pluſquam Deus, nam confunditur cum fato ab Empedocle apud Plutarch. de tranquil. animi; quandoquidem Deos fato ſubeſſe cenſuerunt Poetæ. Quidquid ſit de hoc, non ulterius diſquirendum: Certè ex dictis abundè reſultat Philodemi doctrinam, ejuſdem penè generis fuiſſe, quàm ea, ſecundùm quam ſoliti erant

Ethni-

Ut benè dormitum? certè color optimus, & quo
Te

NOTÆ.

Ethnici Deos venerari ſpeciali cultu, quod & clariùs efficitur per additionem *Genium*, quaſi hunc, uti Deum colendum eſſe placuerit; Evidentius etiam id demonſtrat illud, quod ſtatìm ſequitur.

146. *In poplite curuus &c.* Proni, & in genua flexi Idololatræ adorabant ſuos Deos, hinc genuflexio propriè ad adorationem pertinet, licèt aliquando ad reverentiam, & honorem civilem uſurpata fuerit: Pro Deorum adoratione ſunt Ovid. 3. Metamor.

Et genibus pronis ſupplex, ſimiliſque roganti.

Curt. lib.8. *Tù Macedonas voluiſti genua tibi ponere, venerariq; te, ut Deum*; Sueton. in Vitell. c. 2. *Idem miri in adulando ingenii, primus Cajum Cæſarem adorari, ut Deum inſtituit; cùm reverſus è Syriâ, non aliter adire auſus eſſet, quàm capite velato, circumvertenſque ſe, deinde procumbens*; & tandem Livius l.30. *Qui ubi in Caſtra, & Prætorium convenerunt, more adorantium accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant, procubuerunt*. Utique ritum adorationis optimè expreſſit Sectanus, eoque abutentes adulatores carpſit, omnia ex imitatione, & ad ſenſum nobiliſſimorum Scriptorum melioris ævi, & ad normam vetuſtiſſimæ conſuetudinis. Addo poplitem eſſe verè partem oppoſitam genu, dictam quod plicetur, & curvetur, ita omnes Grammatici: cum relatione ad hanc curvationem, quæ in adorando fit, poſuit Poeta poplitem pro genu; ſed quid de authoribus ſupra relatis, qui omnes de genu prædicant? Promiſcuus harum vocum uſus ſcriptorum arbitrio relictus fuit, inde poplitem pro genu eleganter dixere Virgil. 12. Ænei., Curt. lib.6. Stat. 5. Sylva. 4., & Lucanus lib.2.

Depoſito victum præbebat poplite collum.

147. *Color optimus &c.* Philodemus homo morigeratus eſt; ſciens inurbanum eſſe amico, vel patrono pallorem, aliudque dubiæ ſalutis indicium, inter ſurgendum præcipuè è lecto, nunciare, de optimo colore, perfectæ ſanitatis argumento gratulatur.

148. *Florere &c.* Dicitur de fulgore omni, undè benè de

F opti-

Te Superi florere velint poſt mille Decembres .
Dum ventrem exonerat,molli emunctoria chartâ
Apta-

N O T Æ.

optimo faciei colore noſter author ex veterum ſcriptorum imitatione . Habet de puerorum genis Senec. in Hyppoli.

Ut fulgor teneris , qui floret genis .

Ubi fulgor genarum florere dicitur , quia roſcidus , ſplendiduſque ſimul : rationem hujus vinculi à Philoſophis haurio , qui ſplendorem omnem naturæ igneæ eſſe cenſuerunt : undè fit ut non omninò reſpuendi ſint illi , qui vocem Latinam *flos* ducunt à voce Græcâ φλὸξ , cùm flamma ignis ſit inſtar floris ; Certè utramque vocem , ſeu ei affinem , nunquam, aut ſaltèm rarô disjunctam legimus , exempla ſuppetunt plurima apud Lucretium lib.4.

Florentia lumina flammis .

Manilium lib.5. de Templis Cœli ære fulgentibus .

Lætiſque micare floribus .

Stat. 1. Thebaid.

Arcano florentes igne ſmaragdos .

Et Claud. in Magnete .

Quo lumine floreat arcus .

Quin & promiſcuè ſumpta , quandoquidem quas ex lib. vij. Æneid. vocavit Virgil.

Florentes ære catervas .

Dixit poſtmodùm in 8.

Fulgens ære catervas .

Propius etiam ad Sectani mentem idem Virgil. eodem lib. 8. ubi poſuit , *Flos juvenum* , pro juventute, quæ verè ætatis flos: Ita vetus inſcriptio in Agro Veronenſi : FLORENTES ANNOS MORS IPSA ERIPUIT ; Juventutem indicat , quæ flos nuncupatur Livio l.8., & 32., Pinda. Ode 3.Olymp., Demadique apud Athen. lib.3.

148. *Poſt mille Decembres &c.* Poſt mille annos : V.notam ad illud Secta. Saty. 3. *faſſuſque Decembres .*

149. *Dum ventrem &c.* Aliud viliſſimum ſervitii genus proponit .

149. *Molli emunctoria &c.* Ad abſtergendum podicem : mollis

Aptaque finge manu; ſed non ſit ſcripta papyrus,
Nè ferrugineo criſpetur pulvere podex
Ingenuus. Nimium tener eſt in partibus illis
Senſus Trojugenis, quos ipſa ſubucula ſæpe

Pedi-

Notæ.

mollis chartæ uſus proponitur, nè nates delicatas lædat: Emunctoria autem propriè ſunt linteoli ad purgandas nares, quod fit cùm ex eis detrahitur muccus, qui eſt cerebri excrementum; eleganter hoc loco translata ad purgandas nates ex emiſſis excrementis per podicem fœdatas: appoſitè tamen ad vulgare quoddam dicterium, quo inutiles chartas dicimus, *eſſer buone per far fazzoletti &c.* Interìm ſcias volo, quod apud Romanos, quibus uſus chartæ non erat, pro ſordido iſto miniſterio ſpongiæ virgis alligatæ inſerviebant; Vide Senec. Epiſt. 70. *Nuper in ludo Beſtiariorum, unus è Germanis, cùm ad matutina ſpectacula pararetur, ſeceſſit ad exonerandum corpus. Ubi lignum id, quod ad emundanda obſcęna adherente ſpongià poſitum eſt, totum in gulam farſit &c.*

150. *Sed non ſit ſcripta &c* Non tantùm mollem optat, ſed nec ſcriptam; rationem dat: nè pulvis ſuper impoſitus podicem offendat.

151. *Ne ferrugineo &c.* A colore ferreo, cujus communior uſus; qualis eſt ea, quæ apud pleroſque lacus, Vulſinienſem præcipuè, colligitur, & aſportatur, venumque ubique proſtat.

151. *Criſpetur &c.* In rugas contrahatur corpus totum concutiens. Adhęreo explicationi Caſauboni in illud Perſii Saty. 3.

His populus ridet, multumque toroſa juventus
Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos.

quæ, inquam, explicatio ita ſe habet: *tàm vehementer irridet, ac cachinatur, ut totum corpus concutiat, & naſum in rugas contrahat*: Hinc mònemus rectè Perſium à Sectano hoc loco imitatum.

153. *Quos ipſa ſubucula &c.* In enervem, effeminatamque Romanorum juvenum molliтiem jocatur argutiſſimè, qui à

Pædicare ſolet. Capitis dum liberat aurum,

Reti-

NOTÆ.

tenui ſubuculæ, veſtiſque cujuſcumque rugâ, non aliter ac ſi acri tormentorum genere mulctaretur, ſe lædi dolent: Sententiam ſumpſit Sectanus ex Mart. Epig. 100. lib. 11., in quo de Lesbia

De Cathedrâ quoties ſurgis, jam ſæpe notavi
Pædicant miſeram, Lesbia, te tunicæ.
Quas cum conata es dextrâ, conata ſiniſtrâ
Vellere, cum lacrymis eximis, & gemitu.

153. *Capitis &c.* Totum hoc quoque mollem juventam ſpectat, uti ſunt comæ reticulo incluſæ, & adſtrictæ, ut in annulos decidant, de quibus Martialis lib. 2. Epig. 66. in Lalagem.

Unus de toto peccaverat orbe comarum
Annulus, incertâ non benè fixus acu.

Et Seneca de brev. vitæ c. 12. *Quomodo excandeſcunt, ſi quid ex jubâ deciſum eſt; ſi quid extra ordinem jacuit, niſi omnia in annulos ſuos reciderunt.*

154. *Aurum &c.* Ideſt capillos flavi coloris: Frequentiſſimum hoc epithetum Poetis ad explicandam comarum pulchritudinem: Horat. 1. Cerm. Ode 5.

Cui flavam religas comam.

Et de Lucretiâ Ovid. 2. Faſto:

Forma placet, niveuſque color, flavique capilli.

Ineſt enim in flavore quædam rutilitas inſtar auri: Sed colorem hunc in crine, uti impudicitiæ notam, arguit Juvenal. Saty. 6. de Meſſalina impudicâ.

Et nigrum flavo crinem abſcondente galero.

cum quo concordare videntur Euripides de amore.

Amat ſpecula, & crinium flavitiem.

Horatius, qui nobili ſcorto Pyrrhæ dat *flavam comam*, & fortè Virgil. lib. 4. Æneid. de Didone.

Nondum illi flavum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat

Si vera ſententia Junii comm. de comâ cap. 9., ubi cenſet indicari Didonem ex flavo crine parùm pudicam, nam flava

coma

155 *Reticulo, pectitque comas, jucundus in aurem,*
Subridenſque novi ſi quidquam contigit Urbe
Nar-

NOTÆ.

coma olim habita meritoria. In hoc ſenſu loquutum eſſe Sectanum non abs re autumo, cùm agatur de ephebis delicatis, & luxui deditis: cùm cæteroquin pateat poſſe flavitiem comarum referri ad decorem, & dignitatem, qua flavi crines, utique aurei, dantur primatibus fœminis, & adhuc ipſis Virginibus, imò ipſis Diis, Phębo, Mercurio, Baccho, quod probare magnâ Poetarum copiâ facilè eſſet; loca enim ubique obvia: De hac materiâ alibi plura &c.

155. *Reticulo &c.* Comas nutrit ut mulier, eas colligendo reticulo, ut ſublato in ordines, & in anulos decidant. Sic molles, & delicatos perſtringit, ex Juve. Saty. 2. v. 95. ad corruptos noſtri temporis mores ſe accomodando, qui ſcripſit

Reticulumque comis auratum ingentibus implet.

155. *Jucundus in aurem &c.* Tacitè, & ſecretè cùm de alterius famæ detrahendo agatur, ut ex infra dicendis liquet, innuitque hìc vox *ſubridens*; quoad vocum ſenſum concordant Cicero 5. Verr., & 2. de finibus, qui habet *accedere, & admonere ad aurem*: Sed in quantum ad ſententiam, nullus inter tantos melius expreſſit, quam Marti. lib. 1. Epig. 57. ubi Cinnam arguens, cui tantus detrahendi morbus inſederat, ut nè Cæſarem quidem apertè laudaret, inquit:

Garris in aurem ſemper omnibus Cinna,
Rides in aurem, quæreris, arguis, ploras;
Cantas in aurem, taces, clamas;
Adeò nè penitùs ſedit htc tibi morbus
Ut ſæpè in aurem, Cinnâ, Cæſarem laudes?

De Cinnâ hoc vide Notas noſtras ad v. 83. Saty. 4.

Homo autem jucundus latinè dicitur, qui fabellas hilares ſemper habet in ore riſum captandi gratiâ, quales ſunt homines nullis feriis rebus addicti.

156. *Novi ſi quid &c.* Juvenal. Saty. 6. v. 401. damnans mulierum loquacitatem, & curioſitatem, quæ omnia explorabant, non ſolùm, quæ in totâ Urbe, verum etiam, quæ in toto Orbe fiebant, notat.

Hæc

Narrare incipias. Babilanus Natta coire
Nititur in caſſum tenerâ cum virgine; jamque
Stat ſub judicio pœnis, Patreſque laborant,

Qui

Notæ.

Hæc eadem novit, quid toto fiat in Orbe.
Quid Seres, quid Thraces agant: ſecreta novercæ,
Et pueri: Quis amet, quis decipiatur adulter.

157. ***Babilanus** &c.* Babilanorum familia numeroſiſſima Romæ, imò in toto terrarum Orbe. Illuſtrem, & plebejam agnoſces, & in ſui ſterilitate fœcundiſſimam, latèque propagatam. Hanc Romæ neſcio exterus homo. Audi: novitium nomen eſt, licèt vetuſta progènies, Curjiſque, & Piſonibus coæva, imò, utì credendum firmiter eſt, antiquior. Cujuſcumque cognominis tandèm alibi, Babilanos Romana plebs (utì fertur) recenti commento illos appellat viros, qui ad coeundum ſunt impotentes; unde nomen hoc derivarit, fateor me neſcire; ſi plebem ipſam conſulas idem profitebitur; Si Philoſophos, ſi Grammaticos, reſpondebunt voces eſſe ad placitum inventas: Eſt apud Hethruſcum vulgus affine vocabulum *Babbiano*, pro homine inerti, nulliuſque pretii: ab hoc proceſſiſſe Romanenſe Babilanum divinare eſt, ſed non tamen improbabilis, penitùſque vana conjectura.

157. *Natta &c.* Ex hac Babilanorum familiâ maximè celebris homo, cujus hiſtoriolam, quiſquis ille ſit, compendioſè narrat Satyricus.

158. *Nititur in caſſum &c.* Supponit Virginem duxiſſe, nec adhuc virginitatis florem delibaſſe.

159. *Stat ſub judicio &c.* Satyricè dictum, quippè ſub æquivoco pulcherrimo verbi *ſtare*, taxat Medicos, qui cauſæ inſervientes potiùs, quâm veritati, non ſine artificio robur Nattę ad coeundum coram teſtibus oſtendere conati ſunt. Dicit igitur Sectanus, quod hæc potentia momentanea fuit, & tantùm ſub judicio, hoc eſt, dum Judices, & Periti genitalia inſpicerent. Stare enim pro potentiâ ad res Venereas accipitur, ut videre eſt apud Mart. Epigr.75. lib.3.

Quæ non ſtat, magno Mentula ſtare tibi.

159. *Pœnis*

Qui de frigidulis jus dicunt. Maxima res eſt,
Curiaque inſcriptis hinc pugnat, & inde libellis.
Adde etiam; viduam prægnantem fecit haruſpex
Pontimius, toto dum monſtrat ſydera Cœlo
Fauſta, Ducemq; aliquem ſpõdet, Regemq; maritũ.
Gellia, cui natos ſeptem, totidemque puellas
Luci-

NOTÆ.

159. *Penis &c.* Cujus judicii prima pars eſt, ut Peritorum oculis penis ipſe inſpiciendus proponatur ad cognoſcendum de defectibus naturalibus, & perpetuis.

159. *Patreſque laborant &c.* Judices Eccleſiaſtici, ad quos ſpectat de cauſis matrimonium dirimentibus cognoſcere propter reverentiam, dignitatemque Sacramenti.

160. *Qui de frigidulis &c.* Secundùm leges, præcipuè Canonicas, ad regulam Text. tot. tit. de frigid. & malefic. & 33. quæſt. 1. per tot., & ad omnium Canoniſtarum ſententiam &c.

160. *Maxima &c.* Putà, quia acriter hinc, inde à partibus promota.

161. *Curiaque &c.* De multiplici Patronorum, Advocatorumque concertatione intelligendus hic locus, ac de voluminosâ ſcripturarum, conſiliorumque farragine non tantùm Juriſprudentum, ſed etiam Medicorum arte elaboratâ.

161. *Inſcriptis &c.* Hoc loco Satyricus formam libellorum, qua noſtri Cauſidici utuntur, demonſtrat. Siquidem inſcribere eſt ſcribere ſuper, & in tergo, prout videre eſt; nam Patronus, qui cauſam defendit deſuper ſcribit, videlicet e. g. Romana Domus pro D. N.N. contra D. N.N.

162. *Viduam &c.* Juven. Saty. 6. v. 404.

Dicet quis viduam prægnantem fecerit, & quo
Menſe: quibus verbis concumbat quæque, modis quot.

163. *Pontimius &c.* Factum hoc forte ideale, demonſtrativum tamen, quibus ſermonibus alienæ famæ maculæ inuri poſſint efficaciter.

164. *Ducemque aliquem &c.* Vulgarium Aſtrologorum conſuetæ ineptiæ.

165. *Gel-*

Lucina indulſit, puero nupſiſſe Batillo
Dicitur, & cani nulla eſt reverentia cunni.
Septingenta Lupo debet Sertorius; omnes
Ille tamen vicos luſtrat, molleſque cathedras
Et

NOTÆ.

165. *Gellia &c.* Gellia Marti. lib. 4. Epig. 20. anus, quæ ſe juvenem jactabat.

Puppam ſe dicit Gellia, cùm ſit anus.

eadem unguentis delibuta lib. 3. Epig. 55., *Eunuchorum tantùm amans* lib. 6. Epig. 67., tandem *mœcha* eod. lib. Epig. 90., & *deformis* lib. 5. Epigr. 30.

166. *Batillo &c.* Batillus fuit Samius adoleſcens Anacreontis Poetæ amaſius: Horat. in Epod.

168. *Septingenta Lupo &c.* Sumptum eſt ex Martial. lib. 7. Epig. 9. *Septingenta Tito debet Lupus.* Lupi mentio quoque fit â Perſ. 1. v. 115.

.........ſecuit Lucilius Urbem
Te Lupi, te Muti, & genuinum fregit in illis.

Lupus enim à Perſio dilaceratus, fuit primarius Romanæ Reipublicæ Dux, ſed ſimul improbus, & infamis helluo, de cujus interitu, & pœnâ Dii conſilium habere introducuntur.

168. *Sertorius &c.* Sertorii meminit Martial. l. 2. Epig. 84. lib. 3. Epig. 79. lib. 7. Epig. 9. Vir molliſſimus, atque luxurioſus, ut locis citatis videre eſt, præcipuè adducto Epig. 84. l. 2.

Mollis erat, faciliſque viris, Paantius heros 1. *Philoctetes*
Vulnera ſic Paridis dicitur ulta Venus.
Cùm lingat cunnum Siculus Sertorius. hoc eſt,
Ex hoc occiſus, Rufe, videtur Eryx.

169. *Molleſque cathedras &c.* Et quidèm, licèt ære preſſus alieno, hilari animo totâ nocte lupanaria frequentat, fœminaſque convenit, quæ mollibus cathedris vectantur, aut ſedent. Cathedra propriè ſella muliebris eſt, quæ diſcreta à virili, ex Lipſ. 1. Elector. *Molles cathedras*, ait, etiam Juven. Saty. 6. v. 9. pro fœminis ipſis. Fœmineas autem cathedras dixit Mart. lib. 3. Epig. 63.

Inter fœmineas, totâ qui luce cathedras
Deſidet Et

Et geminos agitat mediâ de nocte caballos;
Quin ludis, ſcænaque vacat, dum paupere menſâ
Durum mordet olus grandis cum pellice nata,

Et

NOTÆ.

Et lib. 1. Epigr. 38.

Hunc, qui fœmineis dies, nocteſque cathedris
Incedit

170. *Et geminos &c.* Ideſt bigâ, non pedibus per Urbem vectatur, vel potiùs ipſemet biugem rhedam ducit, quæ recens inventa, diciturque *il birozzo*, eaqne hujuſmodi arte confecta, ut ſine alicujus aurigæ ope, ex ſe eam circumducere quiſque valeat.

171. *Quin ludis &c.* Nullum voluptatis genus intactum relinquit, quin ei indulgeat, quamvis domi propriæ *contraſtino*, ut vulgo dicitur, *il pranzo con la cena*, undè & uxor, & filia vix habeant, quid edant, ad famem ſedandam.

172. *Durum &c.* Perſ. Saty. 3. v. 111. de plebejo, paupereque victu.

Poſitum eſt algente catino
Durum olus, & populi cribro decuſſa farina.

ideſt: tenues herbæ, & viles braſſicæ, urtica, & alia id generis olera: Lubin. in hunc Perſii locum.

172. *Grandis cum pellice &c.* Pellicem pro uxore poſuiſſe minimè, ut cenſeo, dubitandum, nam opponit concubinis, & meretricibus, quas paulò ante dixerat ab eo frequentatas ibi: *Molleſque cathedras.* Non inſuetum veteribus vocabulum hoc, cùm de conjuge agitur, quod & apud Iuriſconſultos obtinuit; quandoquidem Cajus Flaccus in lib. de Jure Papyriano ſcribit, pellicem etiam illam vocatam, quæ cum eo, cui uxor ſit, corpus miſceat: Fortè tamen ejus generis, cujus mentio in Canonibus Eccleſiaſticis frequentiſſima ſub concubinarum nomine, quæ re verâ uxores erant, ſed minùs ſolemniter ductæ, juxta opinionem omnibus authoribus approbatam, & receptam. Quia tamen Paulus de verbor. ſignif. l. Maſurius ſcribit lib. Memoral. pellicem eam habitam, quæ cùm uxor non eſſet, uxoris vicem fungebatur, putarem non ineptè poſſe Secta-

G num

Et rarus vacuâ ſuſpirat nummus in arcâ.
Dic etiã ſacri quid agant propè marginis undam
Arcades, & ſylvâ profugos migrare propinquâ
Finge tibi auditum. Nullum ſit denique dictum,
Aut factum, totâ quod non quæſiveris Urbe,
Quæſitumque tuo ſtudeas narrare Sodali.
Nec tibi turpe puta tabulas, ceraſque loquaces
Clam

NOTÆ.

num noſtrum ex Perſio explicari, ubi de ſervâ pellice Saty. 2.

Horrida quale facit reſidens in codice pellex.

ut, ſicut ibi ea fingitur cum legitimâ uxore eâdem domo permanere, ac vivere, ita hîc famulam inhoneſtam Virgini filiæ datam à Patre ſignificet, turpitudinem facti ſatyricè mordens in eo, qui propriæ domus, & maximè filiæ nubilis decori proſpicere debet, non ſolùm re, ſed exemplo.

173. *Et rarus &c.* Optima Perſii imitatio Saty. 2. v. 51.

donec deceptus, & expers
Nè quicquam fundo ſuſpiret nummus in imo.

173. *Suſpiret &c.* Metaph. ducta ab animalibus; tanquam nummus in arcâ ſolus relictus, timore ingemiſcat, vel ſuſpiret, quaſi à ſociis deſtitutus, & fruſtratus doleat ſpem ſuam in nihilum recidiſſe: Vel tinnit jam rarior in arcâ ex immoderatis impenſis.

175. *Arcades &c.* Academici ſcilicèt Arcades in Regiis hortis, ut diximus congregati; hi horti enim propè Tyberis Ripam viſuntur.

175. *Et ſylvâ profugos &c.* Ab jis hortis ad Farneſianos in Palatino translati, ut ſuperius indicavimus.

179. *Tabulas, ceraſque loquaces &c.* Pro epiſtolis dixit amatoriis noſter Satyricus. Ante inventum uſum Papyri, veteres cerâ pugillares ſuos obducere ſolebant. Hinc illæ loquendi formulæ, in primâ cerâ, in ſecundâ cerâ, imâ cerâ, & poſtremâ cerâ, quia Romani in tabulis ceratis ſua conſcribebant etiam teſtamenta, teſte Suetonio in Cæſare, & aliis

tra-

Clam ferre ad Dominam, dives quas ſcripſit adulter.
Hoc tamen ut facias moneo perſæpe rogatus;
Difficiles aditus, & aperta pericula cernat
Ille, licèt non ſint: differ vadimonia; longas
Necte moras. Lentâ ſic flammâ tortus amator
Plus

NOTÆ.

tradentibus. Quod verò ad noſtram rem attinet, ubi de epiſtolis, & quidem amatoriis agitur, habemus exemplum apud Juven. Saty. 14. v. 29.

Conſcia matri
Virgo fuit: ceras nunc hac dictante puſillas
Implet, & ad mœchum dat eiſdem ferre cinædis.

Niſi quod hic *ceras puſillas* dicit, noſter autem *loquaces*.

180. *Clam ferre &c.* Artem hujuſmodi epiſtolas ferendi edocet, clam tamen, vel ob timorem mariti, vel ob indignitatem muneris.

181. *Hoc tamen &c.* Iniquiſſima lenocinandi præcepta tradit, queis magis ad libidinem accendatur juventa: Hæc autem in Satyra exprimuntur clarius, quin notis, & explicatione indigeant.

183. *Differ vadimonia &c.* Vadimonium eſt propriè ſponſio quædam ſiſtendi, comparendique in judicio ad diem præſtitutam per ſe, vel per Advocatum, quod deſerere non licet; Metaphoricè à Satyrico translatum ad ſignificandum diem amaſio à lenone indictam, ſed ſępè dilatam, ad actus libidinoſos exercendos cum amaſiâ.

184. *Lentâ &c. Quinque eſſe amoris lineas*; ait Terent. in Andriâ; *viſus, colloquium, tactus, oſcula, concubitus*: Horum dilatio maximum affert animo amantis cruciatum, quippe ut idem ſubdit: *Inſuaviſſimus amor eſt, quo frui non licet*; ea ſcilicèt ratione ex teſtimonio Quintil. declam. 2., quod *Nihil difficilius eſt, quàm differre gaudia*, quando præſertim, ut in rebus amatoriis, *ad affectus* magis incompoſitos, ſed efficaces *impetu rapimur*. Curt. lib. 7. Hiſt. Alex. M.

 180. *Plus*

Plus tibi debebit cùm dulcis venerit hora.
Sunt etiam nonnulla, quibus. Me mingere, ſodes,
Permitte. Ut libet, expecto. Sed me quoq; venter
Sollicitat. Cedam, quà flectitur orbita vici.

Com-

NOTÆ.

185. *Plus tibi debebit &c.* Ex eo majus lucrum, majoremque gratiam lenones conſequi ſe poſſe putant, nimis ſibi blandientes amaſios hujuſcemodi in referendâ gratiâ illud Heſiodi, tradente Cic. 2. offic., ſequi debere, videlicet *agros fertiles imitari, qui multò plus afferunt, quam acceperunt.*

186. *Sunt etiam &c.* Talia fari proſecuturum Philodemum interrumpit Sectanus, tam ſceleratas propoſitiones, ac impia dogmata ulterius audire faſtidiens, & ficto prætextu mingendi, & ventrem exonerandi *Diuum everſorem hominem, ſanctique pudoris*, etiamſi is importunè adſtare, & ſequi eum velit, fugiens.

186. *Sodes &c.* Blanditur Philodemo: ſodes enim vox blandientis. Ita apud Perſ. Saty. 3. v. 89.

Inſpice ſodes,
Qui dicit Medico &c.

Exhortationem, aut præcationem ſonare aliqui arbitrantur, ut apud Græcos ἄγε, atque inter verba defectiva Priſcianus enumerat; Senſum autem aperit Cic. in Orat. *Libenter copulando verba jungebant, ut ſodes pro ſi audes.*

187. *Ut libet expecto &c.* Dialogiſmus non inſuetus Satyricis: exemplum dat Perſius initio Satyræ primæ.

187. *Expecto &c.* Importuni Philodemi verba, ſe ab ejus latere dimovere nolentis.

187. *Sed me quoque &c.* Novam excuſationem profert, nempè ventris dolorem, & ex dolore eum exonerandi neceſſitatem.

188. *Cedam &c.* Remotiorem vici proximi partem ad id exequendum incuſat, nempe ubi is flectitur, nec oculis per rectam prætereuntium obvius eſt. Verè orbita latinis eſt decurrentis rotæ veſtigium, teſtante Cicero. ad Atti. lib. 2. *Vix impreſ-*

Commodior locus hic . Non pando turpia genti .
Ergo ſequar . Remane . Haud faciam . Aſt ego currere cœpi ,
Atque vtrâque manu femoralia laxa tenebam ,
Non aliter, quam ſi lactucæ, & lubrica malva
Ari-

Notæ.

impreſſam orbitam implere poſſemus; cui adhæret Plin. lib. 8. c. 58. de murib. *Iidem ubicumque ſint , orbitam ſi tranſiere, moriuntur* : At ubi orbitæ, niſi in viâ ? undè benè ad ipſam viam , ſeu vicum ſignificandum translata eadem vox fuit , præeunte authore illius Jamblici, quod eſt inter obſcœna carmina , cujus titulus eſt de Sâbino .

Et indè tot per orbitoſa millia
Jugum tuliſſe :

Forſan , & probabilius de vico *orbitam* dixit , quia flexuoſo , & in orbem ſe ſinuante , quemadmodum venarum curvarum circulos eodem nomine nuncupavit Martialis lib. 14. Epig. 33.

Pugio , quem curvis ſignat brevis orbita venis &c.

189. *Commodior &c.* Inſiſtit Philodemus , ut Sectanum à propoſito amoveat , locique commoditatem proponit .

189. *Non pando &c.* Honeſtatem iſte prætendit , nè partes obſcœnæ , turpis , putidusque actus à prætereuntibus inſpiciantur .

190. *Ergo ſequar &c.* Deſperatâ re , ipſe Philodemus ſe cum ſequuturum pervicaciter profitetur , renuentique importunius inſtat .

190. *Haud faciam &c.* Reſpondet vulgari illi dictioni frequentiſſimæ in reſpondendo : *Non lo farò mai* ; quæ & Gallis communis : *Je ne le fairay jà mais* .

190. *Aſt ego &c.* Ultimum effugium Sectani , fuga .

191. *Atque utràque &c.* Non aliter ac ſi verè naturæ neceſſitatem implere voluiſſet .

192. *Non aliter &c.* Lactuca , & malva ventrem molliunt: Undè Martia. lib. 10. Epig. 48.

Exoneraturas ventrem mihi villica malvas
Attulit , & varias , quas habet hortus , opes .

In

Arida pulſarent humenti viſcera ſucco.
Sic tandem evaſi petulantis vulnera linguæ,
Et Divûm everſorem hominem, ſanctique pudoris,
Servatamque animam puduit debere latrinæ.

FINIS.

Notæ.

In quibus eſt lactuca ſedens &c.

Et lib.3. Epigr.89. ad Phębum.

Utere lactucis, & mollibus utere malvis:
Nam faciem durum, Phębe, cacantis habes.

193. *Pulſarent &c.* Ideſt agitarent.

194. *Petulantis vulnera &c.* Translat. vulneratio ad linguam, quæ verbis vulnerare dicitur, cùm eſt alicui injurioſa, vel moleſta: Ita igitur vulnerare aliquem voce, eſt offendere, & lædere verbis: Cic.1. in Catili., *& quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero.* Quod & ad animum refert Virgil. Æneid. 12.

Turbatam vulnere mentem

dixitque tantùm verberare Horat. Ode 12. lib.3.

Verbera linguæ

196. *Servatamque &c. Cùm ſit anima,* Ariſt. 2. de anim., *principium, quo vivimus, ſentimus, & movemur,* cujus dignitatem admiratus Manilius lib. 4., eam *exemplum Dei* dixit, ſicut & *Deum* ipſum vocavit, *qui in nobis eſt* Ovid. 6. Faſtorum, noſque rectè credamus, probèque ſciamus *ſimilitudinem animæ ad Deum* teſte Bernard. ſuper Cant. ſerm.83., & ad ejus *imaginem factam,* ut proteſtatur idem ſer.80., hinc factum, ut tantam ejuſdem excellentiam admiratus Auguſt. lib. de Hæreſ. nil eâ *melius poſt Deum eſſe* confeſſus ſit; meritò Sectanum puduit ejus incolumitatem, liberationemque ab inſidiis, & blaſphemiis hujuſmodi debuiſſe rei immundiſſimæ, uti eſt latrina. Hinc collige, Lector, totam hujus Satyræ ſeriem in eo ſitam eſſe, ut oſtendat duplicem characterem, hominis videlicèt impii ex

unâ

unâ, pii verò ex alterâ partibus, non ut indicet hunc, vel illum hominem identificè. Sic vitium arguit, & virtutem extollit, ubicumque demùm ſint. Ulteriùs etiam docet, quàm difficile ſit ab hujuſmodi inſidiatoribus cavere, quippè importuni, ſagaceſque ſe alterius animo, quem corrumpere, & ad malum divertere nituntur, ſenſim inſinuant, & quomodo probus vir quamlibet arripere debeat occaſionem, ut eos vitet, & incolumis evadat.

FINIS.



SATY-

SATYRA SECUNDA.

ARGUM. Vulgatâ primâ Satyrâ non ſine plauſu, ac bonorum approbatione, Philodemus jactare cępit hoc in ſui gloriam cedere, cùm nonniſi Magnatibus contingat appeti injurioſis libellis. Hinc ſecundæ Satyræ exordium; in quâ Author varia narrando, oſtendit Philodemo verè Satyram debitam. Occaſione ſumptâ modernam Quietiſtarum ſectam videtur innuere. Poſtremò Circulatoriam artem falsè, & lepidè more ſuo deſcribit.

H*Oc unum, Philodeme, tuis ſtultiſſime rerum*
Ampul-

NOTÆ.

1. *Hoc unum &c.* Statim ac in lucem prodiit prima Sectani Satyra, Philodemus in laudem eam ſibi ceſſiſſe jactavit, eo ſcilicet titulo, quod invidiæ morſibus nonniſi magni viri ſubjecti eſſent; quia incedentibus per gloriæ tramites ea ſemper comes penè indiviſibilis eſt. Hac opinione elatus, eô quia, ſe maxi-

Ampullis deerat, mentiſque furoribus, ut quæ
Scripta tuos mordent non falſo carmina mores
In titulum, laudeſque tibi ceſſiſſe putares.
Naſcitur à Satyrâ ſi gloria, gloria probri
Hæc eſt, digna quidem Calabris accreſcere faſtis.
Sed quoniam tibi, vane, places, populiq; per ora
Tra-

NOTÆ.

maximum virum, & ut ita dixerim, hëroa eſſe crederet, in ſe probari cenſuit illud Ciceronis 1. invecti. in Cato: *Invidia virtute parta, non invidia, ſed gloria putanda eſt.* Hac de causâ denuò in eum inſurgit Sectanus, eique oſtendere nititur, hac ambitiosâ credulitate penitus illudi, quandoquidem nil in eo ſit invidendum, ut partium enumeratione gradatim demonſtrare ſatagit.

2. *Ampullis &c.* Vas ventrioſum, ut ait vetus Horatii interpres; indè, metaphoricè, ampullæ dictę ſunt verba magnifica, turgida, & magniloqua. Horat. in arte.

Proiicit ampullas, & ſeſquipedalia verba.

ideſt orationis amplitudinem, & ſupercilium omittit: nempè Telephus, & Peleus, uterque jam exul factus, ut obſervant Turneb. lib.7., Henr. Steph. in Schediaſ., & alii. Undè ampullor, ſuperbio, tumeo. Horat. in epiſt. 1.

Tragicâ deſęvit, & ampullatur in arte.

4. *In Titulum &c.* Sic ſibimet blandè illudit Philodemus; quod etiam ea ſcripta, quæ ejus vitia mordent, ſibi glorioſa eſſe, ſuæque famæ incrementum afferre profiteatur, atque jactabundus extollat.

5. *Naſcitur à Satyra &c.* Satyra eſt carmen ad carpenda vitia compoſitum: undè benè noſter author ait, ex eâ alicui gloriam naſci non poſſe, niſi velimus idem probrum, quod ibi carpitur, dicere laudabile, & glorioſum, & ni malimus, id, quod meretur apertam hominum reprehenſionem, utpotè vitioſum, atque acrem objurgationem, virtuti, pietatique tribuere: quod quam ridiculum, impudenſque ſit, nemo eſt, qui neſciat.

Traduci gaudes, tunicati murmura Vulgi
Empturus famæ pretio, faciam ut ſale multo
Inſulſum caput aſpergam, calamoque revellam,
Quæ tibi de medio jecore exierat, Caprificum.
Quam-

NOTÆ.

8. *Tunicati &c.* Plautus in Pęnul. act. 5. Scęn. 3.

Noviſtin tù illum tunicatum hominem, qui ſiet?

Et Ennius lib. 9. Annal. *Tunicata juventus*. Uterque de Carthaginenſibus loquitur, hinc liquet tunicam eſſe eorum proprium veſtimentum. De ipſius formâ conſtat apud antiquos, quod eſſet ſine Manicis; propterea etiam retiariis tributum, ut ad dimicandum eſſent aptiores, prout habet Juven. Saty. 2. v. 143.

Vicit & hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi.

Illud certum tamen eſt ævo Plauti tunicam eſſe veſtem propriąm ſervorum, & ruſticorum, qui in coloniis, & municipiis degebant: undè in Amphit. act. 1. ſcęn. 1.

Certò pedibus, non tunicis venis.

At temporibus Imperatorum non tunicæ amplius meræ, ſed penulæ in uſu ſervorum; Senec. lib. 3. c. 28. de Benef. Lipſius elect. 1. 23.

9. *Empturus &c. Vulgus* ut notat Cic. pro Roſcio, *ex veritate pauca, ex opinione multa judicat*. Non tutum ab eo aucupare plauſum, ubi de famæ pretio agitur, *cujus damna majora ſunt, ut extimari poſſint*, teſte Livio Decad. 1. lib. 3.

9. *Sale multo &c.* Sal hic pro mordacibus facetiis accipitur, ut apud Mart. lib. 9. Epigr. 44.

Et ſolùm multo permaduiſſe ſale.

Et lib. 8. Epigr. 3.

At tù romano lepidos ſale tinge libellos.

11. *Caprificum &c.* Ideſt gloriæ cupiditatem. Sumpſit hoc Sectanus ex Perſio Saty. 1. v. 25.

Et quæ ſemel intus
Innata eſt, rupto jecore exierit Caprificus.

Ut enim caprificus ſterilis eſt, & nunquam maturos fructus producit, imò ſaxis, & parietibus, in quibus ſemel radices fixit,

Quamvis nulla meas cõmendet gratia Muſas
Nec Latio ſermone loquar, multâque notandus
Mendâ ſub ferulâ merear pallere magiſtrâ:
16 *Dicite Grammatici, quæ ſit pro crimine pœna*
Digna meo, quoties curto pede ſyllaba peccat?
Sed lex intereà veniat Scantinia contra,
Et petat Ædilis, quæ ſit tibi cauſa dolendi,
Tele-

Notæ.

fixit, contineri non poteſt, quin muros, ſaxa, & monumenta perrumpat, frangat, & foras promineat: ita etiam vana Philodemi ſcientia inutilis, ſteriliſque eſt, nec tamen cohiberi poteſt, quin prorumpat, & ſe aliis ridiculè oſtentet.

12. *Quamvis &c.* In criticis Philodemi contra has Satyras hæc primo obiiciuntur, quod ſint ineptæ, & ab inſulſo Poetâ concinnatæ, & compoſitæ.

13. *Nec Latio &c.* Secundò objicitur, quod minimè Latinæ ſint.

13. *Multaque notandus &c.* Tertiò, quod plurima in ſyllabis menda notentur.

15. *Dicite Grammatici &c.* Quidquid autem ſit de jis, (de quibus objurgatur, erroribus, ſe modo ſubiicit jis pœnis, quæ ſolent djſcipulis à Magiſtris infligi, quoties in aliqua ex hujuſmodi mendis labantur, quæ quidem ſatis leves ſunt, nec adeò ſeverè tractari merentur, ut meditatur Philodemus.

17. *Scantinia contra &c.* Scantiniâ lege præpoſteræ Veneris uſus coercebatur, Luciuſque Scantinius eam tulit, prout refert Pompon. Læt. de leg. Rom:. Aliter tamen, & forſan veriùs Schrevelius in illud Juven. Saty. 2. v. 39.

Citari ante omnes debet Scantinia.

Cauſam eamdem ferendæ legis adducit, contraque infames pedicones latam ſcribit; at fretus authoritate Valerii Max. lib. 6. c. 1., & Parrhaſ. epiſt. 23., addit promulgatam fuiſſe propter Scantinium ſtupratorem maſculorum, qui C. Marcelli filio vim afferre conatus eſt, à Patre accuſatus. Quamvis autem leges plerumque ſumere ſolitæ eſſent nomen ab jis, qui

Telephus ingenuo, cum te non reſpicit ore,
Et quoties Charinus abeſt, cui floſculus ævi
Purpureas dubiâ pingit lanugine malas.
At tù nil trepidas ſub judice, præmia poſcis

Quin

NOTÆ.

tulerunt: non raròitem à damnatis uſurpabant, ut Laja à Lajo, qui primus omnium intulit ſtuprum Chriſippo Pelopis filio.

19. *Telephus ingenuo &c.* Telephus Juvenali Saty. 1. Myſorum Rex, & Herculis ex Auge Nymphâ filius, cui vulnus, & auxilium Pelias haſtâ tulit. Hoc loco verò habetur pro nobili Ephębo à Philodemo adamato: Neſcio, an nimis divinare ſit, ſi ſub hoc nomine viri alicujus mores, ingenium, conditionemque latere dixerim: qui vir, quiſquis ille ſit, meum non eſt apponere. Certè apud veteres illud fuit communiſſimum adagium, *Telephus è perulâ*, dictum in hominem tenui quidem fortunâ præditum, ſed propter nomen aſcititium præclarum magnos ſibi ſumentem ſpiritus; veluti ſi quis Ferdinandi, Pompei, Ludovici, Carolique nomine ſibi placeat, quod maximorum Principum decantatiſſima ſint nomina. De hoc proverbio teſtem habes Ariſtoph. *atqui antea mendicabas, Telephum te eſſe prædicans, è perulâ ſcilicet*. Hinc habes hominem maximum ſui extimatorem, nomine aſcititio tumidum, licèt conditione vilem, tenuique fortunâ præditum. Sed & illud ſuccurrit, alio adagio dictum de homine nimium pudente, qui tenuitatis ſuæ conſcientiâ oculos attollere non audet: *oculos humi demittit, tanquam Telephus*; vel potiùs de eo, qui obaudit, & ſe non audiſſe ſimulans, oculos humi affigit; in qua ſignificatione accepit Amphis Comicus in impoſtore fabulâ, inquiens:

Demiſit primum oculos ſilentio, tanquam Telephus.

Habes igitur & pudibundum hominem ex propriæ conditionis conſcientiâ, habes & pudentem ex proprio delicto. Ex his omnibus tibi in promptu eſt, quo ingenium acuas in tali homine quærendo, inveniendoque; niſi aptius dicere malis in vitium, non in perſonam à Sectano inquiri.

20. *Charinus &c.* Ephębus alter &c.

23. *Docta*

Quin potiùs; doctâ nam ſpargis LUCE *tenebras*
Et molles fingis juvenes, magnoſque Poetas
Eſſe jubes; cupiant tantùm, manibuſq; terantur
Pindarus aſſiduis, & mucida fruſta Lucretj;
Protinus è Cœlo deſcendit flavus Apollo
Imberbes hederâ crines redimire paratus,
Cùm nil putidius verſus ſcribente cinædo;
Tù tamen exultas, quid diſtet ab inguine laurus
Neſcius, in triviis carmen componere natus.

At

NOTÆ.

23. *Doctâ nam ſpargis &c.* Colligitur ex his, quod vitium ſub ſpecie boni obtendebat Philodemus, impurumque amorem, quo juvenculos aliquot deperibat, titulo eos inſtituendi in ſuâ Lucis Univerſalis ridenda doctrinâ, velabat.

25. *Eſſe jubes &c.* Hac viâ procedens per momenta, ac penè in inſtanti doctos fieri poſſe jactabat inſulſiſſimus homo.

26. *Pindarus &c.* Pindari, Lucretjique lectionem ad homines omnibus ſcientiis imbuendos plus quàm ſatis eſſe decantabat; reliquos authores deſpiciebat.

26. *Mucida fruſta &c.* Dixit & Juvenalis Saty. 5. v. 68.

Solidæ jam mucida fruſta farinæ.

Et Saty. 14. v. 128.

Mucida fruſta panis.

metaphoricè ad Poetam Lucretium translatum.

28. *Imberbes &c.* Hederæ antiquis tantùm Baccho ſacræ dicuntur, in ejus autem tutelâ erant Poetæ, benè ergo illis ex hederis corona tribuitur: Undè optimè dictum illud: *Me doctarum hederæ premia frontium Diis miſcent ſuperis*: & Perſ. in Prolo. v. 6.

Heliconidaſque, pallidamque Pirenem
Illis remitto, quorum imagines lambunt
Hederæ ſequaces.

30. *Tù tamen &c.* Philodemi impudentiam, ignorantiamque ſimul acriter mordet.

32. *At*

At nuper tumidus rhedâ vectaris eâdem
Cum Tito, & Cythiſo, Nomentanique Nepote,
Hinc, atque inde patens ſpeculis, vultuq; ſupino
Invidiam nimbo madidis facturus amicis,
Quorum ſævæ Urbis ſpurcos terit ungula vicos;
Nos tamen ipſe prius detectâ fronte ſalutas
Longius, exultaſque manu, geſtiſque videri:
O pulcher, lepiduſque ſimul! facis eſſe beatos,
Quos cernis, nutuque procul dignaris honeſto;
Longo nimirum prognatus ſanguine Patrum,
Congeſtoque potens centeno Conſule cenſu,

Arbi-

NOTÆ.

32. *At nuper &c.* Vanitatem tandem ejus redarguit, quia ex eo, quod eâdem rhedâ cum nobilibus ephębis vehatur, ſuperbiret, ſeque amicis pedeſter tranſeuntibus ad ſui oſtentationem conſpiciendum præberet.

33. *Cum Tito &c.* Hujus nominis mentio apud Marti. lib. 7. Epig. 9., quem ſupra adduximus.

Septingenta Tito debet Lupus.

Sectano nobilis, & dives puer eſt.

33. *Et Cythiſo, Nomentanique &c.* Cythiſus, & nepos Nomentani duo alii illuſtres pueri ex Romanis Patriciis orti.

34. *Patens ſpeculis &c.* Rheda, quæ vulgo *Stuſiglia*, vel potiùs hinc inde cortinis apertis, adeout per ſpeculum videri poſſit, qui intus vehitur.

37. *Nos tamen &c.* Non urbanitatis gratiâ, ſed ut melius inſpiciatur, nec aliquis eum ſic procedentem vidiſſe diſſimulare poſſit, primus ſalutat, jactationeque manum ſe omnibus oſtentat.

41. *Longo nimirum &c.* Scopticè de ejus nobilitate ſcribit. Hîc autem eſt, ubi author incipit oſtendere nullam ei ineſſe cauſam, aut occaſionem, cur de ſe aliquo modo ſuperbiat: primò de nobilitate agit.

42. *Centeno conſule cenſu &c.* Secundò, de divitiis; nam

Equi-

Arbiter es populis, & vultu fata miniſtras;
Credimus hoc omnes, qui te natalibus ortum
45 *Novimus anguſtis alienâ vivere quadrâ;*

Quin

NOTÆ.

Equites Romani debebant habere in cenſu, ideſt poſſidere HS. quadringenta millia, ideſt decem millia coronatorum, aliter de plebe erant. Horat. *Si quadringentis ſex ſeptem millia deſint, plebs eris*. Juven. Saty. 5.

Quadringenta tibi ſi quis Deus, aut ſimilis Diis,
Et melior fatis donaret.

Hanc legem primus tulit Otho, de qua idem Juven. Saty. 14. v. v24.

Effice ſummam
Bis ſeptem ordinibus, quam lex dignatur Othonis.

Ideſt, compara tibi cenſum equeſtrem juxtà præſcriptum à lege Othonis, quem Equites habere debent, qui in quatuordecim gradibus theatri ſedebant.

43. *Arbiter es populis &c.* Tertiò, de ejus potentiâ tractat; quæ in populorum Monarchico regimine conſiſtit, & in poteſtate animadvertendi ſecundùm leges in ſubditos, deque eorum vita, & facultatibus diſpònendi, juxtà eaſdem leges.

44. *Credimus &c.* Facetè, ſalsèque dictum de hac communi credulitate, ut ex ſequentibus patet.

45. *Alienâ vivere quadrâ &c.* Dixit idem Juven. Saty. 5. v. 2.

Alienâ vivere quadrâ.

Ex hoc authore certè deſumpſit Sectanus ad litteram: Porrò idem eſt, ac alienis impenſis vivere. Quare autem quadra pro impenſa ponatur Scaliger ad Moretum fusè explicat. Quadra ſiquidem pro pane, qui victus, & impenſæ præcipua pars; nam in quadras diſpertiri ſolebat panis; undè Romanis dicti panes quadrati: De his plurima apud Martialem teſtimonia; tria tantùm referam, lib. 3. Epig. 77.

Nec ſectæ quadra placentæ.

lib. 6. Epig. 75.

Quadramve placentæ.

lib. 9.

Quin latrat incaſsũ ſtomachus, niſi menſe peracto
Plena Tarentino feſtinet epiſtola ſoldo.
Venturus Romam portâ tranſivit eâdem,
Qua ſubiiſſe ſolent Tyberino colla capiſtro
Debita, ab Hetruſcis mœſtè comitanda galeris;
Hoc mihi ſufficiat, nec multum ſcire laboro.

In

Notæ.

Lib. 9. Epigr. 92.

Secta plurima quadrâ de placentâ.

45. *Quin latrat &c.* Latrare proprium Canum eſt, cùm fames urget: hinc metaphoricè latratus ad Philodemi ſtomachum translatus.

47. *Plena Tarentino &c.* De ea intelligit, quam Italicè dicimus *Poliza di cambio*; quæ menſtruatim illi à Tarento mittitur.

47. *Soldo &c.* Soldum pro ſolido: Ita uſus eſt, Martial. lib. 4. Epig. 37.

Ex inſulis, fundiſque tricies ſoldum.

48. *Venturus Romam &c.* Ingreſſus eam ex Urbis portis, quæ ad S. Joannem nuncupatur; & Celimontana *à Monte Celio*, cui proxima erat, dicebatur. Nec forſan à vero abeſt, eam eſſe eâmdem, quæ poſterioribus ſęculis Aſinaria fuit nuncupata, cujus nominis mentio apud Procop. lib. 1. de Bel. Goth., ubi agit de Beliſario. Clarius Anaſtaſ. Biblioth. in vita Silverii Papæ: quos referens Fulvius, hinc Aſinariam dictam ſcribit, quod per eam homines Romam accedentes introirent, plerumque ruſtici, & indocti, & ad unicum eſculentorum commercium Romam adventantes: Per has portas frequentior furum, latronum, necnon craſſatorum in Romam ingreſſus, qui ultimo ſupplicio afficiuntur propè ripam Tyberis ad Pontem, qui vulgo dicitur *di S. Angelo*; ideoque Capiſtrum hoc appellatum eſt à Poetâ Tyberinum.

50. *Ab Hetbruſcis &c.* Hetruſcos galeros intelligit Societatem Miſericordiæ nationis Florentinæ, cui ex privilegio, & inſtituto mos patibulo ſuſpendendos ad mortem ſociari,

atque

In ſpeculum faciem, cur tantùm, ſtulte, procaris
Ipſe tuam, & nitidi placeant mendacia vitri;
Cur jactes ævum pueri, trieteridas octo,
Dum tibi luxuriat tetro gravis hircus in ore,
Et

Notæ.

atque conſolari, necnon ab benè, Chriſtianèque moriendum ſuadere: Eam autem ſic denominat à galeris, quos ejuſdem Confratres ſupra Caputium ferunt, inconditos, magnos, & undequaque pendentes, quod aliis Societatibus inſuetum.

52. *Procaris &c.* Ideſt, laſcivis, vel plus quam homini deceat ſpeculo ad faciem mangonizandam indulges.

53. *Et nitidi placeant &c.* Ideſt: quamvis tuæ turpiſſimæ faciei mendax ſpeculum aduletur, attamen tibi eadem placet adulatio.

54. *Cur jactes ævum pueri &c.* Vulgare eſt Philodemi dictum, ſe quamvis penè puerum, ac ætatis nondum confirmatæ ſeniores ſapientiâ, atque doctrinâ ſuperare, eâdemque de causâ mulieribus gratum, acceptum, atque amabilem ſe eſſe, ac ſemper fuiſſe.

54. *Trieteridas octo &c.* Trieteris ſpatium trium annorum, cujus meminit Martial. pluribus in locis: nempè lib. 6. Epig. 38.

Nec adhuc Trieteride plenâ.

Ideſt non adhuc abſoluto triennio: item lib. 9. Epig. 86.

Bis trieteride junctâ.

Ideſt ſex annis: & lib. 10. Epig. 53.

Raptum trieteride nonâ.

Anno videlicèt vigeſimo ſeptimo: ſic lib. 7. Epig. 95.

Sex mihi de primâ deerant trieteride menſes.

Cicero lib. 3. de nat. Deor. *A quo trieterides conſtitutæ.* Hinc apud Græcos *τριετηρικά, trieterica* Baccho ſacra, quia tertio quolibet anno celebrari ſolita.

55. *Gravis hircus &c.* Ideſt, grave olentia oris, ab hirco, qui ſtatim ac coire cœperit, fœtet. Pro alarum grave olentiâ ad huius animalis fœtorem accedente, accepit Horat. Epod. 2.

Et gregis ipſe atavus non faſſos computat annos.
Infœlix formæ ſtudium, quæ nata maligno
Sydere, non madidũ panem, aut unguẽta meretur!
Illa

NOTÆ.

Gravis hirſutis cubat hircus in alis, necnon Catullus, qui Caprum appellat hujuſmodi fętorem:

Valle ſub alarum trux habitare caper.

56. *Armentique atavus &c.* Quia Philodemus ſibi numerum annorum minuit, ideò Sectanus ad atavum armenti eum remittit, ſub quo natus: itaut ejus anni ſint Philodemo, quaſi faſti Conſulares, undè ſuos computare debeat.

58. *Madidum panem &c.* Panem lacte aſinino madidum ad ſollicitandum cutis nitorem, ac candorem adhibebant antiqui. Refertur enim de Poppęa Neronis uxore, quod adeò diligens in curanda oris formâ fuerit, ut eam in exilium miſſam quingentæ aſinæ ſequerentur, quarum lacte candorem corporis provocabat. Huc reſpexit Juven. Saty. 6. v. 471.

Ridendaque multo pane tumet facies.

58. *Unguenta &c.* Ad liniendam cutem, & ad odorem. Hæc autem Juven. eodem loco dixit, *pinguia Poppæana*, ab jis, quæ Poppæa formæ ſtudioſiſſima adinvenit. Alia tamen unguenta virorum, alia mulierum innuit fuiſſe Martialis lib. 14. Epig. 59.

Balſama me capiunt, hæc ſunt unguenta virorum,
Delicias Nini vos redolete nurus.

Suavitatem Balſami commendat Plin. lib. 12. c. 25., ſed hoc non in uſu apud mulieres, ut ſupra notatum Epigramma oſtendit, quod fœminis tribuit unguentum Aſsyrium, videlicèt amomum, nardum, aliaque id genus pigmenta, & unguenta magis delicata, & quidem de unguento Aſsyrio idem alibi ſcripſerat, nempè lib. 8. Epig. 77.

Si ſapis, Aſsyrio ſemper tibi crinis amomo
Splendeat

Nini deliciæ, & unguentum Aſsyrium idem, nam Ninus Aſsyriorum Rex fuit. Maximo idcircò in pretio ungentarii fuere, quemadmodum Coſmus ille apud Martialem myropola, unguen-

Illa ſuburbanis potius figatur in hortis,
Obſcænique vices ſubeat laſciva Priapi,
Villicus ut cupidas poſſit terrere columbas

Aci-

NOTÆ.

guentariuſque celeberrimus ſæpè notatus; de quo ſolùm reſcribam Epig. illud in Gelliam unguentis delibutam, quod eſt 55. lib. 3.

Quod, quacumque venis, Coſmum migrare putamus,
Et fluere excuſſa cinnama fuſa vitro,
Nolo peregrinis placeas tibi, Gellia, nugis,
Sic puto poſſe meum, ſic benè olere canem.

59. *Ille ſuburbanis &c.* Priapus vitis, & hortorum cuſtos, cujus imago in ipſis hortis apponebatur ad avertendos fures, & aves. Sic deducimus ex Horat. 1. Ser. Saty. 3.

. . . . Deus hinc ego, furum, aviumque
Maxima formido.

Et ex Virg. lib. 4. Georg.

Et cuſtos furum, atque avium &c.
Servet tutela Priapi.

Hic Deus veteribus cum membro virili enormis magnitudinis pingebatur, aut ſculpebatur, imò ipſum membrum virile ſic ſculptum, & pictum pro ipſo Priapo habebatur, dicebaturque Priapus, prout paſſim apud Authores legitur, & in antiquis marmoribus viſitur. Satis tamen ſit in confirmationem locus Juvenalis Saty. 6. de Eunucho.

. . . . . Nec dubiè cuſtodem vitis, & horti
Provocat à Dominâ factus ſpado . . . .

61. *Villicus ut cupidas &c.* In hortis ſuburbanis non tantùm omne genus olerum, ſed & leguminum ſerere ſolent noſtri Horticulæ. Semen verò terræ recenter creditum palumbes importuni adeò infeſtant, eruuntque è ſolo, ut terriculamentis illos arcere neceſſe ſit. Quapropter in areolis, campis, lociſque eminentioribus palam defigunt, cui plerumque, vel attritæ braccæ, vel fruſtulum pallii, vel aliud quid turpe alligatur, undè avidæ volucres perterritæ aufugiant. Dicit igitur Author Philodemi faciem adeò turpem eſſe, ut huic officio ſit opportuniſſima.

62. Ut

A cicere, atque fabis, & Stoica prandia creſcant.
Sed quis ferre queat numeros, & verba ſonantem
Græcorum aſſiduè? duo, vel tria nomina ſunt, quæ
Hauſerat è chartis nondum barbatus Achivis,
Et tamen infœlix tanto ſub judice Homerus
Vapulat, & miſerâ nutant in fronte corollæ.
Pergama, quid proſunt, quid cæde piatus Achilli
Patroclus Hectoreâ, ſi poſt tot ſęcula famam
Eripuit Calaber, nec dicitur amplius heros?

Græ-

NOTÆ.

62. *Ut Stoica prandia creſcant &c.* Frugalitas Stoicorum notiſſima, facilis enim, & parcus horum victus fuit: Cibis naturalibus, leguminibus, & farre utebantur ad eſum, vt Pythagorici, non verò carne, quod nefas putabant. De his Perſ. Saty. 3.

Haud tibi inexpertum curvos deprendere mores,
Quæque docet ſapiens braccatis inlita Medis
Porticus inſomnis, quibus & detonſa juuentus
Invigilat ſiliquis, & grandi paſta polentâ.

63. *Sed quis ferre queat &c.* Reprehendit in Philodemo vitium aſſiduè græcizandi; præcipuè, quod, cùm vix primis labris græca elementa guſtaverit, adeò ſuperbus evaſit, ut auſus fuerit etiam maximos, venerabileſque vetuſtatis authores, Homerum nominatim, parvi pendere.

67. *Vapulat &c.* Tanta eſt hominis petulantia, ut in linguâ Græcâ vix abecedarius, & elementarius Homerum taxare, & ſugillare ſæpius ſit auſus.

67. *Nutant &c.* Quia fortè tentavit coronam Principis Poetarum illi ſurripere.

68. *Pergama &c.* De bello Iliaco intelligit, in quo Hector ab Achille interfectus in ultionem amiciſſimi Patrocli, qui hujus ſub terro cecidit: De his fusè Homerus in Iliad.

70. *Nec dicitur &c.* Senſus eſt; Infœlix Achilles, qui cele-

lebra-

Græculus hæc audet, forſan majore cachinno
Dignus, dum totam ducit per compita nonam
Et mattutinus, veſpertinuſque pererrat
Garrulus, & comites adhibet, creditque videri

An-

NOTÆ.

lebratis ab Homero egregiis tuis, bellicisque virtutibus, poſtquam Herois titulum in noſtram uſque ætatem famâ, & opinione rerum geſtarum conſervaſti; nunc Calaber Philodemus actiones tuas seriò perpendens, invenit malè tibi convenire ſpecioſum nomen, ſtatimque hoc fatali decreto percuſſus decidis à gloriæ vertice, quo hactenùs ſediſti, nec amplius Heros prædicaris.

71. *Græculus hæc audet &c.* Vel quia Calaber, ideſt in Magnâ Greciâ ortus, vel quia ſic per contemptum illum dicat Græculum, ad differentiam eorum Græcorum, quos ante nominavit, qui celeberrimi, doctiſſimique apud omnes, ſi Philodemum tantùm excipias, prout de ſe prædicat ipſe, habiti. Res non inſueta, quandoquidem, & hac voce per jocum uſus eſt Juven. Saty. 3. v. 78.

Græculus exuriens in Cœlum, juſſeris, ibit.

Ideſt, tam vafer, viliſque, ut nulla prorſus ſit ars, ſeu bona, ſeu mala, quàm ipſe non profiteatur: inter quas Cic. pro Milo. ei tribuit aſſentationem, uti propriam. Sivè ita dixit è vulgato regionis more, ubi Provinciæ accolæ, in qua natus eſt Philodemus, vocantur vulgo *Grecaroli*.

72. *Dùm totam ducit &c.* Uſque dum elapſa ſit nona hora diei, aſſiduè per Urbem vagatur, fidis ſociatus comitibus, quibus uti Magiſter præſidet. Scribit autem uſque ad nonam Urbem circuire ſolitum, quia ea erat hora prandii, ut de veterum more teſtatur Martial. lib. 4. Epig. 8.

Imperat extructos frangere nona toros.

hoc eſt lectos diſturbare, quibus cœnando accumberent. De hac re vide Stuckium lib. Antiq. Convival., ubi de nonâ latè.

73. *Et mattutinus &c.* Hæc loquendi formula Græcis frequentiſſima, & ab ipſis in Romanos adventitia. Eam habemus ex Home. Odyſſ. 16. *veſpertinus venit*, 8., & 10. Iliad.,

ibi

Antiſtes Themidis, juris, legumque peritus;
Cùm nunquam vetulo cognatas codice blattas
Depulerit, mureſque arrodant undique Baldum.
O toga, qua ſacrum cingis pudibunda bidental,

Si

Notæ.

ibi, *mattutini armabantur*, hîc *Heſternus promiſit Ulyxes*. Quin apud ipſos locutio hæc etiam ad dies tranſijt, quod nos hactenus, quod ſciam, imitati non ſumus. Nam Theocr. Idi. 10. & Hipocr. lib. 7., ἐπιδ': ad exitum, dicit: *Amo undecendius, obiit ſeptendius*; ideſt, undecim dies elapſi ſunt, quo amo: obiit die ſeptimo. Inter Latinos Virg. Æneid. 8. v. 465.

Nec minus Æneas ſe mattutinus agebat.

Huc trahi poteſt illud Mart. lib. 3. Epig. 2.

Nec mattutinà mihi fronte venis.

Quod explicat in Comm. Colleſſon. *triſti ſupercilio*: manè enim non pranſi homines ſunt ſeveri: fortè aptè ad oſtendendum huc à noſtro authore tendi, nempè ad aucupandam cœnam tot Philodemi circumeationes fieri, non enim caſu de horâ nonâ mentio facta eſt, quæ hora cœnæ apud veteres, ut alibi notavimus.

75. *Antiſtes Themidis &c.* Deæ ſcilicèt juſtitiæ, & honeſtatis Sacerdos: eleganter pro ſummo juris perito. Irridet eum Sectanus, quod nè quidem ullum ex veteribus, & doctiſſimis Juriſprudentibus, vel ipſorum librorum titulum legerit.

76. *Cùm nunquam &c.* Idem demonſtrativo hoc probat argumento, deducto à pulvere, tineis, & corroſione murum; quod non evenit libris, qui frequentèr præ manibus habentur, aſſiduèque teruntur digitis.

78. *O toga &c.* Non Romanorum toga hîc ſignificatur, ex qua Virg. Æneid. 1.

Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

dixit; deque eâ Laberius apud Macrob., Propert. lib. 4. Elegiar., Lipſius lib. 2. Elect. c. 13., Dionyſ. lib. 3. Antiquit., Tertull. de Pallio, Iſidor. lib. 9. cap. 24. & alii. Sed agitur de aliâ togâ, quæ Romæ nunc propria eſt Cauſidicornm, & Ora-

Si te Romani tangit jactura decoris
I precor immundis augere peculia Verpis,
Nam ſatius nummo proſtabis fænebris uno
Pendula per vicos, & rupto marcida filo,
Quam ſordes igava pati, dicique per Urbem
Te phaleras tardis præbere, & ephippia onagris.
Induat

NOTÆ.

Oratorum forenſium, quos Apulejus inceſſens, à vulture, qui cadavera ſummè affectat, ex eo quod eis conceſſum ſit in medio foro latrocinium, *togatos vulturejos* jam ex tunc nominavit, ut quibus ſanguinariâ rapacitate homines excarnificari moris ſit.

78. *Bidental &c.* Dictus ſupra Philodemus *antiſtes Themidis*, hinc fortè eum modò ſacrum per jocum prędicat, utens voce *bidental*. Hoc etenim nomine nuncupabatur, quicquid fulmine percuſſum binis bidentibus, vel ovibus expiandum erat. Locum fulmine tactum ſoliti erant Ethnici claudere, & ſepire, quia ſacrum, ſed mali ominis: ut apud Perſ. Saty.2. v. 27.

Triſte jaces lucis, evitandumque bidental.

81. *Nam ſatius nummo &c.* Satius eſt eam togam Hebræis vendere, indèque aliquod, etſi tenuiſſimum lucrum capere.

82. *Pendula per vicos &c.* Solent Judæi in Urbe cùm venum exponunt veſtes, illas appendere parietibus domorum quacumque in viâ, ut prætereuntes illiciant. Unde ait author minorem fore injuriam Romanæ togæ ſuſpendi, & quaſi jugulari ſordidis Hebræorum manibus, quam Philodemo inſervire.

83. *Quam ſordes &c.* Meliuſque uno etiam obolo proſtabit utenti eâ pauperi, qui propriam non habeat, quàm Philodemum, etſi ejus dominum, veſtiendo, immunda fieri, & minus decora, itaut de ea dicatur rectè, qnod aſinum ornet, indèque reſpectu ipſius Philodemi proverbium probetur Italicnm, idem eſſe ei togam geſtare, quàm *metter la ſella all'aſino.*

84. *Onagris &c.* Onager aſinus ſylveſtris, cujus nomen dedu-

Induat hanc potius lictor, diruſque ſatelles,
Cùm perſonatus captat, fallitque nocentes;

Vel

NOTÆ.

deductum è græco fonte, videlicèt ex ὄνος aſinns, & ἄγριος ſylveſter, ſeu agreſtis. Hoc nomine ad quemcumq; aſinum ſignandum uſi ſunt non infrequenter latini, atque inter eos Cic. ad Attic. lib. 6. Differentiam dat Varro lib. 2. c. 6. de re ruſt. *Aſinorum duo genera, unum ferum, quos vocant onagros, alterum manſuetum.* Adde Martial. lib. 13. Epigr. 97.

Dum tener eſt Onager, ſoldque Laliſio matre
Paſcitur; hoc infans, ſed breve nomen habet.

& Epigr. 101. ejuſdem libri.

Pulcher adeſt Onager: mitti venatio debet
Dentis Erytrhei: jam removete ſinus.

85. *Induat &c.* Melius etiam tua toga, o Philodeme, veſtiet Satellitem, qui ad fallendum aliquem criminis reum, nè ab eo dignoſcatur, tunc cùm carcerandum ex Judicis decreto curat, veſtem mutat, fortèque togatus incedere aliquando ſolet. Hoc ab Eccleſiaſtico habitu mutuare præſidium ſatellitibus forſitan non tàm benè, ni per ſummum abuſum jam factus fuerit civilis, & penè dixerim prophanus hujuſmodi habitus, utentibus eo indiſtinctè Medicis, Procuratoribus, & cunctis omninò, quibus magis arriſerit ejuſdem veſtis ſeu genium, ſeu commoditas; ita ut non amplius agnoſcas, qui Deo, qui ſæculo militent, & reverentia iis debita peſſundentur, eâ ſcilicet ratione, quod ſciamus togam hanc pridem uni Clero addictam, in ſeculares homines deteſtabili conſuetudine tranſiiſſe, hodiernoſque Eccleſiaſticos ita ab eâ abhorrere, (proh nefas) ut videantur Clericatui renunciaſſe, vitamque laicam in veſtium brevitate, luxu, & formâ aſſumpſiſſe. Quod & ulterius progreſſurum eſſe timere debuiſſemus, ni SANCTISSIMI PRINCIPIS vigilantia, pietas, & religio tanto malo ſalubritate decretorum, pœnarumque minis, & executione aptam medicinam adhibuiſſet. Utinam pari providentiâ reddat Clero veſtes ſuas, quæ talares nuncupantur, prophaniſque hominibus geſtandas inhibeat, undè Eccleſiæ Miniſtris debitus reddatur honos, eorum vita, tutò ſit in exemplum

plum

Vel Nice, & turpis medicato Panthea vultu

Tem-

NOTÆ.

plum ædificationis, nec jis amplius ea mala, criminave imputentur, quæ promiſcuus cum laicis veſtium uſus in ſolos Eccleſiaſticos communi credulitate refundit. Sed notam ſcribo, non apologum.

87. *Vel Nice &c.* Nicis, & Pantheæ nomina, ut opinor, pro libitu ab authore inventa, & hìc poſita, genericèque de omnibus Romanis fœminis ſumpta, ut apparet ex not. 88. & ſeqq., licèt reverâ Pantheam habeat Xenophon lib. 7. Cyrip., de qua in ſequenti nota. Quia tamen in his Græciſmum aliquod agnoſco, libentèr in re jocor: Si ergo velimus Sectanum dixiſſe Nicem à *νείκη, rixa, jurgium, concertatio*, ecce, quòd habemus mulierem rixoſam, pervicacem, inquietamque. Si à *νίκη, victoria* derivavit, eſt nobis generoſa, fortis, & magnanima. Seligat Lector, utì placuerit; ego ſecundam magis probo, memor Athenis Palladi erectam Statuam, *νίκην Ἀθηνᾶν* appellatam, cujus in dextrâ malum punicum, ſiniſtrâ verò robur, & imperium oſtentans, utì concordiæ, fortitudinis, & generoſitatis ſymbolum: Forſan delicatam, laſcivamque notavit ab unguento, odoramentoque Niceroniano, dicto ab ejus excellenti artifice Nicerote Mart. lib. 6. Epig. 55.

Fragras plumbea Nicerotiana.

Et lib. x. Epigr. 38.

Nymbis ebria Nicerotianis.

Addo *Niceteria* veſtes peregrinas, *phylacteria* aliàs dictas, quæ victoribus datæ, collo pendebant, probabiliterque Nicem noſtram ex hac voce deductam, quia amet extera in veſtiendo ſerica, & ornamenta, eaque frequentiſſimè mutet, prout ſeſe offert occaſio. Sed de Nice ſatis.

87. *Panthea &c.* Hoc nomine ſcribit Xenoph. loc. paulò ante cit. vocatam fuiſſe uxorem Abradatæ Regis Suzorum, ut formâ, ita caſtitate inſignem, virique, licèt irrationabiliter, & ad nauſeam zelotypi, amantiſſimam; Sed non hìc character noſtræ Pantheæ, quàm turpem, medicatoque vultu, ideſt fucato indecoram fatetur Sectanus. Aptius hac voce vetulam quamdam indigitari autumo, & quidem laſcivam, & ſuper-

K bam,

Tempore, quo longam pubes Romana fatigat
Fla-

NOTÆ.

bam, imò vanam, & talem profectò, quæ ſuâ venuſtate adhuc ſibi amatores poſſe expiſcari credat: Quoad ſenectutem Satyrico noſtro potuit placuiſſe vulgare illud adagium de homine decrepito, de quo dicimus: *hà più anni della Rotonda*: ita ſiquidem vulgus appellat Templum illud toti Orbi Terrarum celeberrimum, Diis omnibus ab Agrippâ dicatum, & Pantheon dictum, nunc Deiparæ Sanctiſque Chriſtianâ Religione ſacratum. Relationem eamdem habere potuit ad ſigna Panthea, eaque vetuſtiſſima, quorum aliqua adhuc in cimeliis nobiliſſimis viſuntur, exhibetque eruditus Sponius in Miſcell. erudit. antiq. lib. 1. ſect. 1. art. 5., quæ & antiquiſſima, & nobiliſſima antiquitatis monumenta jure merito noſtra ætas veneratur. Hæc porrò nil aliud erant, quam imagines, quæ omnes Deos, ut etymon ipſum indicat, aut ſaltèm plurimos referebant: Hoc ſi ad noſtram Pantheam referemus, fatebimur ætatis vitio aliquâ ex parte corroſam, ut ſunt vetera ærea ſigna, indicatque additum *turpis*, ſed tamen quæ pulchra haberi velit, & tanquam Dea, ab amatoribus adorari, unde ſuperba, ſicut ex fucatâ, linitâque vario pigmentorum genere facie laſciva.

87. *Medicato vultu &c.* Ideſt medicamentis admixtis, pigmentiſque fucatum, quin venenis linitum, quia licet medicina propriè remedium ſit, quo quis curatur, undè de facie etiam dicitur, cùm quis ad ejus velandas maculas, candorem, roſeamque colorem conciliandum linimenta ſuperinducit, poteſt tamen etiam in eo ſenſu hic accipi, quò Grammatici pro veneno accipiunt, nam plerumque talis fucus, qui faciei mangonizandæ inſervit, è venenatis conficitur materiis; Sic de venenatis armis dixit medicata Silius lib. 7.

Tela medicata veneno.

poſuitque Mart. lib.

Stercore fucatus Cocodrilli.

88. *Tempore &c.* Ideſt veſtiant potius togam Philodemicam Nice, & Panthea Bacchanalium diebus; imò potiùs omnes ex fœminæ, quæ præter fas incedere perſonatæ præſumpſerunt

Flaminiam, & rapidis fertur laſcivia bigis;
Quandoquidem ſenis vetuit diſcurrere ſolers
Prætor equis, raroque madent à ſanguine ludi.
Falli-

Notæ.

runt, veſtitæ, utì dicebant, *da Abbatini*.

88. *Pubes Romana &c.* Juventus Romana ipſo Bacchanalium tempore viam Flaminiam, quæ a Portâ hujus nominis ad Palatium Venetum, vulgo S. Marci, latè patet, frequentare ſolet.

89. *Et rapidis &c.* Ad utrumque ſexum refer laſciviam hanc, & dic tam fœminas, quàm mares perſonatos bigi per per hanc viam vectari laſcivientes, ideſt plus mollitiei (inquit Valla in Raudenſem) quam roboris, aut conſtantiæ habentes, conſuetum otioſæ Juventutis vitium: non enim puto vocem hanc *laſciviam* ita ſtrictè accipiendam, ut omnes quotquot impudicos, ſalaceſque notet; admitto tamen etiam in hoc ſenſu reſpectu plurimorum eſſe intelligendam.

90. *Quandoquidem &c.* Jampridem rhedæ, ſeu currus in Bacchanalibus ſenis equis trahebantur per Flaminiam, idque cenſebatur ad decorem maximè pertinere; At ab his abſtinere juſſa juventa tum ad evitandos tumultus, cùm ad arcenda mala, quæ frequenter occurrebant ex imperitiâ, vel incuriâ, aut arrogantiâ nobilium juvenum, qui aurigas agebant.

91. *Prætor &c.* Urbis Gubernator, ad quem ſpectat hujuſmodi edicta, quæ Urbis pacem, quietemque conſervant, conficere, obſervanda proponere, & ſub pœnarum comminatione publicare. Huic muneri meritiſſimè præeſt hodiè Raynutius è Marchionibus Pallavicinis, non minus nobilitate generis, quam virtute, prudentia, rerum gerendarum peritiâ, pietate, & integritate præclarus. Prætorem porrò rectè nuncupat, quia locum veteris prætoris eum tenere, imò idem penitus eſſe, non eſt ambigendum, tunc cùm florente Republicâ Romanâ factum, ut avocatis à bellis finitimis Conſulibus, cùm non eſſet in Civitate, qui jus reddere poſſet, ut Prætor crearetur Urbanus, qui & jus redderet in Urbe, & de capitalibus criminibus quæreret, inſtitutum eſt, quemad-

Fallimur, ecce liber Corvini pumice mundus,
Perque manus volitat multo circumlitus auro
Deſuper, & cultæ ridet membrana tabellæ;
Author quis? Philodemus erat. Date ſerta Camœnæ
Inſano capiti, Satyro ſed qualia Phębus.
Non hic divinæ dictat præcepta poeſis,
Sed ſtertit; caules, & fixâ ſinciput aure
Som-

NOTÆ.

modum Hiſtoriæ Romanæ Scriptores paſſim habent.

91. *Raròque &c.* Ideſt poſtquam hoc prohibetur, non adeò intrà hos dies frequentes mortes audiuntur, viſunturque eorum, qui pedibus ambulare coguntur, quique vix equorum violentos impetus, rhedarumque invicem ſibi acres concurſus vitare poterant

92. *Ecce liber &c.* Philodemi liberculus ſub titulo *Diſcorſo di Bione Crateo Paſtore Arcade*, qui jungitur Endimioni, ad captandam famam circumfertur ſuperius deauratus, benèque ornatus, ac ſpecioſè librariorum arte elucubratus, vel potius ejus dialogos continens, ut notavit Scholiaſtes Colonienſis.

92. *Corvini pumice &c.* Optimè emulatus illud Horatii.
Scilicèt ut proſtes Soſiorum pumice mundus.
Sicuti enim Soſii illâ ętate celebres librarii, ita hodie Corvinus

95. *Date ſerta Camęnæ &c.* Illudit non minus libello, quam authori ejuſdem, cui vult à Muſis, atque Phębo nobiliſſimam parari coronam, non è lauro, qualis Poetarum erat, ſed ex cornibus, quæ Satyris in fronte dantur; ni potius ad Midam alludat, cui ab Apolline aures aſininæ attributæ.

97. *Non hic divinæ &c.* In eo tractatu Philodemus præcepta poetica tradere ſomniavit regulis tamen vagantibus, & incertis, ac malè habendo ipſos etiam Poetarum principes, quoniam cuncta ſuæ doctrinæ fundamenta in ſomniatâ luce univerſali ponit.

98. *Sed ſtertit &c.* Imò delirat, ineptiaſque maximas ſcribit, eaſque viliſſimas, prout ſunt inter edulia caules, & ſal-

Somniat, & ſcribit. Calamo quî temperet ille,
Dum ſibi blanditur, dum corda inflata perurit
Verborum urtica, & ſcabies malè nata loquendi?
Te contra Endymion voces effundit amaras,
Teſtaturque Deas, & ruſtica Numina ſylvæ;
Non oculi Phœbæ, telumque Cupidinis, illum
Ridicula appendix, poſtremaq; pagina tangit.
Scilicet immeritam non parcis perdere chartam,
Et

NOTÆ.

ſalſamenta, juxta illud Perſii Saty. 6. v. 70.
Mihi feſtâ luce coquatur
Urtica, & fiſſa ſpumoſum ſinciput aure.

98. *Caules, & fiſſâ &c.* Genus ferculi, vulgò *cavolata*, apud ruſticos, & bubulcos uſitatiſſimum; fit enim pulmentum ex caulibus præcipuè, & carne ſuillâ, quod tamen ad nobilium etiam menſas additis exquiſitioribus condimentis tranſlatum eſt, maximè cum recreationis gratiâ ad ſuburbana rura divertunt. Senſus igitur eſt, Philodemum adeo amantem, cupidumque ruſtici hujus ferculi, ut etiam in ſomniis illud concupiſcat, & ſuſpiret; talique pulcherrimâ ideâ correptus ſcribere aggrediatur, ſeu potiùs ineptire, ut ideæ reſpondeat.

101. *Verborum urticâ &c.* Pro prurigine, & ad venerem incitamento ſcripſit Juven. Saty. 2. & 11. Sectanus autem à ſimili, pro ſcribendi libidine.

101. *Et ſcabies malè nata &c.* Optimè tranſlatum ad ſcripturientes, & locutulejos, qui quantò plus loquuntur, tantò magis ad loquendum incenduntur; ſicuti evenit ſcabie laborantibus, qui ſcalpendo pruriginem acuunt.

102. *Te contrà Endymion &c.* Endymion paſtor fuit, qui fingitur à Lunâ adamatus. De eo cecinit Italico metro Poeta quidam nobilis, & celeberrimus; Philodemus autem huic opuſculo ſub nomine Bionis Cratei aliud à ſe exaratum addidit, quod, quia invenuſtum, atque inſulſum, necnon temerarium ſit, merito à Sectano ipſe Endymion dolens inducitur, adeo-

Et regnare putas, ſi cum Pedone ſuſurrans
Criſpulus, aut amens Rullus tibi dixerit, ohè!
Macte

NOTÆ.

adeoque malo ſocio, ejuſque pejori authore ſe afflictum lachrymans.

107. *Et regnare putas &c.* Pedo, Criſpulus, Rullus Amici, & ſectatores Philodemi, ejuſque operum, dictorumque admiratores. Primi duo tandem ab eo diſceſſere, alter in fide permanſit diutius, ut hæ Satyræ innuunt.

107. *Si cum Pedone &c.* Pedon cauſidicus Juven. Saty. 7. v. 129.

Sic Pedo conturbat

108. *Criſpulus &c.* Fortè ita nuncupatus, quia mollis, & capillis criſpis decorus, & in amores pronus. Addo locum Marti. l. 5. Epig. 62.

Criſpulus iſte quis eſt? uxori ſemper adhæret
Qui, Mariane, tuæ.

108. *Aut amens Rullus &c.* Eſt nomen cujuſdam, cui primas ſedes in his Satyris Poeta poſt Philodemum tribuit. At quis Rullus? Rullus Cicer. inquietus, & procax; cui addo marmor Grutherianum pag. 626. 1. quod Præconem fuiſſe indicat.

C. RULLI
PRÆCONIS
VENULEJÆ. C. L.
TRUPERÆ
OLLA. C. F. SALVIA
C. OLL. C. L. VARDILLI
L. LURI. L. L.
MENOPOLI.

Quod ſi ad hominis characterem reſpicias, præconemque in veteri Rullo, ideſt buccinatorem agnoſcas, inde facilè elicere poteris Rullum noſtrum Sectæ Luminoſorum buccinatorem pariter fuiſſe. Unde ſicut illi incumbebat magiſtratus juſſu publicè aliquid ore denunciare, uti Senatus conſulta &c. ita

Macte animo, Philodeme, novos meditare triumphos,

110 *Ro-*

NOTÆ.

ita huic ſpectaret Luminoſorum decreta, & oracula exponere, quia fuerit loquacior, & omnibus cæteris imprudentior.

108. *Obè*: Interjectio exclamantis, quæ æquivalet adverbio *benè, optimè*, idemque eſt, quod apud Græcos ὦ ἅλις *ſatis*, eo tamen ſenſu acceptum; prout habet Apollon. 2. Argon. ἅλις γαίης *ſatis terræ*, ideſt *multum*. Vide Euſtat.

109. *Macte animo &c.* Voce hac propriè utimur, cum aliquem ob rem benè cæptam laudamus, & ad perficiendum hortamur; Itaut ſenſus ſit: Beatus, & felix ſis illo animo, atque illis laboribus, & virtute, quæ tibi Romam ſubjiciunt, dignitateſque maximas parant. Ea autem deducta eſt ab *magis*, & *auctus*, quæ dictionem hanc componunt. Uſus eſt cum genit. Mart. lib. 12. Epig. 6.

Macte animi.

Communitèr tamen cum ablativo habent authores, unde Virg. Æneid. 9.

Macte novà virtute puer, ſic itur ad aſtra

Et Petron. Arbiter in Satyrico pag. 341. *Macte virtute eſto.* Verbi vim explicat Varro lib. 2. de morib. pop. Rom. *Mactare verbum eſt ſacrorum,* κατ' εὐφημισμὸν *quaſi magis augere, & adolere. Nam hoſtiæ tanguntur molà ſalsà, & tunc immolatæ dicuntur. Cùm verò ictæ ſunt, & aliquid de illis in aram datum eſt, mactata dicuntur per laudationem, itemque boni ominis ſignificationem, & cum illis mola ſalſa imponitur dicitur, macte eſto.* Arnob. lib. 7. eam formulam: *Mactus hoc vino inferius eſto*, ita interpretatur: *Tantùm eſto mactus; quantùm volo; tantùm amplificatus, quantùm jubeo; tantùm honoris aſſumito, quantùm te habere decerno.* Vides ut mactum explicet, honore *amplificatum*. Ex quib. Senec. Epiſt. 46. *Macte virtute eſto, ſanguinolentis, & ex acie redeuntibus dicitur.* Qui plura velit conſulat Ludov. la Cerda in comm. ad v. 641. lib. 9. Æneid., ex quo hæc omnia delibavimus, necnon Hadrianidem in illud Petronii paulò ante relatum, Satyr. pag. 341.

110. *Violæ*

Roma tua eſt. Violę jam jā naſcuntur in hortis,
Blanda Palatini quas educat aura Favoni,
Ut tibi demiſſà ſubſternant fronte colorem;
Te cupiunt proceres, nullâque ſileris in aulâ.
Oh miſer ægrotâ putruit cui mente ſalillum!

Au-

Notæ.

110. *Violæ jam jam naſcuntur &c.* Pro maximis dignitatibus Eccleſiaſticis accipit: Violaceo enim colore, veſtiuntur Præſules, aliique in ſacrâ dignitate conſtituti: imo, ſi libet, accipe etiam pro purpureo colore, qui ad veſtes Cardinalitias pertinet, monente Cornel. Nepote, uti tradit Plin. lib. 9. c. 39. ubi ait: *Me juvenem violacea purpura vigebat.* Violæ ſiquidem aliæ purpureæ, aliæ luteæ, aliæ ceruleæ, aliæ tandem albæ &c. Crederem ab amore diſcipulorum, ſeu fautorum hoc loco purpuram deſignari Philodemo, ut ſic ejus ambitioni ſatis indulgeant.

112. *Ut tibi demiſſà &c.* Quaſi dicerent à Bione dignitates accipere gloriam, & honorem, non è contra eum à dignitatibus mutuari &c.

113. *Te cupiunt proceres &c.* Adulantium verba, quibus eum proſequuntur amici &c.

114. *Salillum &c.* Salillum ſalis diminutivum. Senſus poteſt eſſe duplex. Aut enim ſal in ſuo proprio ſenſu accipipitur, & sìc dicitur, quod quamvis ſal habeat vim quandam res corruptibiles à putredine conſervandi, hæc adeo abundet in mente, atque capite Philodemi, ut potius ipſum ſal ab eâ corrumpatur, potius quam ab ipſo ea ſanetur; aut metaphoricè pro ſapientiâ ad imitationem Terentii in Eunucho ibi:

Qui habet ſalem, qui in te eſt

Et Catul. Epig. 81.

Non eſt in toto corpore mica ſalis.

Vel potius dicere voluit Author in receptaculo mentis, quam egrotam appellavit, putruiſſe exiguam illam micam ſalis, quam Philodemo tribuit, ſicuti experientia nos docet in va-

ſculo

Aude aliquid patriâ dignum. Triclinia mappis
Fas ſpoliare manu, calices, coclearia, lances
Carpe, nec auratæ niteant impunè lucernæ,
Argutumque levis fugiat nec cantharus unguem.
Sed mentem nunquam ſubeat tàm dira libido
Scri-

Notæ.

ſculo malè olenti etiam optimum liquorem corrumpi, iuxta illud Horat.

Sincerum eſt niſi vas, quodcumque infundis, aceſcit.

Et alibi

Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem
Teſta diù.

115. *Aude aliquid patriâ dignum &c.* Quid patriâ ejus dignum ſit explicat tribus verſibus ſequentibus: *Triclinia &c.* Ex imitatione Juven., qui Saty.1.verſ.73.

Aude aliquid, brevibus Giaris, & carcere dignum.

115. *Triclinia mappis &c.* Triclinium Latinè eſt diſcubitorium cubiculum, ideſt locus, in quo diſcumbebant, & cœnabant, à tribus lectis, quos in eo ſternebant, nomen habens, nam tres lectos uni menſæ in convivio apponere ſoliti erant veteres, & cubantes cœnare. Hinc Horat. 1. Serm. Saty.4.

Sæpè tribus lectis videas cœnare quaternos.

Et Juven. Saty.5.

Tertia nè vacuo ceſſaret culcitra lecto.

117. *Nec auratæ niteant &c.* Earum ſiquidem fulgor, qui oculis ſtatim ſe objicit, ſolet fures allicere.

118. *Argutumque levis &c.* Argutum unguem dicit, quia acutum, & ad rapiendum promptum. In ſimili dixit Mart.l.8. Epig.59. de luſco fure *piceatam manum* ſic:

Nec fuit Autolyci tam piceata manus

Propius ad noſtrum Satyricum habet etiam idem Epigrammatiſta lib.eod. Epig.33.

An magis aſtuti deraſa eſt ungue miniſtri
Bractea de fulcro, quod reor eſſe tuo?

Scribendi; non hæc meruere piacula chartæ;
Mitior eſt illis ſcomber, murena, piperque,
Et crocus, & betæ, manibuſque Salarius unctis,
Quam væcors calamus digito tractatus inerti.
Si ſapis & teneras poſthac dimitte Sorores,
Et Leges, magnumque Sophos, nec divitis aulam
Ullius ingredere. At quid agã? Cape tutus amici
Con-

Notæ.

120. *Non hæc meruere &c.* Chartas magis conſpurcari cenſet ex Philodemi ſcriptis, quam ſi ſalſamentarii &c. iis uterentur ad involvenda pinguia omenta, aliaque, quæ in uſum menſæ cedunt: Inter edulia autem apponit quoque varia condimenta, videlicet crocum, betas, aromata &c. omnia hæc erga ipſas chartas mitiora exiſtimans, quam ejus pravas ſcriptiones: unde rectè, hoc præſuppoſito, ait, ipſas chartas non meruiſſe hæc piacula, ideſt has pœnas ex imitatione Virgil. 6. Æneid.

Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

124. *Si ſapis &c.* Tria monet, quibus in futurum abſtinere debet, à Poeſi, à Philoſophia, & ab aulâ frequentandâ.

124. *Teneras dimitte ſorores &c.* Teneras ſorores, pro muſis dixit. Sorores eſſe finxere poetæ, Jovis videlicet, & Memoriæ filias, eaſdemque Deas: Teneræ eæ autem, quia virgines; his enim hoc epitheton rectè jam tribuit Martial. lib. 14. Epig. 149.

Mammoſas metuo: teneræ me trade puellæ,
Ut poſſint niveo pectore lina frui.

Ut & alibi, lib. videlicet 9. Epig. 57., eas nuncupavit molles, ſcribens:

Tela Cupido para,
Illa, quibus juvenes figis, molleſque puellas.

126. *Cape tutus amici &c.* Conſulit illi convenientiorem vivendi methodum, qui & ejus qualitati, & moribus, & ingenio aptior ſit.

127. *Ar-*

Conſilium. Arcanis committe pudenda tabellis
Secreta, & populi mores, Procerumq; per omnes
Sparge plagas: Dabit Hollandus tibi menſtrua ſeptem,

130 *Et*

NOTÆ.

127. *Arcanis committe &c.* Hoc loco author, vel genio Philodemi ſe accomodat, vel potius occaſione ſumptâ graviſſima delicta ſugillat, quodque videtur ſuadere, ſatyricè per ironiam exagitat. Notam hanc non Romanis, ſed exteris ſcribo, quibus Romanæ Curiæ res geſtæ, mala, ſimul & bona non niſi adulterata aliquorum malitiâ, ut plurimum non ſine publicæ fidei detrimento, ac religionis, & pietatis, ipſiuſque veritatis offensâ, injuriâque nunciantur. Sive enim id ſit maledicendi genius, ſive auri, argentique lucrifaciendi ſacra fames, ſeu tandem ipſi honeſtati, probitatique præjudicata ad malum libertas, abuſus ſemper, ut ita dicam, in Urbe invaluit, ut plures inventi ſint, & adhuc inveniantur, qui pretio conducti, quidquid novi acciderit, ſcribendi, extraneiſque nunciandi onus aſſumunt; ſed à veritate alieni, in Principes, Magnateſque injurii, honeſtiorum familiarum famæ detrahentes, in Eccleſiaſticum Ordinem, ſanctoſque Cleri mores maledici, falſa plerumque proferunt, mala augent, bona ſeu tacent, ſive improbis adulterata mendaciis tradunt, fidem credulorum fallentes. Chartas autem has, veluti ſecretiora arcana contineant, nuncupant *avviſi ſegreti*, potius veracitèr dicenda mendacii, & maledicentiæ promptuaria. De his igitur loquitur Sectanus, hiſque de cauſis arcanas tabellas appellat, quia res putidas, falſaſque contineant.

128. *Procerumque &c.* Non tantum facta populi, hominumque vulgarium, ſed ipſorum Procerum, virorumque Principum actiones deſcribantur in iſtis tuis arcanis tabellis, & vulgentur per omnes Mundi plagas; ut nimirum apud exteras nationes peſſimè audiat hæc Aula, cæteroqui Sanctiſſima, & incorrupta.

129. *Dabit Hollandus &c.* Inter Nationes ex[illegible] Principem locum tribuit Hollandiæ, ſive quia non tantum divitiis,

 & mer-

130 *Et totidem dubius Gallus, flavuſque Sicamber;*
Quin & Turca ferox, & barbarus Induperator
Majo-

NOTÆ.

& mercaturâ, ſed etiam politiorum litterarum ſtudiis floreat; ſive potius, quia cum nobis parum conveniat, gaudet hiſce libellis livorem ſuum paſcere.

129. *Septem menſtrua &c.* Mercedem conventam; nam ea non omnibus æqualis; hi ſiquidem alienæ famæ perditiſſimi helluones plus inſumentibus profitentur ſecretiora pandere, vulgatiora cæteris; Unde certò certius evenit, ut qui pluris impendit, majora mendacia emat, qui minus, veritati propiora audiat.

131. *Quin & Turca &c.* Ad infideles etiam cum ſummâ Chriſtianę Reipublicæ iniuriâ mittuntur hi libelli, verè fâmoſi, ut inde lucrum majus accipiatur.

131. *Ferox &c.* Fortis, prææanimoſus ad decertandum cum altero, ad vim alteri faciendam, & ad nocendum, ut explicat Valla lib. 4., ſive ſævus, indomitus, à feritate, ut vult Nonius: In primo ſenſu habet Horat. in Odis.

Urbes, genteſque, & Latium ferox.

In ſecundo Terent. Eunuch. 3. 1.

Eo ne es ferox, quia habes imperium in belluas?

Ubi tacitè, propriè tamen loquendo, belluis ferocitatem tribuit, expreſsè autem Virg. 4. Æneid.

Stat ſonipes, & frana ferox ſpumantia mandit.

Tribuit Homini Cic. in Vatin. *Nimium vehemens ferox naturâ homo*: Ferocitatem hanc reprimunt Religio, morum cultura, vitæ honeſtas, & ſcientiæ: Hinc rectè, & ſemper ferox Turca, cujus falſa Religio nil habet, quod ferociam non ſapiat; tota ſiquidem in arma ruit, ſcientiiſque omnibus in exilium perpetuum, & irrevocabile miſſis, potentiam Imperii in ignorantiâ ponit, ex qua immanitas, illeque audaciæ exceſſus, quibus ferox noſtro Sectano nuncupatur.

131. *Barbarus &c.* Barbaros ab initio confictо nomine eos appellatos, qui difficultèr, aſperè, ac duritèr loquerentur, ut blęſos, balboſque dicimus declarat Strabo lib. 14. addens id ad convitium pertinuiſſe in duriloquos, & craſſilingues, poſtea

verò

Majori mercede tuas conducere chartas

Opta-

Notæ.

verò in nomine abuſum invectum eſſe, eo etenim tanquam communi, & gentili cæteros populos à Græcis diſtinxere: Unde Feſtus habet Barbaros antiquitùs omnes gentes nuncupatas, exceptis Græcis, ex quo Plautus Nævium poetam Latinum, Barbarum dixit, poſuitque Horat. 2. Carm. 19. Ode 4. *Mare Barbarum*, pro Indico. Barbaros nunc autem dictos, qui aliâ linguâ utuntur, quam Latinâ, quod ea mitior, & cultior, ſatis notum, quo nomine vocavit, & Plautus Bacch. 2.

O Lyde es Barbarus.

Et Cic. pro Milone.

Agreſtes, & Barbari Servi.

Pro gente ferâ, & inhumanâ poſiti etiam fuere à Cic. bis in 6. Verr. ibi: *Linguâ, & natione barbarus*, & *Naturâ, & moribus barbarus*, unde & *corda barbara* Ovidio lib. 3. de Ponto eleg. 2. *Immanis, ac barbara conſuetudo hominum* Cic. pro Fontejo. Utroque modo dicendus igitur Turcarum Rex barbarus Imperator, ſive admittas, prout à Græcis primum, poſtmodum à Latinis diſtinguitur ſermone, & origine, ſive prout moribus cultiorum gentium feritate, & immanitate ſuâ diſcordat. Barbarum porrò Induperatorem nuncupando imitatus eſt Sectanus Juvenalem in duplici loco, videlicet Satyr. 4. v. 28.

Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putemus
Induperatorem.

Et Saty. 10. de Xerſe, ſive Dario, aut Annibale.

Ad hoc ſe
Romanus, Grajuſque, ac Barbarus Induperator
Erexit.

Uti vides Barbarum, ſive de Perſa, ſive de Afro dictum, appoſitum, uti diſtinctivum à Romano, & Græco.

132. *Mercede conducere &c.* Ideſt pretio redimet tuas chartas, & quidem maximo, fietque ejus Mercenarius, qui *conductus mercede* dicitur Horat. 2. Serm. Saty. 7., ſicut, & *conducere mercede* Cic. 2. officior.

133. *Cre-*

Optabit . Creſcet tibi cenſus, ſcribere pluris
Quò poteris . Multis numeroſa inſervit harundo

135 *Ære*

Notæ.

133. *Creſcet &c.* Augebitur cenſus, quo plura hujuſmodi folia diſpertiri obvenerit, ex ſingulis enim ſuus proventus, & fructus.

134. *Multis numeroſa &c.* Harundo pro calamo, qui quoniam ex harundine fiebat, harundo dictus. Exemplumdò ex Perſ. Saty.3.

Jam liber, & bicolor poſitis membrana capillis,
Inque manus chartæ, nodoſaque venit harundo.

Et ex Martial. lib.14. Epigr.209.

Inoffenſà curret harundo vià.

Numeroſam autem vocat ob multos libellos, qui eâ conſcribuntur, nam numeroſum eſt, quod magno conſtat numero, uti ex Plin. diſcimus primò in Epiſtolis: *Hoc opus numeroſas poſcit manus*, ſecundò in Panegy. *Aliò me vocat numeroſa gloria tua*, & ex Mart. l.3. Epig.31.

Et ſervit Dominæ numeroſus debitor arcę.

Sic & *quæſtus numeroſior* Claudiano 1. in Eutrop., & *numeroſa oratio*, Cicer. 3. de Orato., ſeu potius, quia delatores hujuſmodi tabellarii, cum tot ubique habeant correſponſales, nequeunt per ſe ſoli munus implere; ideoque plures amanuenſes adhibent. Rectè monet Author maximam Scriptorumcopiam adhiberi ab his, qui hujuſmodi libellis ſecretò incumbunt; nam cùm non liceat talia pudenda ſine capitis periculo, ſi detegeretur impius Scriptor, evulgare; hinc eſt, quod eos typis mandare nequeunt, maximè Romæ, ubi quæ publicâ luce donanda ſunt, ſeveriori trutinâ, quam alibi, expenduntur operâ Magiſtri S. P. A., ideſt ſummi Theologi Fr. Paulini Bernardini Regii Ordinis Prædicatorum, qui in præſens munus hoc adeò laudabiliter exercet, ut nil in eo deſiderandum ſit, quod omnibus numeris non reſpondeat; necnonauthoritate Viceſgerentis, nempè nunquam ſatis laudati erudititiſſimi viri Beliſarii de Bellis Epiſcopi Melphictenſis, cui ſpectat licentiam impartiri quarumcumque impreſſionum faciendarum.

135. Ære

Ære dato, atque ideo conſcribunt mille libellos
Uno penè die. Spargas mendacia quamvis,
Dum nova ſint, emptor nunquam tibi deerit in
Urbe.
Eſt aliquid mundo victu, curruque decoro
Poſſe frui, pretiumque alienæ impendere famæ.

Sed

Notæ.

135. *Ære dato &c.* Pretio ſoluto, æs pro pecunia, nam ſub nomine æris venit aurum, & argentum per ſynecdochen Vulpia. teſte in l.Etiam.152. de verb. ſignif., & Cęl. Rhodig. antiq.lect.l.10.c.2., unde ęquivalet Phraſi illi Cic.ad q. Fratrem, *Dare pecuniam*, quam uti Deam unicè hujuſmodi homines colunt, adorantque, velut Ethnici, ex quorum mente Menander,

Ego verò utiles Deos arbitror
Noſtros, & argentum, & aurum maximè.
Iſtos quidem ſi dedices tuâ in domo,
Quicquid voles, roges, tibi omnia aderunt,
Ager, domus, ſervique, & argyromata,
Teſtes, amici, judices &c.

Contraque Arnob. lib. adverſ. gentes: *Quis ad extremum pecuniam Deam eſſe credat, quam, velut maximum Numen veſtræ judicant literæ donare aureos annulos, lora in ludis, atque in ſpectaculis priora, honorum ſuggeſtus ſummos?*

136. *Spargas mendacia &c.* Quam mendaces hę chartæ ſatis ſuperius: Unum addit, taxando eorum curioſitatem, qui eas emunt, & forſitan fidem dictis habent.

138. *Eſt aliquid &c.* Denuo ad ſcribentem, cui grande lucrum ex tali facinore obvenit; unde victum, veſtitum, & etiam alia plurima commoda acquirit, uti rhedâ propriâ poſſe vehi, & ſimilia; in ſumma tantum inde lucratur, ut ſplendidiùs vivat, & ut habet Italicum proverbium, *eſca dalli ſtracci.*

139. *Pretiumque alienæ &c.* Pretium impendere famæ, eſt alienam famam infami pretio venditare, ut fit in hiſce ſecretis libellis.

Sed res mortifera eſt ſancto ſub Principe. Vidi
Sæpius authores jugulo fœdare ſecurim,

Divi-

NOTÆ.

libellis. Senſus eſt: Pulchrum, & apprimè commodum in Urbe uti curriculo, ſed quia non mediocri parari ſolet expenſâ, dicit Author pulchrum eſſe illum comparare nullo alio impendio, ac pretio ſoluto, quam famæ alienæ.

140. *Sed res mortifera eſt &c.* Contra hujuſcemodi peſtem omnes leges, omnia jura clamant, *ſceleriſque pretium*, ut ait Juvenalis Saty.13., *crucem* eſſe ſancinnt.

140. *Sancto ſub Principe &c.* Qui honeſtatis, & juſtitiæ acerrimus vindex eſt: INNOCENTIUM Sanctiſſimum, Piiſſimum, verèque Juſtiſſimum Pontificem indicat, cujus admiranda opera, factave non uno loco in his Satyris elegantèr, plenoque ore meritò commendat Auctor,& extollit;nunc contra famoſorum hujuſmodi libellorum ſcriptores acerrimum hoſtem deſignat, quippè qui optimè ſciat quanti Chriſtianæ Reipublicæ, ac Religioni detrimenti ii ſint apud exteros, penès quos diù moratus eſt plurimis pro Sanctâ Romanâ Sede apud Principes Legationibus, aliiſque miniſteriis egregiè functus.

141. *Fœdare ſecurim.* Ideſt capite plecti, & ſanguine ſecurim maculare, quæ ideo fœda; ex imitatione Horatii 1. Serm.Saty.5., cui *Cicatrix fœda*, vel ob pus, vel ob ſanguinem, & Virg.2. Æneid. v.285.

Quæ cauſa indigna ſerenos
Fœdavit vultus? aut cur hæc vulnera cerno.

Et inferius v.502.

Sanguine fœdantem quos ipſe ſacraverat ignes.

Ubi vides fœditatem ex ſanguine tàm reſpectu vultus, quàm ſacrorum ignium dictam. Fuſtis pœnâ apud veteres ejuſmodi rei mulctati fuere teſte Horat. lib.1. Epiſt.1.

Quin etiam lex,
Pœnaque lata malo; quæ nollet carmine quemquam
Deſcribi. Vertère modum formidine fuſtis
Ad bene dicendum, delectandumque reducti.

142. *Di-*

Diviſoque ſacras implere cadavere foſſas.
Præſtabit forſan raſâ cervice, togâque
Im-

NOTÆ.

142. *Diviſoque &c.* In quatuor partes ſecto, qua pœnâ graviſſimorum criminum rei plectuntur, uti ſunt graſſatores, de proditorio homicidio convicti, & ſimiles. Foſſas pro ſepulchris poſuit; Phraſim verò ſumpſit à Tacito lib. 18., cui *Complere foſſas*.

143. *Præſtabit forſan &c.* De Quietiſtis loquitur, quorum hæreſis damnata fuit ſub Innocentio XI. Pont. Maximo, ad publicam ſuorum errorum abjurationem adacto quodam Michaele de Molinos, qui ejuſdem propagator, aut author fuit, atque idcircò perpetuo arcto carceri mancipatus, ubi extremum diem obiit. Hic cum ſuis aſſeclis externam oſtentans pietatem, latenſque virus celans per plures annos ſimplicibus illuſit: Honeſtatem publicè profeſſus, ſecretò non ſervavit; Sanctitatis oſtentator, licèt cæteroquin impietatis magiſter, doctrinam pernicioſiſſimam ſerere auſus fuit. Pravam doctrinam hauſiſſe crederes è Beguardis, atque Beguinis, qui ad finem 13. ſæculi inſurrexerunt, dixere ſe eſſe impeccabiles, necnon ex Illuminatorum dogmatibus, qui Hiſpanias initio decimi ſeptimi ſæculi infecerunt, imò ex Quakerorum deliramentis, qua profeſſus eſt in altiſſima contemplatione acquiſitâ, eâque ad libitum adhibitâ, ſuſpenſo trium animæ potentiarum exercitio, poſitos homines ita Deo adhærere, ut impeccabiles fiant, nec in culpam eorum refundi poſſit, quidquid mali interim agant, eò quod tales quæcumque actiones naturam ſpectent, non mentem, quæ nequit amplius obtenebrari in luce poſita, Deoque conjuncta per internam unionem, nè quidem ſenſibus ipſis cognitam. Hæc ſummatìm dicta, ut aperiatur lectori, quis in verbis Sectani ſenſus, dum brevitèr Moliniſmi doctrinam recenſet, irridet, & perſtringit. Quietiſtas autem ulterius arguit, quod Sanctitatem habitu, & inceſſu oſtentare ſtuduerint, rudi quippè, laneâque veſte induti, tonſis ad cutem capillis, preſſiſque oculis, humilitatem, & modeſtiam præſeferentibus, auram popularem captarent, & pietatis publicum ſpecimen præbentes, iniquitates, quas perpe-

M tra-

Immundâ ante aras greſſum componere, & ore
Occluſo, preſſiſque oculis, vultuque morari
Numi-

NOTÆ.

trabant, fuco virtutis, apparentique mundanarum rerum deſpectu velarent. ſed jam ad Sectanum.

143. *Raſa cervice &c.* Ideſt capillis nudatâ, quod in ſui temporis Hypocritis reprehendit Juvenal. Saty.2. v.15.

Atque ſupercilio brevior coma.

De Philoſophis Stoicis agit, qui, exiſtimantes comam alere parum virile, detondebantur ad cutem uſque, unde illorum diſcipuli dicti Perſio Saty.3. v.54.

Detonſa juventus.

Ad Moliniſtas referimus, quibus ad oſtentationem ad cutem capillorum detonſio.

143. *Togâque &c.* Vilem togam his tribuit Sectanus, nos eamdem affirmamus, qui vidimus. Similem Hypocriſis oſtentationem agnovere veteres in ſuis Philoſophis, quibus pallium laneum, & viliſſimum; Huc referendus Juvenal. Saty. cád.2.v.11., ubi de iis loquens, horrenti corporis habitui acritèr illudit, ajens:

Hiſpida membra quidem, & duræ per brachia ſetæ
Promittunt atrocem animum.

Cùm ceteroquìn in occulto, ut ipſe addit v.41.

Hirſuto ſpirent opobalſama collo.

Unde rectè profert de his, qui ſanctimoniam, & gravitatem præſeferunt, ſed re verâ iniqui, & criminoſi ſunt v.8.

Frontis nulla fides; quis enim non vicus abundat
Triſtibus obſcenis?

144. *Ante aras &c.* Dum Eccleſias frequentat, ſecundùm proprium inſtitutum oraturus, ſed ad oſtentationem, & ad publicum ſcandalum depellendum tantùm; Nam inter propoſitiones, ab hujuſmodi hæreticis probatas, ea fuit poſtmodùm Sanctæ Romanæ Sedis judicio damnata la 33. *Fà male l'anima, che camina queſta via interna, ſe ne' giorni ſolenni vuol far qualche sforzo particolare per haver qualche ſentimento divoto, poiche all'anima interna tutti li giorni ſono eguali, tutti feſte. E lo ſteſſo ſi dice de' luoghi Sagri, poiche tutti i luoghi a queſte anime ſono eguali.*

Numinis illapſum. Quantum res iſta lucelli,

Et

NOTÆ.

eguali. Præcipuè cum in Altaribus Sacræ exhibeantur Imagines, quas hi odio habent juxta propoſ. 18. damnatam: *Chi nell'orazione ſi ſerve d'Imagini, figure &c. non adora Iddio in ſpiritu, & veritate.* Sed quia preſſis oculis orant: non vident.

144. *Preſſiſque oculis &c.* Sequitur; Frequens Hypocritarum habitus, cum aliorum obtutui ſe tradunt, maximè inter orandum, quod præcipuè Moliniſtis convenit, qui raptus, extaſes, & ſimilia effingebant. Hi verè ſunt teſte Juvenal. Saty. cit. v.3.

Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt.

Quod Phraſim attinet, *oculos in terram dejectos* dixit Quintil. lib.11. cap.11. *Solo fixos*, Virgil.1. Æneid. v.489. *Humi poſitos*, Horat. Ode 5. lib. 3. *Oculorum aciem in terram defixam*, Plin. lib. 8. c. 16. Concordant & Græci, ut habet Eurip. in Iphig. *in terram fixit aſpectum.*

146. *Numinis illapſum &c.* Locutionem illuſtro: Numinis illapſus, qui idem eſt ac deſcenſus, & inſpiratio, ad Sacra pertinuit apud Ethnicos, præſertim cùm de vatibus actum, quos Deorum Interpretes dixit Virg. 3. Æneid. v. 359. His etenim tributus furor quidam, quo dixerunt, jam adeſſe Deum ſentire afflatu vicini Numinis: hinc de vate.

Qui Numina Dei &c. ſentis.

Et paulò inferiùs.

Meque ad tua limina Phœbe
Ipſe manu multo ſuſpenſus Numine ducit.

Ubi *ſuſpenſus* cum reſpectu ad illam præſentionem, qua iidemmet vates occupabantur, tunc cùm aderat afflatio Numinis; quandoquidem propriè Numen ad Divinam poteſtatem, ſeu voluntatem refertur, ut deducitur ex loco Virgil. ſupra primo loco laudato, & ex eo, qui habetur in ſecundo Æneid.

Non hæc ſine Numine Divùm
Eveniunt.

Et alibi poteſtati tribuit Eclog. 4.

Concordes ſtabili fatorum Numine Parcæ.

Et famæ conferre ſolet! Sed tempore fiat

Apto

NOTÆ.

Hinc rectè illabi iis, qui Deo afflantur, dictum; quemadmodùm habet Æneas orans ad Apollinem Delium Æneid. 3. v.89.

Da Pater augurium, atque animis illabere noſtris.

Igitur idem eſt in Sacris, ſuſpendi Numine, & ſentire, & illabi Numen, noſterque Sectanus in re ſacrâ optimè imitatus eſt veteres Authores. Nunc ad ſententiæ intelligentiam: In his verbis principale Quietiſtarum crimen enunciari non obſcurum, nec dubium eſt; ore occluſo, preſſis oculis, & vultu morari illapſum Numinis (nam Numen pro Deo) nil aliud eſt, quam hominem otioſum, tacitum, & quaſi dormientem expectare Deum in nobis operantem, prout ſibi libuerit, abſq; eò quod ullus activitatis noſtræ concurſus, nec noſtrarum potentiarum exercitium interſint, nè quidem eum orando per actum quemlibet ſenſibilem, quem vocant Quietiſtæ Dei offenſivum, qui in nobis ſine nobis operari vult, & Gratiæ, Divinæ operationis, veræque perfectionis impeditivum, itaut nihil ab homine optandum, nil Deo petendum ſit, de nihilo tandem gratiæ agendæ, nam quilibet horum actuum propriæ voluntatis actus eſt, cui animæ repugnant internæ, quæ non ſolùm propriæ voluntati renunciavere, ſed eo ſæpius adactæ ſunt, ut nequeant aliquid ab Omnipotente petere, ſed ſe habeant tanquam inanimatum cadaver coram ipſo; itaut etiamſi tales homines, ſic orantes, ſomnus invaſerit, nihilominùs in oratione ſe perſiſtere profitentur, ſicut & in actuali contemplatione: Hæc hauſi ex damnatis propoſitionibus 2., 4., 5., 12., 14., 15., & 25., quas lege, ſicut, & plures alias eiſdem affines, ſeu neceſſariè conſequentes, per quæ tota hæc falſiſſima doctrina tibi plenè innoteſcet, & abundè conſtabit error dogmatis.

146. *Quantum res &c.* Ideſt; hypocriſis, ſanctitatis, & pietatis prætextu velata plurimum utilitatis, lucri, & commodi afferet; & famam plurimam, atque honorem tibi conciliabit.

147. *Sed tempore &c.* Non quolibet, ſed opportuno.

148. *Te*

Apto; te videat populus, matronaque tenſo
Deſignet digito, & gradiens obmuſſitet, hic eſt.

Pro-

NOTÆ.

148. *Te videat &c.* Quando nempè maximus populi concurſus eſt, qui te videre poſſit, & admirari.

148. *Matronaque &c.* Mulieribus præcipuè inſpiciaris, quibus faciliùs illudas, quippè quæ magis credulæ ſunt, & ad pietatem pronæ.

148. *Tenſo &c.* In tui admirationem converſæ te aliis indigitent, ſanctitatiſque promptuarium deprędicent; monſtrari enim digito eſt inſignem eſſe, ideſt idem ac à matrona indicari, dicique; Hic eſt eximius, ſanctiſſimuſque ille vir, qui miracula patrat, extaſes patitur &c. In locutione ſecutus eſt noſtęr Poeta Perſium Saty. 1. v. 28., ubi ironicè vanos inanis gloriæ captatores irridens, ait.

At pulchrum digito monſtrari, & dicier, hic eſt.

Cæterùm in hoc ſenſu accepta hæc phraſis communiſſima Scriptoribus melioris ævi fuit: Affero Horat. lib. 4. Carm. Ode 3. qui poſuit.

Totum muneris hoc tui eſt
Quod monſtror digito prætereuntium.

Et ſerm. lib. 2. Saty. 8.

Indice monſtraret digito.

Addo Ovid. 2. de arte Aman.

Digitis oſtendere.

At eam tantò dignius illuſtravit, quantò melius, quàm cæteri actionem totam affabre noſtęr Sectanus expreſſit, primò, intenſione digiti, nam cum aliquem digito indicamus, ideò tenſo naturaliter agimus, ſecundò, obmuſſitatione, quæ uſui, & conſuetudini optimè reſpondet; nam in actu indicationis hujuſcemodi non clarâ, altaque voce exclamamus, ſed clam, & ſubmiſsâ voce murmuramus; Habes quoquè quàm benè Matronæ decus ſervatum fuerit, quæ non ſtrepens, ſed tantùm muſſans iuducitur; Habes muſſitationem in gradiendo, ſeu tranſeundo, quod & modeſtiam matronalem ſapit; Hinc firmiter teneas Perſium non tantùm à Sectano imitatum, ſed mirum in modum ſuperatum: nam actio melius expreſſa per

indi-

Protinus aut biſidæ creſcent tibi frõte Mitellæ,
Inque manus veniet Baculus;vel larga placenta
Virgineis tibi mittetur quam plurima ſeptis;

Vit-

NOTÆ.

indicis tenſionem, & per obmuſſitationem, quæ non tam bellè connotatur per illud *dicier*, quod alta voce loquentibus etiam tribui poteſt. Non prætermittam ad hujus loci coronidem Demoſthenis hiſtoriam, qui cùm tranſiret, & à mercenario tabernæ digito demonſtraretur, fertur lætatus eſſe, quod ab ignobilibus ſciretur, quadrat enim mirificè hujuſmodi hypocritis famam per quamcumque eorum actionem uſurpare, aucuparique aſpirantibus, qui ſummo gaudio aſſiciuntur, quoties id pro votis evenire dignoſcunt.

150. *Protinus aut biſidæ &c.* Ironicè, acerbèque talium ambitionem irridet, quaſi dicat eos hoc vitæ inſtituto ſibi dignitates adepturos, ut eſt Epiſcopalis, cui debetur ad uſum in ſacris, publiciſque ceremoniis uſus Mitræ, & baculi Paſtoralis: Illam autem nuncupavit eleganter biſidam, quia ſuperius aperta, & in duas partes ſecta, ut nos ipſi quotidiè agnoſcimus; baculum verò tantùm pro Paſtorali poſuit, tum quia ſenſus loci clarus eſt, cùm quia, cùm de Epiſcopo agitur vox hæc ſine aliquo alio addito Eccleſiaſticis Scriptoribus, utplurimum uſurpata ad eumdem ſignificandum.

151. *Larga placenta &c.* Quaſi & gulæ deditos taxet, nam larga placenta eſt, ut credimus, ea, quæ nuncupatur vulgo *Torta*, ex ovis, lacte, & ſaccharo confecta, delicatior, quàm vetus illa, ut tradunt Scriptores, è melle, caſeo, & farinâ ſiligineâ, quam pridem in deliciis habitam dixit Cato; & aſtipulatus eſt Juvenal. Saty. 11. v. 58., ubi in eum, qui palàm verbis frugalem vitam commendans, clam tanquam ganeo in epulis luxuriabatur, debacchatus eſt inquiens.

Sed laudem ſiliquas occultus ganeo, pultes
Coram aliis dictem puero, ſed in aure placentas.

152. *Virgineis tibi &c.* A Santimonialibus mittetur placenta, qua veſcaris: quandoquidem te pium, ſanctum, & venerabilem cenſentes, id munus in obſequium, & Chriſtiani,

caſti-

Vittatæque omnes cupient ſua credere facta
Inge-

NOTÆ.

caſtique amoris ſpecimen tibi debitum putant.

152. *Septis &c.* E Monaſteriis, quibus arctiſſima clauſura præſcribitur, nam ſepta generali vocabulo dicuntur omnia loca munita, & quodam ſepimento vallata. Hinc ſepta villæ, quibus villa circumſepitur. Varro. lib.1. de ruſt., hinc ſimili voce ovilia, & alia id generis nuncupata Virg. Eclog.1.

Quam multa meis exiret victima ſeptis.

Quod & ad Urbem translatum; habemus enim in Campo Martio loca incluſa tabulatis fuiſſe, in quibus ſtans populus ſuffragia ferre conſueverat, quæ ſepta dici meruerunt inſtar ovilium, de quibus Martial. lib.9.

In ſeptis Mamurra diù, multumque vagatus.

& Lucanus, qui ovilia pro ſeptis poſuit.

Et miſeræ maculavit ovilia Romæ.

Hoc autem nomine placuit Satyrico Sanctimonialium Monaſteria nuncupare, quia undiquè circum muro clauſa; Virginea autem, quia regulariter fœminas omnes excludant, præter quàm Virgines.

153. *Vittatæque &c.* Ideſt, Moniales ipſæ tantùm tibi deferent, quem cenſent ſanctum, & pium, non hypocritam, ut non erubeſcant occultiora cordis arcana revelare tam ad conſilium, quàm ad emendationem: Vittatæ autem dictæ, quia vittis caput velatæ: quamvis vittas propriè eas pridem cenſuerim dictas, non quæ totum, ut in Monialibus velum, caput cooperiunt, ſed quæ inſtar faſciæ, & ligamenti profluentes capillos coercebant, partemque capitis tantùm obnubebant. Quidquid de hoc ſit; certum eſt vittam matronalis verecundiæ ſignum fuiſſe; huic enim uſui vittæ ſerviebant: Ovid. 1. de Arte.

Eſto procul vittæ tenues, inſigne pudoris.

Et Virgil. vij. Æneid. v. 403. de matronis Bacchi orgia celebrantibus.

Solvite crinales vittas, capite orgia mecum.

Juxtà Romanum morem, de quo teſtatur Valer. Max. lib. 5. cap.2. *Sanxit Senatus ut fœminis ſemita viri cederent, confeſſus*
plus

plus ſalutis in ſtolâ, quàm in armis fuiſſe, vetuſtiſque aurium inſignibus novum vittæ diſcrimen adjecit. Inde & Virginibus tributæ, teſtantibus Ovid.2. Metamorph.de Virgine Nonacrinâ.

Vitta coercuerat neglectos alba capillos.

Et Valer. lib.8. Argonav.

Ultima virgineis tum flens dedit oſcula vittis.

Fortè à Matronalibus diverſæ, ut videtur hic author innuere; Sed maximè debitas fuiſſe iiſdem Virginibus, ſi eædem ſe in miniſterium Deorum ſacraverint. Hinc de Caſſandra à Phœbo vaticinandi arte donatâ habet Ovid. 1. Amor. Eleg.7.

Sic niſi vittatis quod erat Caſſandra capillis
Procubuit templò, caſta Minerva, tuo.

Morem hunc perpetuum fuiſſe in Veſtalibus agnoſco ex eodem Ovid. lib. cit. Eleg.6., ubi de Ilia Veſtali jam compreſsâ

Quo cultus abjere tui? Quid ſola vagaris?
Vitta nec evinctas impedit alba comas.

& de eâdem 3. Faſtor.

Decidit ante ſacros lanea vitta focos.

Ex quibus Lucano lib.1. *vittata* ſacerdos.

Veſtalemque chorum ducit vittata ſacerdos.

Sed de his abundè Lipſius lib. de Veſta, & Veſtalibus c. 12. penès quem ſunt plurima numiſmata Virginum Veſtalium imagines reprehesentantia, & præcipuè illuſtris ſtatua è Pario candido marmore perfecti operis, licèt capite, & brachiis mutila, Cœliæ Concordiæ Veſtalis Maximæ Romæ eruta. Tantùm ex eo nummos duos celebratiſſimos deſumpſi, qui Virgines Veſtales vittatas exhibent, necnon infulatas, noſtriſque Monialibus velamento capitis quaſi ſimiles.



Addo



Addo ex eodem Lipſio pulcherrimam Fulvii Urſini gemmam, Claudiam Veſtalem repręſentantem, quæ habetur cap. 12. jam citato ejuſdem libri.



Evidentius id reſultat ex inſigni Numiſmate, & ſingulari Cameo, quæ ex Muſei Carpinei theſauro, unà cum tot aliis ex-

Ingenuæ auriculæ . Pater ò cariſſime ! Prurit ,
Sĕtio.Fare age,ne timeas.Loquar,at mea tingit
Ora pudor . Prurit quâ dicor fœmina . Nempè ?
Non

N o t æ.

quiſitæ eruditionis monumentis publici juris fecit Philippus Buonarroti Florentinus , Vir in antiquitatis peritiâ , bonarumque artium culturâ nemini ſecundus in ſuo libro , cui tit. *Oſſervazioni hiſtoriche ſopra alcuni Medaglioni antichi* . Quandoquidem Numiſma præfatum Belliciam Modeſtam Virginem Veſtalem exhibet , caput infulâ velatam , vittis à tergo pendentibus conſtrictam , cum ſuis tæniis , quæ extremas partes adornant . In Cameo autem repræſentatur cum hac inſcriptione , NER. VIR. V. , *Neratia Virgo Veſtalis* , prout interprætatur eruditiſſimus Fabrettus , & Operum vulgatorum excellentiâ jamdiù celebris (utinam in Sectanum æquior) qui utrumque jam exhibuit in ſuo tract. *de Colum. Trajan.* cap. 6. pag. 167. Porrò hæc eadem Neratia iiſdem, quàm Bellicia, capitis ornamentis redimita eſt , niſi quod tæniæ non appareant. Quoniam verò hîc Muſei Carpinei mentio incidit , ſæpiuſque ad rerum enucleationem fortaſsè de eo loqui oportebit, operæ pretium duxi indicare in hac celeberrimâ dactilothecâ , Numiſmata , Gemmas , Lapides , Æra , Ebora , Criſtalla , & quicquid Romanæ Antiquitatis longa ætas nobis non invidit, diligentiſſimè aſſervari , curâ , & impenſis Viri incomparabilis Gaſparis Cardinalis Carpinei , qui graviſſima Chriſtianæ Reipublicæ munia , ejus virtuti , prudentiæque demandata , politioris literaturæ ſtudio fœliciter copulavit . Sed de vittis , & vittatis ſatis .

154. *Ingenuæ auriculæ &c.* Ideſt honeſtæ , & puræ .

154. *Pater &c.* Qui Patres vocati fuerint, diximus Saty. 1. Illud de hoc Dialogo admonitum te volo , o Lector, quod, ut perſpicuum eſt , res hîc agitur inter Virginem honeſtam , pudibundam , ſimplicem , hominique tanquam patri ſe totam confidentem , cui cordis, mentiſque arcana pandat, ſolatium, remediumque conſcientiæ vulneribus accipiat; & virum Quietiſtam , Hypocritam, falſumque virtutis, & pietatis cultorem .

Vir-

Non dicam, turpe eſt. Quid habes formoſa, quod ipſe
Non optem laudare, & cernere? forſan? Abibo
Hinc potius, turpe eſt. Nil ultrà interrogo. Salve
Filio-

Notæ.

Virginis ſenſus humiles, verecundos, pioſque agnoſces; at in homine impietas ſtatim tibi revelabitur, nam dum religiosè videtur eidem virgini ſuadere, ut conſcientiam clarè ſibi patefaciat, [& malo, ſi quod ſit, medeatur, Sacramento, eam ſollicitando ad prava, abutitur. De frequentiſſimo hujuſmodi delicto convicti tam ipſe Molinos, quàm ejus Sectatores, hinc hac etiam de causâ damnati. Hi enim eas, quas ſacrilegè fœdabant, inter proprias numerabant pœnitentes, quibus perſuaſum volebãt, & de quibuſdam (ſic vocant) violentiis dęmonis erga corpus, quibus etſi ad actus inhoneſtos compellamur, non tamen animam inquinamus, ſed meritoriè perpetramus, quia manus, & cætera membra tantum ad turpia moventur involuntariè; atque etiam de quadam diſtinctione ſuperioris hominis ab inferiore, ita tamen ut ſuperiore, nempè mente, & animâ in Dei unione per internum aſſenſum permanente, nil curandum quid agat inferior, nempè corpus, quod talia patitur abſque aliquo ſuperioris conſenſu, & ideò abſque peccato animæ, quæ potiùs hac viâ magis purgatur, illuſtratur, ac illuminatur. Cave deteſtabile dogma.

157. *Quid habes &c.* Blanda verba partìm ſuadentis, partìm tentantis, vitioſa, malitiâ deteſtabili pleniſſima. Nam ut eam ſibi conciliet pulchram vocat, optimè peritus quantùm delectet fœminis hujuſmodi adulatio.

157. *Quod ipſe &c.* Impudentiam propriam prodit ex impuritate rei deſideratæ.

159. *Nil ultrà &c.* Forſan in illius doctrinæ ſequelam, de quâ Propoſ. 47. damnata, ubi de culpis ex violentiâ Satanæ (ut ajebat Molinos) admiſſis, dicitur: *E ſopra tutto non biſogna confeſſarſene, e ſi fà ſantiſſimamente à non confeſſarſene, perche così ſi vince il Demonio, e ſi guadagna un teſoro di pace.*

Filiola; apta tuæ dabitur medicina ſaluti.
Cætera noviſti prudens Philodeme, nec uno
Exemplo, fœlix ſceleratus vivit in Urbe.
Nunc etenim barbæ multum deſertur, & hirco
Alarum intonſo. Succincta, & Lanea veſtis
Serica peſſundat, primoſque meretur honores,
Tamquam ſola probos faciat tibi penula mores.
Verùm hæc plus olei poſcunt. Succide ſuperbas
Spes animo, & raucum ſocius comitare Bagoam,
Odry-

NOTÆ.

159. *Salvè Filiola &c.* Iterùm vox amoris, & blandimenti in juvenem, & pulchram virginem, ideò ſuſpecta.

160. *Apta tuæ &c.* Remedium ſcilicèt iniquum, quippè à malo Medico inſtructum, pharmaciſque venenatis compoſitum.

162. *Fœlix ſceleratus &c.* Nondum cognitus à ſapientiſſimo Principe, nec apud Judicem accuſatus; nam exempla docent plurimos adhuc Quietiſtas ſupereſſe, qui externo pietatis fuco malitiam internam celant.

163. *Nunc etenim &c.* Iterùm eorum veſtitum, aſpectumque aperit, barbam ſcilicèt promiſſam, & hirſutam, veſtem laneam, & ſuccintam, quibus à cæteris diſtincti, velut pœnitentiam agentes, aut auſterius vivendi genus profitentes, faciliùs nimium credulos decipiant, qui aliter de his ſentiunt, quàm *Hieronym. epiſt. ad Ruſticum*, cui minimè probati fuere, *nonnulli accinctis renibus, pullâ tunicâ, barbâ prolixâ*.

166. *Penula &c.* Veſtis ē lana confecta, eademque viliſſima, de quâ ſuperiùs Saty. I., quæ ſervis tributa.

167. *Verùm hæc &c.* Pro experientiâ, & operâ. Juvenal. Saty. 7.

Plus temporis, atque olei plus.

167. *Succide ſuperbas &c.* A radice abſcinde quamcumque ſpem amplas dignitates conſequendi.

168. *Raucum comes &c.* Ideſt, fias geſticulator, & nugarum

Odryſias vendit qui caſſus lumine clades,
Atque albam in circo docuit ſaltare catellam,

Sit

Notæ.

rum venditor, evadaſque ſocius alicujus ex jis Cæcis, qui per Urbem vagantur, otioſoque populo verba nugacia per plateas, hiſtoriolas, aliaque hujuſmodi generis vendunt, ut ex tenui lucro, quod inde eis provenit, victum conſequantur.

168. *Bagoam &c.* Bagoas, teſte Curtio, fuit Eunuchus ab Alexandro adamatus. Diverſimodè de noſtro dicendum, nempè qui unus ex jis cæcis accipiendus, qui, quaſi eſemplar ad imitandum, Philodemo proponitur.

169. *Odryſias &c.* Quod ad hujuſmodi artem ſpectat, totum hîc diſtinctè proponitur, & primò, venditio hiſtoriolarum, quæ circumferuntur occaſione alicujus cladis Turcis à Chriſtianis inflictæ, queis emendis populus avidè concurrit. Odryſias autem dixit ab Odryſiis Thraciæ populis, de quibus Stephanus Ὀδρύσαι ἔθνος θράκης, *Odryſiæ gens Thraciæ*; Hi potentiſſimi fuere, ut ex eorum imperii deſcriptione apud *Thucid. lib.* 2. Ex Latinis memorantur *Livio lib.* 39. cap. 53., qni eos in mediâ Thraciâ ponit. *Avertendos etiam animos*, inquit, *à ſuſpicione talium conſiliorum ratus, mediam in Thraciam, exercitum in Odryſas, Dentheletas, & Beſſos duxit*: Indè Odryſios equos celebrat *Claudi. in Gigantomach.*

Primus Terrificum Mavors non ſegnis in hoſtem
Odryſios impellit equos.

Et Odryſiam haſtam dixit Stat. Achille. lib. 1.

Sic cum palantes Phlegræa in caſtra ſubirent
Cælicolæ, jamque Odryſiam Gradivus in haſtam
Surgeret.

Hodie hi populi ſub hujuſcemodi nomine amplius non agnoſcuntur, ſed ſimul confuſi, & commixti, ſub generico nomine Thracum, imò Turcarum tantùm nuncupantur.

170. *Atque albam &c.* Tales canes variis jocis inſtructos paſſim videmus: Quod verò magis conſiderandum Lectori proponimus, id proculdubio eſt; Quod legendo has Sectani Satyras ſæpeſæpius nobis occurrit illud Plutarchi in vitâ Artaxerſis, ubi laudans Xenophontem, ait, ab eo res deſcribi,

non

Sit mitis tibi cura feræ, vultuque magiſtro
Præcipe, ut oſtendat pueros, quos micturientes
Invenit lecto genitrix, injuſſaque gutta
Decepit miſeros, medioque ſopore fefellit.
Hæc Græcos audire ſonos, (mirabile dictu)
Et cytharam diſcet te Præceptore ferire;
Diſcet, & arguto capitis deprehendere nutu,
Qui ligurit patinas, uno qui grandinat hauſtu
Cæcuba, quique domi pulchrâ cũ conjuge dormit.

Sic

Notæ.

non ut geſtas, ſed ut ſi tunc gererentur, ſpectarenturque oculis, τοῖς πράγμασιν, ὡς ἐν γεγενημένοις, ἀλλὰ γινομένοις, adeò vividè omnia etiam minima repræſentat. Obſervet quæſo Lector, ut catellam ſaltantem, eaque omnia agentem, quæ ventre artis Magiſtro, ut ſcripſit Perſius, didicit. Sanè nil melius, aptius, diſtinctius, eloquentius dici poteſt, nil addi venuſtati, & elegantiæ Scriptoris; omnis ſiquidem concinnitas, diligentia, varietas, ubertas, rerumque omnium admirabilis obſervantia videre eſt: ita ut penè dicere fas ſit, Sectanum in rerum hujuſmodi minimarum, & quæ difficillimè exhiberi valent, antiquos ipſos authores ſuperaſſe, quandoquidem nullus eorum eſt, qui in talibus rebus repræſentandis excelluerit; quemadmodum in reliquis optimè eos imitatus eſt, ita ut ſecundus ab eis non ſit judicandus, ſed odem, parique gradu recipiendus.

178. *Uno, qui grandinat &c.* Inter cætera, quæ Sycophantæ iſti, ac Quadruplatores doctis hiſce Canibus imperare ſolent, illud potiſſimum eſt, ut è ſpectatoribus demonſtrent, qui merum ſorbere avidius ſolet. Phraſis, grandinare hauſtu pocula, neſcio, an apud antiquos fuerit uſurpata, ſed mirificè, & emphaticè deſignat bibones iſtos, ac ganeones, qui non minus nocere ſolent vindemiæ, quam faciat grando, cùm vineas flagellat.

179. *Cæcuba &c.* Magnos vini calices: Straboni ſiquidem cæcu-

Sic (quod ſumma boni eſt) plauſus, riſumque parabis,
Cruſtula ſic poteris corradere, & æra minuta,
Dum capiet ſtolidum meritoria bellua vulgus:
Aut Fora te videant, ubi nuda, & candida ſigna
Qua-

Notæ.

cæcubum eſt vinum generoſiſſimum, ſic à Cæcubis Campaniæ populis, apud quos naſcitur, denominatum: de quo *Mart. lib.* 3. Epig. 116.

Cæcuba Fundanis generoſa coquuntur Amyclis.

necnon Plin. lib. 14. cap. 6. *Antea Cæcubo erat generoſitas celeberrima in paluſtribus populetis, ſinu Amyclano.* V. Horat. lib. 1. Ode 37., lib. 2. Ode 14., & in pluribus aliis locis.

180. *Sic (quod ſumma boni eſt) &c.* Ideſt, Bonorum finis, quo omnia referuntur. De ſummo bono cclxxx. ſententias fuiſſe, juxtà enumerationem ſectarum Phyloſophicarum, Varro tradit; Philodemo autem noſtro Philoſophaſtro ſumma boni eſt, riſum, plauſumque è circumſtantibus, ejuſque nugas audientibus elicere, dummodò quid ad victum conquiratur.

182. *Meritoria bellua &c.* Loca meritoria, quæ mercede locantur inquilinis, à merendo dicta, undè & tabernæ meritoriæ nuncupantur cauponæ; quia mereri, eſt causà quæſtus aliquid operari; hinc Meretrices dictæ, quod turpitudine corporis æs mereantur; merceſque pręmium appellatur, quod ea detur pro laboribus ſuſceptis. Indè etiam dicti Pueri meritotii, qui, aut jubente Domino, aut ſponte ſuâ proſtant, turpique quæſtu æs merentur. Appoſitè ergo bellua meritoria canis illa denominatur, quæ ſaltibus, & jocis à plebe circumſtante, & inſpiciente Domino acquirit, & meretur.

183. *Aut fora &c.* Forum Agonale, in cujus medio fons celeberrimus, arte, manuque magiſtrâ Equitis Jo: Laurentii Bernini, Innocentiique X. Pontificis Maximi juſſu elaboratus, exhibens quatuor inſignes, maximaſque Statuas marmoreas ſcopulis inſidentes, è quibus uberes fluunt aquæ, qua-

Quatuor effundant ſpatioſo flumina labro ;
Illic ingenio, & quâ polles Græculus arte
Utere , ut attoniti ſuſpendas ora popelli .
Sed placeat pictam (non eſt res ardua) telam
Elatâ monſtrare manu , turbamque ciere ;
Atque ubi ſe in gyrum collegerit , exere vocem .
Hæc eſt Quartillæ effigies ; formoſa puella
Dilexit nimium ſuccenſa libidine Ephœbum ,

Con-

Notæ.

quatuorquè Flumina regalia repræſentantes, videlicèt Nilum, Gangem , Eufratem , Indum &c.

184, *Spatioſo labro &c.* Ideſt , latiſſimâ marmoreâ conchâ: Labrum de vaſe aquâ pleno , veteres paſſim dixere Poetæ: Unus pro cunctis ſit nobis Virg. lib-8. Æneid. v. 22.

Sicut aquæ tremulum labris , ubi lumen abenis
Sole repercuſſum , aut radiantis imagine Lunæ
Omnia pervolitat latè loca &c.

185. *Illic ingenio &c.* In foro Agonali quotidiè videre eſt hujuſmodi nugas à ſimilis farinæ hominibus exhibitas, circumſtante maximâ otioſæ plebis multitudine , cui hi , qui vulgo *Ciarlatani* nuncupantur , verba vendunt &c.

186. *Ut attoniti &c.* Mirùm quàm attentè , quaſi ſeria , veraque narrentur , plebs iſtorum mendacia obſervet.

187. *Sed placeat &c.* Hi , ut fabulas , quas proponunt , aliquâ muniant authoritate , ſolent malè pictas tabellas ſpectantium oculis proponere,quibus diverſas imagines repræſentantur , pluribus caſibus , quos narrare placuerit , applicabiles , ſicque manu inter loquendum intereſſentibus indicant .

189. *Exere vocem &c.* Altâ,claraq; voce narrationem incipe.

190. *Hæc eſt Quartillæ effigies &c.* Quartillæ nominis altiſſimum apud Scriptores ſilentium unico Petronio Arbit. excepto , cui Quartilla eſt Sacerdos Priapi , prout plurimis in locis habet ejus Satyricon. Quintillam dixit *Juven. Saty.* 7. v. 75.

Quintillæ , quod donet , habet .

Poſue-

Contempſitque Deos ; nunc illam torva flagellat
Tiſiphone, & fruſtrà clamantem amplectitur
Hydrus.

Quæ

NOTÆ.

Poſuere ambo pro meretrice, aut ſaltèm pro Virgine corruptâ.

192. *Contempſitque Deos &c.* Peccando forſitan contra Deorum præcepta per actus libidinoſos Divinâ lege vetitos.

192. *Flagellat &c.* Totus hic locus deſumptus eſt ex Virgil. 6. Æneid., ubi de pœnis Tartaro damnatorum agens, tortores furias inducit, nominatìm Tiſiphonem flagello quatientem miſeros ſontes, utpotè magnorum ſcelerum ultricem, & hanc carnificinam exercentem in infelices, ſiniſtrâque manu angues intentantem: En verba Poetæ.

Continuò ſontes ultrix accincta flagello
Tiſiphone quatit inſultans, torvoſque ſiniſtrâ
Intentans angues.

Cui conſonat Statius 11. Theba. de unâ Furiar. quoad flagellum.

Diva ter admoto tetigit thoraca flagello;

Et lib. 1. ejuſdem de Anguibus.

Tum geminas quatit illa manus, hæc igne regali
Fulgurat, hæc vivo manus aëra verberat hydro.

Concinnius autem, & ad mentem noſtri Satyrici idem lib. 7.

Has ubi vipereo tactas per utramque flagello
Eumenis infurias &c.

Nam fortè huc noſter reſpexit author, hydrumque poſuit pro flagello ex anguibus confecto; quo benè amplecti dicitur, qui eo veluti è funibus contorto fuſte in gyrum per totum corpus flagellatur; refertur ad ſerpentes à Cice. 1. de divinat. *Puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu.* Fortè etiam potuit Sectanus ſervatâ veterum Theologiæ doctrinâ velle dixiſſe, Quartillam in pœnam delicti loco amaſii à ſerpente apud Inferos amplexam.

193. *Tiſiphone &c.* Una ex Furiis, quas tres eſſe apud inferos finxere Poetæ: reliquas duas Megæram, & Alecto

Quæ mala non peperit ſæva indulgentia matris?
Pro penſo ſpeculum tractat, feſtiſque diebus
Inſpectura procos pendet laſciva feneſtris,
Et laudat cultos juvenes, laudatur ab illis,
Nec

Notæ.

appellarunt, denotantes hoc numero triplicem animi affectum, iram, cupiditatem, & libidinem, quibus mortales in omnia facinora præcipites rapiuntur; Ira etenim ultionem, cupiditas opes, libido voluptates deſiderant. De furiarum geneſi Virg. 11. Æneid., qui eas ex nocte, & Acheronte natas tradit.

Dicuntur geminæ peſtes, cognomine Diræ,
Quas, & Tartaream nox intempeſta Megæram
Uno, eodemque tulit partu &c.

194. *Quæ mala non peperit &c.* Matres ex amore ſæpè nimis ſunt ergà filios, filiaſque indulgentes, ex quo peſſima eorum educatio oritur, quia ex hac indulgentiâ vitia foventur in eis, quæ aliàs rigore egerent, ut expellerentur, radicituſque ex eorum animo extirparentur; jurè igitur à Sectano Matres propter hoc reprehenduntur, ut malorum, & vitiorum, quibus filii plectendi veniunt, cauſæ.

195. *Pro penſo ſpeculum &c.* Hic etiam ipſæ filiæ arguuntur, quæ pro penſo ſpeculum frequentant, ut magis placeant amantibus; quæ potius domeſticis curis incumbere deberent, conficiendo lanificium, cæteraque diurno domus uſui neceſſaria: his etenim communi omnium voto earum pudicitia probatur, ut animadvertit Virg. Georg. 2. v. 524.

Caſta pudicitiam ſervat domus.

& repræſentat Livi. lib. 1. in Lucretia, quam non *in convivio, luxuque cum æqualibus tempus terentem, ſed nocte ſerà deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentem invenere* Sex. Tarquinius, & Collatinus. Huc etiam referendus videtur illud Juven.

Servavit caſtas humilis fortuna Sabinas.

195. *Feſtiſque diebus &c.* Feſti dies Divino cultui, non luxui ſpecialiter dicati. Idem, quod deplorat Satyricus noſter, ſemper

Nec genitrix tantos audet compeſcere luxus.
Intereà gemmas, & munera pronuba amoris
Portat anus, duri pacantur munere poſtes,
Et ſanctus pudor indè fugit. ſed vindicis ira
Numinis, antè diem, primâque ætate peremptam
Ad nigros jubet ire lacus, & tartara. Matres,
Diſcite non ſpeculum, ſed penſum tradere natis,
Nec

NOTÆ.

ſemper deflevit Eccleſia, Sanctique damnavere Patres, inter quos *Bernar. ſuper Cant. ſerm. 2.* notavit, quod *feſtivitatibus Sanctorum plures amplius de vanitate, quàm de feſtivitate gaudent*. Pudeat Chriſtianos homines abuſum ſectari, à quo Senec. licèt Ethnicus abhorruit, dum epiſt. 18. ſcripſit: *Feſtis diebus maximè animo imperandum eſt, ut tunc voluptatibus ſolus abſtineas, cùm in illas omnis turba procubuit.*

200. *Portat anus &c.* Lenocinium ut plurimum vetulę mulieres exercere ſolent, eæque ab amatoribus mittuntur ad puellas cum muneribus, ut non minus his, quàm vi verborum illas corrumpant, & ad malum impellant.

200. *Duri pacantur &c.* Donis facilè omnia expugnantur, undè illud.

Munera, crede mihi, placant homineſque, Deoſque.

Dicit autem poſtes placare metaphoricè, quia quæ prius accluſæ, & quaſi iratæ aditu prohibebant amantes, donorum virtute poſtmodum ei aperiuntur à corruptis janitoribus, nec non ipsâ Dominâ jubente. Nam, ut ait Horat. lib. 3. Carm. Ode 16.

Aurum per medios ire ſatellites,
Et perrumpere amat ſaxa potentius
Ictu fulmineo.

Et inferius.

Diffindit Urbium portas.

201. *Et Sanctus pudor &c* Pudor maxima virginitatis virtus, & laus. Virgil. Æneid. 12. v. 64.

Accepit vocem lacrymis Lavinia Matris.

 Fla-

Nec fora, ſed feſtis ſubeant Delubra diebus.
Mox ſequere, & virgâ ſignans ex ordine caſus
Quotquot erũt; narra præciſam fulmine dextram
Ciconio, ſacras dum ferro irruperat ædes
Impius argentum rapturus, & aurea vaſa;
Percuſſumque caput Cottæ, qui guttura patris
Jam ſenis invaſit ſcelerato barbarus enſe,
Et tumidi fruſtrà nudantem pondera ventris
Cal-

NOTÆ.

Flagrantes perfuſa genas, cui plurimus ignem
Subjecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.

Apul. 1. *Virginalis verecundiâ*, Simonid. apud Athen. lib. 12. *Verecunda ex ore emiſit vocem Virgo.* Hinc Plato in Charmide rectè inſinuavit nullam pulchritudinem eſſe dignam laude, niſi quæ pudibunda: *Ait Charmidem rubore ipſo apparuiſſe pulchriorem, quoniam pudor decet eam ætatem.* Tale quid etiam deducitur ex loco Virgilii ſupra memorato &c.

205. *Nec fora &c.* Virgines, mulierеſque fora nimis frequentantes, ac ſi pretio propriam caſtitatem proſtituere vellent, damnantur. Eâdem de causâ è domo earum ratus egreſſus laudatur, qui vix antiquitus permittebatur; quin etiam jis locus remotior, atque editior in eâdem domo ad habitandum traditus, & Gynecæum, vel Parthènon nuncupatus, ut abeſſent à frequentiori populi tumultu, nec facilè ab exteris videri poſſent. Huc quadrat illud Euſebii apud Stobæum: *Mulier, nec alios videre, nec ipſa videri debet, præſertim, quæ eleganter ornata ſit; utrumque enim ad res inhoneſtas incitamentum eſt.*

206. *Et virga &c.* Ex more circulatorum, qui virgam præ manibus habentes, eâ elatâ ſignant, & indicant populo adſtanti caſus, qui telâ pictâ, quam exhibent, repræſentantur.

208. *Ciconio &c.* Nomen iniquiſſimi hominis furtis, & latrociniis, etiam ipſa ſacra loca invadendo, aſſueti.

210. *Percuſſumque caput Cottæ &c.* Cotta Juven. Saty. 5. v. 19. Eques Romanus, qui vixit temporibus Neronis, in ami-

Calcavit gravidam nono jam menſe ſororem .
Hæc tibi mirificis poterunt augere figuris
Argillam figuli ſpurcare coloribus apti ,
Dum linitur rudibus non cocta fidelia pennis
Ipſa

Notæ.

amicos liberaliſſimus , ex quo in maximâ fuit extimatione .

Quæ Cotta ſolebat,
Elargiri

Et Saty.7. v. 95.

Quis Cotta iterum?

Martiali verò homo *mollis* lib. 1. epigr. 24. , *egenus* lib. 12. Epigr. 39. , *fur , & iniquus* lib.10. Epigr.88. , *ſordidus* tandem *convivator* lib. eodem Epigr. 49. Sectano autem eſt quidam impius Parricida , & inceſtuoſus .

214. *Hæc tibi mirificis &c.* Argillâ , terrâ ſummè tenaci utuntur figuli ad conficienda vaſa , & alia fictilia , quæ variis coloribus potiùs conſpurcant , quàm pingunt . Hos Pictores proponit Sectanus Philodemo ad pingendam telam illam , in qua hæ fabulæ exhibeantur : nam quamvis figuræ , & imagines malè pictæ repræſententur, attamen ſatis lucri ex hoc ei eveniet , & plauſus , plebe ad illas inſpiciendas certatìm advolante, quæ minimè dijudicare valet, quid in eis boni, quidve mali , utpotè imperita .

215. *Argillam figuli &c.* Figuli, plerumque ineptiſſimi Pictores , opera , quæ è luto conficiunt , coloribus peſſimè diſpoſitis ſolent dehoneſtare . Qua de re ait Author telam iſtius Circulatoris benè ornari poſſe à figulis , ut putidis hiſtoriolis, quas repræſentat , congruè reſpondeat . Non defuere tamen Pictores celeberrimi etiam in fictilibus ornandis ; ſufficiatque pro cunctis unus Raphael Urbinas , qui vaſa quamplurima mirâ artis excellentiâ decoravit , vilique argillæ grande pretium fecit , vt videre eſt in Myrothecio Lauretanô . Hodiè verò,non ſine maximâ gloriâ,hujuſmodi picturę clareſcunt,ingenio , manuque Caroli Antonii Grue ſubditi clariſſimi Viri Jo: Hieronymi Aquavivæ Ducis Atrienſis in Brutiis , qui egregiâ , & pari natalibus virtute bonas artes colere , & fovere ſummoperè ſtudet .

217. *Ipſa*

Ipſa tamen fient nigræ inſtrumenta monetæ ,
Atque etiam plauſus : poſitis nam currere ciſtis
Umbricium, Maculonem, Tongillumque videbis,
Qui-

NOTÆ.

217. *Ipſa tamen &c.* Vide notam præcedentem 214.

217. *Nigræ inſtrumenta monetæ &c.* Ideſt, lucellum aliquod indè accipies ; exprimitque eleganter Poeta totum hoc ſub nomine nigræ monetæ , quæ ærea , & omnium aliarum viliſſima . Locutio deducta eſt ex imitatione Mart. , à quo ærea ſui temporis moneta nigra nuncupatur lib. 1. Epigr. 100. de Caleno avaro .

Ut convivia ſumptuoſiora ,
Toto quæ ſemel apparas anno
Nigræ ſordibus explices monetæ .

Quam ſtatim ſub nomine plumbeæ , ut cenſet cum Interpretum turbâ Gronovius , indigitat , ſubdens .

Et ſeptem veteres tui ſodales
Conſtemus tibi plumbeâ ſelibrâ .

Et pro viliſſimâ accipit , ſicut & lib. 10. Epigr. 74.

Centùm merebor plumbeos die toto .

Ad differentiam aureæ monetæ , quam fulvam dixere teſte eodem lib. 14. Epigr. 12.

Hos niſi de fulvâ loculos implere monetâ
Non decet , argentum vilia ligna ferant .

Fortè argentum ſub denominatione albæ expreſſere, quemadmodum etiam hodierno uſu receptum, quo dicimus idem ſignatum *moneta bianca* : Senſus autem eſt , ex hac arte poſſe Philodemum accipere à vulgo circũſtante, & ejus ineptias ridente *qualche quattrinò , o mezzo bajocco .*

219. *Umbricium &c.* Umbricius Juven. Saty. 3. in princ. optimus Aruſpex , virque celeberrimus : at Sectano ex imâ plebe homo ; ex jis ſcilicèt , qui fructus , aliaſque hujuſmodi viliſſimas merces in ciſtis humeris ſuperimpoſitas vendunt ; ut & Maculo , & Tongillus ; vulgo *Birbanti .*

219. *Maculonem &c.* Nomen viri divitis , ſed ſordidiſſimi apud Juven. Saty. 7. v. 40

Et

220 *Quique pyrum, dulceſque nuces, & coctona vendunt.*

Hoc

NOTÆ.

Et ſi dulcedine fama
Succenſus recites, Maculonis commodat ædes.

219. *Tongillumque &c.* Idem quod Maculo, & Umbricius. At de Tongillo narrat Iuvenalis Saty.7. v. 129., quod fuerit pauper cauſidicus, qui tamen ſimulaverit ſe eſſe divitem; ideoque ait lecticâ aſſiduè vectari, lavarique ſolitum magnâ clientum turbâ ſtipatum: refert pariter, quod naſutus fuerit inſtar Rhinocerotis. Juvenalis verſus ſic ſe habent.

Exitus hic eſt
Tongilli, magno cum rhinocerote lavari
Qui ſolet, & vexat lutulentâ balnea turbâ,
Perque forum juvenes longo premit aſſere Medos
Empturus pueros, argentum, myrrhina, villas.

Fortè Tongillus idem, qui Tongillianus Mart. lib.1. Epig.90.

Nil præter naſum Tongillianus habet.

Nam & huic Poetæ naſutus, quinimmò, ut ex Epig.52. lib.3. etiam *cauſidicus*.

220. *Quique pyrum, dulceſque nuces &c.* Proponit demùm Author omnes quoſcumque vilioris plebis homines maximo conatu ad audiendum Philodemum accurrere, putà venditores pyrorum, nucum, coctonorum &c. In nucibus aliquantiſper ſiſto, nam in hujus vocis ſenſu hæreo; nomen ſiquidem genericum eſt, ut definit Athe. lib.2., dicens: *Nucem vocant communitèr Scriptores Attici, & alii fructus incluſos putamine lignoſo*: Inde fit, ut hujuſcemodi denominationem ſortitæ ſint nux avellana, nux amygdalina, nux perſica, ſive molluſca, apud Macrob. lib.3. Satur., imò & nux caſtanea apud Virg. Eclog.2. v.51.

Ipſe ego cana legam tenerâ lanugine mala,
Caſtaneaſque nuces, mea quas Amaryllis amabat.

Sunt ergo ultrà nuces propriè dictas alia nucum genera. Verùm quidem eſt peculiarius caſtaneas ipſas appellatas eſſe nuces, uti habet idem Athen. eodem lib. *Nuces vocabant, quas nunc caſtaneas*, & iterum ex Mnaſitheo, *Nucum, aut caſtanea-*

rum

rum (nam utroque modo dicuntur) difficilis eſt ventri digeſtio. Cæterùm quidquid de ſenſu loci Virgiliani judicent, ſcenſeantque Grammatici, nuces à caſtaneis diſtinguunt Ovid. 2. de Arte.

Afferat aut uvas, aut quas Amaryllis amabat,
Et nunc caſtaneas, nunc amat illa nuces.

nec non Plinius lib. 15. cap. 28., ubi: *Putamine clauduntur nuces, corio caſtaneæ.* At hæc diſtinctio non impedit quominus caſtaneas inter nucum ſpecies dinumeremus; Quotquot eæ demùm ſint inter cibos vulgares, vileſque recenſentur, ſuadetque Plaut. in mili. glor. act. 2. ſcę. 3. v. 45.

Non ego nunc emam vitam tuam vitioſà nuce.

Et magis favet vetus inſcriptio apud *Gruter. pag.* 461., ex qua diſcimus nucum diſtributionem pueris plebeis tantùm tributam fuiſſe; quandoquidem Quintilius inter publicas largitiones, quas quot annis faciendas teſtamento diſpoſuerat, eam inſcripſit, ut pueris plebeis ſine diſtinctione libertatis fieret ſparſio triginta modiorum nucum. Ita habet marmorea tabula ad finem: PUERIS PLEBEIS. SINE. DISTINCTIONE. LIBERTATIS. NUCUM. SPARSION. MOD. XXX. &c. PRÆSTITERINT. Placet tamen addere maximè appetitas eſſe mulieribus, & pueris etiam ingenuis. Pro illis ſtant Virgilius, & Ovidius ſupra relati; pro his autem Juvenal. Saty. 5. v. 43.

Viridemque thoraca jubebit
Afferri, minimaſque nuces &c.
Ad menſam quoties Paraſitus venerit infans.

Undè benè Perſius Saty. 1. v. 10. poſuit nuces relinquere, pro vir fieri, & ex ephebis excedere, dicens

Et nucibus facimus quæcumque relictis.

Ideſt, ſumptâ virili togâ, & relictis nucibus, puerilibuſque nugis; nucibus ſiquidem ludere frequentiſſimum apud puerulos &c. Benè igitur ad morem hunc reſpiciens noſter Sectanus dat caſtaneas inter pueros per Philodemum diſtribuendas, Saty. 3. v. 208., ubi, benigne Lector, ſi libet, notam hanc reaſſumere ex temetipſo poteris.

120. *Coctona vendunt &c.* Coctona Syriæ ficus peculiares, de quibus Juven. Saty. 3. v. 83.

Advectus Romam, quo pruna, & coctona vento!

Mar-

Hoc tantùm, Philodeme, tui ſperare jubentur
Ingenii vires. Quod ſi majora parabis,
Non deerunt ventris crepitus, ſævique cachinni
In faciem, crebras imitataque dextera vulvas.

F I N I S.

Notæ.

Martiali dicuntur Coctana lib.13. Epig.28.

Si majora forent coctana, ficus erat.

Item lib.7. Epigr.52.

Parvaque cum canis venerunt coctana prunis.

Tandèm lib.4. Epig.

Nec quæ coctana parva gerit.

Ab hoc Poetâ diſcimus noſtrates ficus eſſe forma majores, quàm coctona Syriæ, quæ uti vides minimæ molis ſunt. Sed in his nequaquam immorandum ulteriùs eſt, nàm per ſe patent.

221. *Hoc tantùm Philodeme &c.* Hanc præſcribit Philodemo metam, ſapientèr, atque prudentèr ſe gerendi, quia ejus doctrina, prudentiaque, & ingenium ad majora apta minimè ſint.

122. *Quod ſi majora &c.* Si quicquam ulteriùs tentabis, utpotè tuis viribus, ingenio, ac prudentiæ impar, temerarium opus ſuſcipies, ideòque pœnâ dignus fies.

123. *Non deerunt &c.* Scilicèt Sannæ, atque ludibria, e. g. crepitus ventris, & cachinni in faciem &c. Tria apud veteres ſannarum, ſeu irriſionum genera præcipua fuiſſe reperio, de quibus teſtatur Perſ. Saty. 1. v. 58., inquiens.

O Jane, à tergo quem nulla ciconia pinſit,
Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas,
Nec linguæ, quantùm ſitiat canis Apula, tantæ.

Primùm igitur fuit, manu ciconiam ſignificare, ideſt dextræ digitis in modum roſtri ciconini coactis lævam pinſere: Secundùm, appoſito ad tempora pollice manus ad inſtar aſininarum aurium movere: Tertium denique linguam longiſſimè exerere (quod Saxones vocant caput Leonis imitari) non ſecus, ac

canis ſiticuloſa in Apuliâ calidiſſimâ regione degens. Porrò aliud ſannæ genus ponit Hierony., videlicèt, quæ ab occipitio, diſtorto ore, & labris contractis fit, anteriorum dentium oſtentatione. De his omnibus nulla apud noſtrum Authorem mentio, quandoquidem hodiernis plebis moribus ſe accomodare ſtudens, duo tantùm retulit, quibus vulgares, obolareſque ſanniones utuntur.

124. *Crebras vulvas &c.* Vulvas dextrâ imitari, eſt pollicem inter indicem, & medium interpoſitum extensâ manu alicui oſtendere, & objicere; genus ſannæ, injuriæ, contemptuſque &c. Hoc tamen, quod loco convicii Romæ, & alibi paſſim accipitur, in Urbe Neapolis cedit in urbanitatis officium, & erga illos uſurpatur, quos benè valere, & fortunis optimè frui gaudemus.

FINIS.



SATY-

SATYRA TERTIA.

ARGUM. Philodemus, mutato conſilio non amplius ſuperbire de Satyris, ſed invidiæ tribuere cœpit. Illum itaque amicè alloquitur Author, perpenſoque Natali, Cenſu, ac Doctrinâ, nihil ſanè reperit, quod invidiam mereatur. Deindè ad comminatum Sectano, ſociiſque exilium, ac triremes pulcherrimè divertit; variaque nectendo, ineptias Philodemi jocosè pungit.

E*cce iterùm ventoſus adeſt Philodemus, & auras*
Era-

NOTÆ.

1. *Ecce iterùm &c.* Ex imitatione Juven., qui Satyram quartam eodem modo incipit, inquiens.

Ecce iterùm Criſpinus.

Ubi ejus Scholiaſtes habet principium hoc abruptum, & ſatyricum, & particulą hac, *Ecce*, nos uti in rebus mirabilibus, & improviſis, ut & illud Virgil. Æneid. 2. confirmat.

Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta &c.

Eructat ſtomacho crudus. Date pocula, Muſæ,
Cardyaco, tumidam quæ diro è corpore peſtem
Expur-

N o t æ.

Favet & idem Virgil. lib. 12., penès quem hæc particula novum παρὰ δόξον inducit ad excitandam Turni conquæſtionem: Audi:

Ecce autem flammis inter tabulata volutus
Ad cœlum undabat vortex.

Undè rectè Pedianus infert, tam Virgilium, quàm Ciceronem rectè eâ uſos in re inopinatâ, & admirandâ.

1. *Ventoſus adeſt &c.* Metaphoricè dictum, ideſt vanus, glorioſus, inanis gloriæ, & auræ popularis captator. In hac ſignificatione frequenter vox hæc ab authoribus accepta. Virgil. 11. Æneid. v. 389.

An tibi Mavors,
Ventoſâ in linguâ, pedibuſque fugacibus iſtis
Semper erit?

& v. 708.

Jam noſces, ventoſa feret cui gloria laudem.

Horat. 1. Ep. 19.

Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor.

Quibus conſonant Livius lib. 42., *quoſdam ventoſum ingenium, quia Perſeus magìs auræ popularis erat,* & Plinius in Paneg. *ſuperbiebat ventoſa, & inſolens natio*: Hinc Græcis κενοδοξία nuncupata, ideſt gloria ventoſa, à quibus mutuatus videtur Virgil. loc. cit., ex utriſque autem Satyricus noſter.

1. *Et auras &c.* Flatus, qui ob cruditatem ſtomaco per os emittuntur, & ructus à Latinis appellantur. Proſequitur loqui ſub eâdem metaphorâ.

2. *Eructat ſtomacho crudus &c.* Cruditas in ſtomacho flatus, ventoſitateſque producit, quæ ex nimio, indigeſtoque cibo oriri ſolent: conſulantur Medici.

2. *Date pocula Muſæ &c.* Muſas ad curandum infirmum Philodemum vocat, ut medicâ arte compoſitas potiones eidem præbeant, quibus tanta peſtis ex ejus ſtomacho valeat expurgari.

3. *Cardyaco &c.* Morbi qualitatem patefacit, quo laborat Philo-

Expurgare queant. Medicæ non inſcius artis
Ipſe quoquè accedam collyria pauca daturus.
Eiâ age, fer calamum, Ligurine; en Tertia ſurgit
Pagi-

NOTÆ.

Philodemus; Cardyacus enim dolor eſt, quando cor palpitat, & affligitur ſtomachi vitio ab humore acri, & vellicante, cui mederi optimi vini uſu, inſinuat Juven. Saty. 5. v. 31.

Calcatamque tenet bellis ſocialibus uuam,
Cardyaco nunquam cyathum miſſurus amico.

Hujus morbi meminit Cice. lib. 1. de divin.

5. *Collyria pauca daturus &c.* Pro quovis medicamentorum genere ad ſanandum Philodemi morbum apto: propriè verò collyria, medicamentum oculorum, uti refert Dioſcorid. lib. 5. Veteribus authoribus, quod ſciam, ſemper in hoc ſenſu uſurpatum: in teſtimonium duos celeberrimos Satyricos tantummodò afferam: Horat. lib. 1. Saty. 5.

Hìc oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere:

Et Juven. Saty. 6. v. 577. ſuperſtitionem illam Aſtrologicam exagerantem, notantem, & irridentem, qua, ſi vel angulus ocelli fricando attritus, prurit, prius ægrotus inſpicit ſuum nativitatis thema, vel genituræ ſuæ calculationem, & tum demum oculorum medicamina aſſumit: ex lib. ſiquidem medicar. regular., ut teſtatur Salmaſius de annis Climactericis, quando, quave horâ cibus, & catharcticon dandum eſſet ægrotis, & quidquam rerum in vitâ agendarum auſpicandum colligebant. Verba Juvenalis hæc ſunt.

Si prurit frictus ocelli
Angulus, inſpectâ geneſi collyria poſcit.

Adde Authorem tale genus medicamenti fortè poſuiſſe, ut naturali Philodemi morbo, quo laborat, ſuccurreret; Undè jam Saty. 1. ait de ipſo.

Taboque oculis ſtillantibus acri.

6. *Ejà age &c.* Vox adhortantis Mart. lib. 2. Epig. 64.

Eja, age, rumpe moras.

6. *Fer calamum &c.* Ad conſcribendam medicamentorum ſeriem, quibus medeatur Philodemo, vulgo *ricetta*.

6. *Li-*

Pagina, & inſonti creſcet damnoſa papyro.
Sed trepido; nam CLARA *Phalanx umbone coruſco*
Fulminat, & ſacri qui dicor carminis author
Ultrà

NOTÆ.

6. *Ligurine &c.* Ligurinus, Mart. lib. 3. Epig. 45. eſt ineptus Poeta, de quo ſic eleganter ſcribit.

Fugerit ut menſas Phœbus, cœnamque Thyeſte
Ignoro: fugimus nos, Ligurine, tuam.
Illa quidem lauta eſt, dapibuſque inſtructa ſuperbis,
Sed nihil omninò te recitante placet.
Nolo mihi ponas rhombum, mullumve bilibrem,
Nec volo boletos, oſtrea nolo, tace.

ideſt, importunâ, ineptâque tuorum carminum recitatione enecas. Vide eumdem Mart. de eod. lib. 3. Epigr. 44., & 50. Noſtro autem Sectano, qui ejuſdem Ligurini meminit Saty. 5. & 16., amicus, & familiaris eſt; ſed ſub nomine forſan character hominis latet.

6. *En tertia ſurgit &c.* Videlicèt Satyra, quà, quod tanto malo medicamentum opportunè ſit parandum, edocearis.

8. *Sed trepido &c.* Timendum aliquid oſtendit, cauſam autem timoris ſtatim aperit, quod eorum, qui *Luminoſi* appellantur ex inſtituto, & dogmate de Luce Vniverſali, phalanx contra ſe inſurrexerit, ac exilia, aliaſque pœnas, & ſupplicia minitetur.

8. *Phalanx &c.* Ita dicere ei placuit Sectam Luminoſorum à fortitudine, atque invincibilitate quam jactat, ut majorem metum Sectano incutiat, & eum à ſcribendo deterreat.

8. *Umbone &c.* Et quod magis eſt, fortiſſimo ſcuto munita, undè ictus repellat, aut potiùs fortiter armata, quo terribilior appareat, & ad offenſam paratior.

8. *Coruſco &c.* Videlicet lucido, & fulguranti. Viden, ut bellè timoris occaſionem exprimat, & irridat, ſervatoque ſemper eodem themate *Lucis* jocum augeat: ſic clara Phalanx, umbo coruſcus, fulminat &c. eadem ſapiunt.

10. *Ul-*

Ultrà Sauromatas, & barbara littora Ponti
Expellor. Nimiùm ſævis, Philodeme, SODALI
Parce tuo; neſcis veniant quâ parte ſagittæ;
Undè tamen veniant, tuto jaculantur ab arcu,
Et vacuos rident, quibus ureris ipſe, furores.
Illum non teneri frangit vindicta Cinædi,
Nec

NOTÆ.

10. *Ultrà Savromatas &c.* Gens hæc Stephano σκυθικὸν ἔθνος nuncupatur. Savromatas graphicè deſcribit Hypocrat. lib. de aeribus, aquis, & locis ſect. 43. *In Europa verò eſt gens Scythica, quæ ſecus Paludem Mæotim habitat, differens ab aliis gentibus: Savromatæ appellantur, horum fœminæ equitant, & ſagittant, & jaculantur, & pugnant cum hoſtibus, dum ſunt Virgines.*

10. *Barbara littora Ponti &c.* Pontus, Provincia Aſiæ minoris, quæ, ut refert Strabo, clauditur ab Occidente Haly flumine, ab Oriente Colchide, à Meridie minori Armeniâ, à Septemtrione mare Euxino. Ea autem non minus crudelitate Medeæ, & maleficarum herbarum proventu infamis, quam Ovidii exilio celebris.

11. *Nimium ſævis Philodeme &c.* Clarius cum Philodemo jocatur per modum deprecationis de pœnâ avertendâ.

11. *Sodali &c* Innuit ſe adhuc ei eſſe Sodalem, ideſt de ejus SODALITIO credi. De Philodemi Sodalitio alibi dictum.

12. *Neſcis &c.* Clariſſimè tandem ejus minas irridet: Nam ſe non ſolùm ipſi ignotum ſemper fore prædicat, ſed abſolutè addit, quod etiamſi aliquando innotuerit, nullam ab ejus irâ vim expaveſcere, in tutoque manum eſſe, quæ ſagittas jaculatur.

15. *Illum non teneri &c.* Videtur innuere, quod Cinædus iſte, de quo ſermo, vindictam contra Satyrarum ſcriptorem propoſuerit, ſi ejus nomen ſcivisſet; hujus etiam minas hac de causâ ridet.

16. *Nec*

Nec pavet aerias Sellas, & ludicra Regna,
Queis tantum, veſane, tumes, populumq; coerces.
Quin Satyræ Satyram addo. Tu nocturna latratu
Cornua percuties Lunæ, fruſtràque dolebis,
Aut motâ rabiem famulâ ſolabere lævâ.
Scribimus hæc animo dociles, ſtudioq; juvandi,
Si patitur digitos ulcus, ferrumque medentis:
Sed vereor tanto ſcateat nè puſtula tabo,
Ut deſperatæ potius nocitura ſaluti

Mol-

NOTÆ.

16. *Nec pavet &c.* Irridendo aerias Philodemi dignitates, ſomniatumque imperium, jocosè pronunciat, quod & ſi ille hæc ullo tempore conſequatur, ſe nunquam à Satyris ſcribendis manum ſubtracturum, etiamſi hac ludicrâ ſpe dominationis aliis timorem incutiat.

18. *Tu nocturna latratu &c.* Vulgatum proverbium de homine furore, irâque agitato, & qui ultionem meditatur contra offenſorem, acritèr exclamando, ſed impotente ad vindictam, de quo dicitur: *Abbaja alla Luna*: translatum à cane, qui ſæpiuſculè id attentans, prout experientia docet, ex impoſſibilitate eam lædendi, & ex actione ridendâ hujus belluæ occaſio huic proverbio data. Conſonum autem eidem eſt, quod ait Statius 1. Thebaid.

Umbraſque petunt, & nubila latrant.

ad idem refero Tertul. adverſ. Marc. lib. 2. c. 5. *Canes Deum veritatis latrantes,* quem minimè lædere poſſunt.

20. *Aut motâ &c.* Ex Priap. Epigr. 33. imitationem haurio.

Sed nè tentigine rumpar
Falce manu poſitâ fiet amica manus.

21. *Scribimus &c.* Mentem ſuam de Satyris conſcribendis aperit, eas videlicet proponendo, quaſi medicamenta ad ſanandum Philodemum à malo, quo laborat, ſi tamen ſanabilis.

23. *Nè puſtula tabo &c.* Puſtula nomen tuberculorum præter

Mollia Cyrrhæi ſudent Opobalſama trunci.
Stultitiæ, mihi crede, tuæ non ultima pars eſt,
Invidiæ ſatyram tribuiſſe. Accede parumper
Dum vacat, & noſtras placeat, Philodeme, Camœnas
Dignari auditu. Expectent Labeo, Cithiſuſque.
In-

NOTÆ.

ter naturam in cute efflorescentium, dicta ſic à pure, quod in ſe continet. Tranſtulit Sectanus ad animi in Philodemo mala denotanda, quaſi maxima, eademque purulenta, & penè dixerit contagioſa.

25. *Mollia Cyrrhæi &c.* Balſamum, ſeu potius Opobalſamum ex ſudore arbuſculi concreto. Hæc autem arbor uni terrarum Judeæ quondam conceſſa, viti ſimilior, quam Myrto. Judæa in Syria poſita, unde & Syriæ rectè opobalſamum tribuitur. Noſter autem Cyrrhæum vocavit à Cyrro Urbe Syriæ, cujus mentio apud Steph., Ptolom. lib.5. cap.15., & alios; ſeu melius dixit cum relatione ad Muſas ſic dictas ab Urbe Cyrrhâ in Phocide ad Parnaſi radices ſitâ.

26. *Stultitiæ &c.* Invidiæ jam ab initio ſatyras tribuit Philodemus. Hinc Sectanus anſam accipit hanc nugatoriam ambitionem refellendi, maximæ ſtultitiæ eum arguendo. Diſcutitur ergo, an aliquid in Philodemo ſit ex iis, ex quibus invidia poſſit oriri; quandoquidem *Invidia eſt potentiæ comes* ſecundùm Thucid. apud Plutarc. de vit. verec., aut *Gloriæ* Euſeb. apud Stobæum. aut *ægritudo ex alterius rebus ſecundis* Cic. 3. Tuſcul. quæſt., aut tandem *ex opulentiâ oritur* Salluſt. in Bel. Catilina.

27. *Accede parumper &c.* Ad audienda, quæ dicturi ſumus; donec agnoſcas ex iis, quæ à nobis audies, quantum huc uſque fallaci opinione deceptus vixeris.

29. *Labeo &c.* Amicus Philodemi: Labeonis autem meminit Perſ. Saty.1. v.4. *Nec mihi Polydamas, & Trojades Labeonem prætulerint*: Actius Labeo poeta fuit ineptus, qui Iliadem Homeri Latinam fecit, ſed deterrimo eventu. Scias etiam Labeones, & Labrones dictos, quicumque habent magna labia,

Q qui

Invidiæ fortaſsè patet longæva Tuorum
Nobilitas, medioque foro Pater æneus, & quæ
Pal-

NOTÆ.

qui Grecè cognominati χειλῶνες. Forſan ex hac notâ alicujus perſonæ imaginem dignoſcendam propoſuit lectori. Lucem etiam majorem præbebit adagium illud *Labeone inſanior*, quod Horat. invexit Serm. primo Saty. 3., ſcribens,

Labeone inſanior inter
Sanos dicatur.

In eos ſiquidem fertur, qui immodicâ libertate ſunt, & nimis pertinaces, ſive contumaces, aliterque perfrictæ, & duræ cervicis dicuntur. Id autem deductum pridem fuit à Labeone Antiſtio Juris civilis, legumque Romanarum perito, ſed quem agitabat libertas quædam nimia, & vecors erat uſque eo, ut D. Auguſto ſæpè reſtiterit, ac reſponſarit, teſte Gellio lib. 13. cap. 12. & 13. Benè obſerva, an ineptiam ex Labeone poetâ, aliquam juriſprudentiæ peritiam, maximam verò petulantiam ex Labeone Antiſtio voluerit in noſtro Labeone Sectanus ſatyricè ex nomine connotare.

29. *Citbiſuſque &c.* Amicus alter Philodemi, cujus & meminit Sectanus Saty. 2. v. 33. Nobilem hunc Ephœbum eſſe ſenſus illius loci ſatis oſtendit. Vocis nunc Etymon, quantùm conjicere potui, pando; nam nullus veteribus Cithiſus eſt. Herbulam ſub hoc nomine tantùm agnoſco, mollem, & delicatulam, de qua Archilochus apud Interpretem Nicandri. *Planta utilis educandis fœtibus, multùm enim lactis ingenerat*, & Virgil. Eclog. 9.

Citbiſo paſtæ diſtentent ubera vaccæ.

Indè Cithiſum ephœbum delicatiſſimum, & mollem putamus.

30. *Invidiæ &c.* A partium enumeratione demonſtrat nihil in Philodemo eſſe alicui invidendum. Primò non ſanguinis, & familiæ nobilitas.

31. *Pater æneus &c.* Statua ænea Patris, vel alicujus ex Proavis, ſeu de familia Philodemi medio foro erecta, tanquam viro illuſtri, aut geſtis aliquibus memorabilibus claro.

32. *Im-*

Pallidulis implent umbris alabaſtra Sorores?
Quæ ſuſpenſa nitet lævâ de parte, decoræ
Teſ-

NOTÆ.

32. *Implent alabaſtra &c.* Sepulchra, aut melius inſcriptiones ſepulchrales, ex quibus ob præclara majorum geſta marmore inſculpta nobilitas ipſa reſultet, & comprobetur. Alabaſtrum, ſeu Alabaſtrites lapis magnæ æſtimationis; hinc Sectanus alabaſtra pro lapide, ſeu urnâ ſepulchrali magni pretii &c. poſuit. Imitatus eſt illud Juven.

Plenaque ſororibus urnæ.

Ubi animadverte, lector, Satyricum noſtrum longè in dictionis nobilitate, proprietateque Juvenalem ſuperaſſe, nam quæ huic *Urnæ*, illi *alabaſtra* dicuntur, ad repræſentandam marmoris, & ſepulturæ extimationem, qualem putavit nobilem familiam decere.

32. *Sorores &c.* Nempè fœminæ illuſtres de familiâ Philodemi.

33. *Quæ ſuſpenſa nitet &c.* Agit de Ordinibus militaribus, puta Hoſpitalariorum S. Joannis Hieroſolymitani &c. Ordinum hujuſmodi multiplicitatem, vetuſtatem, originem, inſtituta, prærogativas, & inſignia habes à Bernardo Juſtiniano in ejus opere, cui tit. *Hiſtorie Cronologiche dell'a vera origine di tutti gl'Ordini equeſtri, e Religioni Cavallereſche.* Illum, ſi libet, conſule, notas ſcribo, non hiſtoriam.

33. *Lævâ de parte &c.* Ab humero ſiniſtro ſuper veſtem poſitâ: Mos hic penè omnibus militaribus Ordinibus communis, nec indiget teſtibus, quod uniuſcujuſque oculis patet. Geritur autem hoc ſignum ſiniſtrâ parte, ut dextera illud tueri poſſit contra hoſtes.

33. *Decoræ &c.* Ideſt illuſtris, & nobilis; quia Ordines, & Religiones equeſtres non ſolùm ad Regnorum, & Provinciarum honorem inſtitutæ, ſed ad privatum decus eorum, qui hujuſmodi militiæ adſcribuntur, cùm nonniſi Patricios, Nobileſque ad earum inſtituta recipi, & admitti poſſe mandent, vel ſaltem eos, quos meritis, & virtute inſignes, hac ſpecialiſſimâ gratiâ dignos cenſuerint ii, ad quos ſpectat cognoſcere, quæ nam virtutis, & ſanguinis ſpecimina veram nobilitatem conſtituant.

Teſſera militiæ? Privatis ædibus Aram
Stultus habes, vel thura domeſtica? Sarmata forſan
Te titulis auxit ſolitâ mercede Philippi,

Dux-

NOTÆ.

34. *Teſſera &c.* Ideſt inſigne ejus equeſtris militiæ, cui quis mancipatur: Quilibet enim Ordo ſua habet inſignia, Crucem plerumque diverſimodè & figura, & colore, & materiâ efformatam, quibus unus ab altero diſtinguitur.

34. *Privatis ædibus &c.* Privilegium primarii Ordinis Patriciis, ac Principibus concedi tantùm ſolitum, habendi ſcilicet Oratorium domeſticum, in quo Sacra celebrentur. Hoc tantùm Imperatoribus, Regibuſque pridem tributum, habent Theophanes, Euſebius de Vita Conſtan. l. 4. c. 17. 18., Balſamo Jur. Orient. to. 1. pag. *369*. Carol. M. in Capitul. l. 1. c. 182., & lib. 5. c. 230., poſtea Patriciis communicatum, ut de Venantio Syracuſarum Patricio innuit S. Gregor. M. lib 5. epiſt. 42. & 43., præcipuè ſi diſtet ab eorum domo Eccleſia, vel ii aliquâ infirmitate laborent, quemadmodùm jubet Can. 1. Concilii Londin. 1., qui privilegium hujuſcemodi etiam in talibus caſibus ſolis Principibus, & nobilibus ab Epiſcopo poſſe tribui cenſuit. Hodie verò invaluit uſus hujuſmodi privilegium intra civitates concedendi omnibus iis, qui feudalem juriſdictionem habent; Ruri verò cuicumque nobili viro, & ingenuo ſanguine procreato, licèt jura feudalia non exerceat. Hiſce autem Pontificiis diplomatibus conſcribendis, relaxandiſque præfici ſolet vir doctrinâ, fide, & dignitate præ cæteris conſpicuus, vocaturque Brevium à ſecretis; quo munere fungitur hodie Cardinalis Albanus ob eximias tùm animi, tùm ingenii dotes verè Eminentiſſimus. Nullam ex hujuſmodi prærogativis in Philodemi familiâ agnoſcens Sectanus, interrogando, & per partes proponendo, irridet: Sequitur magis jocosè.

36. *Te titulis &c.* Poſcit demum à Philodemo, num aliquo titulo, vel Marchionatus, vel Comitatus &c. ſaltem ex privilegio cohoneſtetur, juxtà frequentem noſtrorum temporum abuſum, in quibus ſunt plurimis familiis tituli ſine rè, non tantùm

Duxque papyraceus Boream faſtidis, & ignem?
Sed clamat Genitrix patrii propè fluminis undâ,
Dum tondet pecudes; reſolutaque pondere ventris
Te fertur peperiſſe. Cadit cum forſice lana
Protinus è manibus, gemitumque dedere capellæ:
Nam gravis illa tui quo menſe anguilla colubris
Jun-

Notæ.

tùm conceſſi ad explendam horum ambitionem, ſed uſurpati nullâ prævia gratiâ, nulloque imperante diplomate: Idem de iis, tantiſque dicendum, qui vix togam induti Clericalem, ſe Abbates vocari patiuntur, ac optant, cùm nequidem, ut plurimum, primum Clericatus decus aſſumpſerint.

36. *Philippi &c.* Philippus, ſive Philippeus, nummus aureus Plaut. in Pœnul. act.3. ſcæ.1. v.55.

Quomodo trecentos Philippos Collybiſco villico
Dederis &c.

Et Horat. 2. epiſt. 1., qui *Philippos* regale numiſma nuncupavit. Indicare vult Sectanus hujuſmodi titulos parvo pretio venundari, & emi ſolitos, nempè unico Philippo, ſeu aureo.

37. *Duxque papyraceus &c.* Vulgus, qui hujuſmodi titulos odit, ſumens ex hac ratione anſam contra hujuſcemodi perſonas invehendi, vocat, *Duchi &c. di carta ſtraccia.*

37. *Boream &c.* Jocatur in re Sectanus, hoſque talibus titulis inſignitos monet ſibi cavendum ab Aquilone, & ab igne, quia hic poteſt comburere, ille autem aſportare eoſdem titulos cum ſuis conceſſionum chartis.

38. *Sed clamat &c.* En Philodemi geneſim: Obſervet modo quæſo, & legat Philodemus, an narratio veritati conſonet; ſuamque inde nobilitatem miretur, ni ſe neſcire publicè diſſimulet, qualis ea verè ſit, nè mendacii reus fiat illam aliter, atque aliter narrando.

42. *Anguilla colubris &c.* Anguillam colubris coire, ſicut & maſculis ſuæ ſpeciei negat Ariſtot. lib.4. Hiſt. Animal. c.11., ubi contra aliquos defendit eas non ſolùm non eſſe prolificas,

ſed

Jungitur, & Lamiæ coeunt, nigroque camino
Lurida ſquallentes celebrant connubia larvæ,

45 *Lu-*

NOTÆ.

ſed neque in ipſis dari mares, & fœminas, cum ſexus diſcrimen ad coeundum, & generandum ſit neceſſarium: Verba ejus ſunt. *Nam Anguilla neque mas, neque fœmina eſt, neque prolem ex ſe aliquam poteſt procreare;* unde lib. 6. de ead. Hiſt. c. 16., probat eas naſci non ex coitu, neque ex ovis, ſed ſpontè, ex quibuſdam lumbricis, qui inteſtina terræ nuncupantur, ſcribens: *Anguillæ, nec per coitum procreantur, nec pariunt ova. Nec verò capta unquam eſt aliqua, quæ aut ſemen genitale, aut ova haberet. Meatus quoque vel ſemini, vel vulvæ accomodatos nulla reſciſſa oſtendit: ſed hoc unum inter ſanguinea genus totum ſine coitu, ſine ovo procreatur &c.* & paulò infra: *Sed certè ex his prodeunt, quæ terræ inteſtina vocantur, quæ ſpontè in luto, humeſcenteque humo proveniunt.* Communior tamen opinio eſt anguillas ſe miſcere invicem, ac etiam colubris, unde fit, ut aliquibus temporibus ſuſpectæ ſint, & cenſeantur quaſi venenoſæ. Certè Plin. l.9. c.51. huic ſententiæ adhæret, ſcribitque parere ſolitas menſe Majo.

44. *Et Lamiæ coeunt &c.* Mulieres quæ ſtrygum inſtar infantium ſanguinem ſugunt, ſive ipſæ ſtryges, de quibus Horat. 1. Carm. od. 36.

Neu pranſæ lamiæ puerum vivum extrahat alvo.

& Apule. lib. 1. de Aſino: *At ille colore ſpurciſſimi humoris percuſſus, quo me lamiæ illæ infecerant.* Adde Lamias dictos viros nobili familiâ ortos. Erat enim Romæ clariſſima quædam familia Æliorum à Lamo Antiphatis patre, & Leſtrygonum Rege, qui Formiis regnavit, ortum habens, unde Horat. Ode 17.

Æli vetuſto nobilis à Lamo.

Hic tamen accipiuntur pro larvis, & lemuribus, ut Philoſtr. in Apollo: ait: *Lamias* larvas eſſe ad *amorem*, & *venerem* propenſas, & carnes humanas, maximèque formoſorum eſurienter appetere. Sed quoniam uti innuimus initio hujus notæ, etiam ſtryges nuncupatæ, ſcias volo, quod ſtryx avis quædam

no-

45 *Lucinam extimuit venturi præſcia partus.*
Invideāt tibi nūc tria nomina. Græcule vecors
Naſceris è cœno, viliſque inſignia gentis
Marra

NOTÆ.

nocturna, ſtridula, inauſpicati ominis, & importuna, à ſtridendo dicta. De eâ Lucan. lib. 6. *Quod trepidus bubo, quod ſtrix nocturna queruntur.* Plinius autem lib. 11. cap. 39. de Strige ait: *Fabuloſum arbitror de Strigibus, ubera eas infantium labris immulgere. Eſſe in maledictis jam antiqui ſtrigem conveniunt; ſed quæ ſit avium conſtare non arbitror.* Indè ab hujus avis nocumento Striges, vulgo *Streghe*, appellamus mulieres puellulos faſcinantes ſuo contactu, & lactis, mammarumque oblatione.

45. *Lucinam extimuit &c.* Dea partuum præſes: eadem & Juno dicitur & Diana. Quod ea Juno fuerit, notat Teren. in Andriâ.

Iuno Lucina fer opem.

Manifeſtè autem pro Dianâ accipitur Virg. in Pollione.

Caſta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo.

Parturientibus verò ſubvenire dicitur Diana, quod ſine dolore Latona eam in utero geſtaſſet, & peperiſſet, ut canit Callimachus in hymno Dianæ. Diverſimodè autem ſenſere Græci apud quos ’ειλυθία, quæ nobis Lucina, non ipſa Juno credita fuit, ſed Junonis, & Jovis filia, quemadmodum ſcribit Heſiodus.

46. *Tria nomina &c.* Videlicèt, quaſi fores Eques, & Civis Romanus; Romani etenim Cives tantùm tria nomina habebant, prænomen, nomen, & agnomen, ut Publius Cornelius Scipio, & ſimiles, qui paſſim in Romanâ hiſtoriâ occurrunt: De hac porrò materiâ vide Politian. Miſcel. c. 31., & Flavium Conject. c. 66. Unum tantùm Juvenalem Saty. 5. v. 125., quem imitatus eſt Sectanus, adferam: Poeta Trebium ſervum monet, quod ſi in menſâ patroni, vel hiſcere auſus fuerit, nedùm familiaritèr, & liberè aliquid loqui, tanquam ſi tria nomina haberet, Civis nempè Romanus eſſet, veluti Cacus pedibus tractus extrà domum ipſius Patroni ejicietur: En verba.

Duce-

Marra fuit,patrioq;in ſtemmate fulget Aratrum.
Verius hoc nemo Paſtor deſcribitur Arcas,
Qui pecus umbroſo didicit compellere ſaltu
A puero . At titulos Regina pecunia donat ,

Et

Notæ.

Ducèris plantâ , velùt illus ab Hercule Cacus ,
Et ponère foris , ſi quid tentaveris unquam
Hiſcere , tanquam habeas tria nomina .

48. *Marra fuit &c.* Hoc etſi per jocum dictum fuerit, lepidum quidem, ſalſum, & ſanè ſatyrico dignum foret. Quid autem dicendum, cùm Lectorem monendum velimus etiam in ipſo joco puram putam veritatem exhiberi? Aratrum eſt inſigne familiæ Philodemicæ, eoque ipſe omnibus conſpicientibus utitur, meritò igitur hoc quoque adducit in exemplum Poeta ad comprobandam Philodemi ignobilitatem, quaſi eodem inſtrumento, quod adhibuit ad vertendum ſolùm, eo pro gentis ſuæ inſigni utatur.

49. *Verius hoc nemo &c.* Ac ſi dixiſſet: Nullum ex Academicis Arcadicis verius Paſtorem poſſe nuncupari, quàm Philodemum: Omnes alii, fictis nomine, ac rè, Paſtores ibi nuncupantur; Philodemus autem & dicitur, & eſt Paſtor, quia aratrum exercuit, aratrum in inſigni geſtat, & à puero ovibus ex parentum imperio cuſtos datus, cùm ad paſcendum per Prata, & per Sylvas ducendæ erant.

51. *At titulos Regina pecunia &c.* Poſteaquàm oſtendit Sectanus nullo modo Philodemum propter nobilitatem generis invidendum alicui; pergit modò in eâdem ſententiâ, demonſtrans, nè quidem ob divitias invidiæ morſibus lacerandum: Conſonat autem jam ab initio Ovidio Faſt. I. dicenti

In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper ubique jacet.

Et Horat. 2. Serm.

Omnis enim res
Virtus, fama, decus, divina, humanaque pulchris
Divitiis parent, quas qui conſtruxerit, ille ..

Cla-

Et genus, & proavos, ſordeſq; parentis honeſtat.
Vera quidem narras. Fulvi imperioſa metalli
Hæc datur in nobis ſemper, dabiturque poteſtas;
Ut velutì ſacrum paſſim, multiſque colatur
Argentum, & Divi majeſtas ſplendida nummi.

Hæc

NOTÆ.

Clarus erit, fortis, juſtus, ſapiens, etiam & Rex,
Et quicquid volet &c.

Meritò igitur Sectanus Reginam pecuniam vocat, quæ titulos, & honores pro lubito diſpenſet, fatente Cicero: ad Lentulum, quod, *qui opibus plus poſſunt authoritate plus valent*, licèt eę ſæpius, ut alibi idem ait, *ſoleant poſſeſſori conciliare faſtum, & ſupercilium*; quod universè damnatur ab authoribus, viriſque benè morigeratis.

55. *Ut velutì ſacrum &c.* Tanta divitiarum fuit ſemper & ubique poteſtas, & majeſtas, ut plures homines ſui idolatras effecerit. Sectanus noſtri ævi malum tangit, ac mordet, non ſecus; ac ſui temporis abuſus carpſerit Juvenal. Saty. 1., ubi poſtquam divitem, Cenſori, Prætorique, ac etiam Conſuli pauperibus prælatum, & honore, & æſtimatione dolet, illud ſatyricè pronunciat.

Quandoquidem inter nos Sanctiſſima divitiarum
Majeſtas; etſi funeſta Pecunia templo
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras,
Ut colitur Pax, atque Fides, Victoria, Virtus.

56. *Et Divi majeſtas &c.* Juvenalis loco cit. aſſerit ſuis temporibus nullam adhuc Pecunię Deę aram extructam fuiſſe: Noſter verò Author ulterius progrediendo ſcribit hac ætate nummum in Deorum albo refertum, quandoquidem nil magìs à mortalibus ardentiſſimo voto colitur. Divum autem appellat, quaſi ab hominibus turpi Idolatrià inter Deos relatum, quippè, teſte Servio, Divi à Diis ità diſtincti fuere, ut Dii dicerentur æterni, Divi autem, qui ex hominibus, & ex hominum decreto fierent, quemadmodum de pluribus Imperatoribus certa abundant monumenta; Nec omittendum honorem hunc ſingulari ambitione à pluribus procuratum, nec

Hæc mihi nota prius. Loculum ſed concute, ſodes,
Nil ſonat hic, vacuaſque inſlat veſica crumenas;
Nec tantùm fortaſsè tument, agileſque feruntur
60 Pen-

NOTÆ.

minori inſaniâ poſtulatum. Exemplum dat Virgil. Æneid.6. v. 589. de Salmoneo, de quo ait:

Divumque ſibi poſcebat honores.

Hu us ſtultitiam ſequuti ſunt Alexander, & Caligula. Authores primi, Curtius ſæpè, Arrianus, Plutarchus, & Juſtin. lib.22., apud quem Alexander *non ſalutari, ſed adorari ſe jubet*: Alterius Svetonius, paſſimque Romanæ Hiſtoriæ Scriptores: Addo tamen ſæpè promiſcuè acceptum vocabulum *Divus*, & *Deus*, ut habes ex eodem Sveton. de Domitiano, qui formalem epiſtolam cùm dictaret Procuratorum ſuorum nomine, ſic cœpit: *Dominus, & Deus noſter ſic fieri jubet*; quod idem affirmat Aurelius Victor ſcribens: *Major libidinum flagitio, & plus quàm ſuperbè utens Patribus: quippèqui ſe Dominum, & Deum dici coegerit.* Quo vitio nec caruit ipſe Auguſtus, undè in eum Iuliani jocus in Satyrâ: *Inter hæc Silenus, iſte verò, inquit, pupparum multa nobis Deorum tutelarium ſimulacra congeſſit. Vndè tû, ait Auguſtus, iſtud jocoſum nomen mihi das? Quid verò, inquit Silenus, an non ſicutì illi Nymphas, ità tù nobis, Auguſte, effinxiſti Deos, quorum unus, & primus, eccè hic Cæſar eſt?*

57. *Loculum ſed concute &c.* Loculus pro ſacculo, in qno pecunia ſervatur, qui ;ϐαλάντιον Græcis dicitur, eſtque apud Plato. lib.1. de Republ. *τὰ βαλάντια ἀποτέμνειν, crumenas incidere.* Sectanus Philodemum alloquitur, ſuadendoque, ut crumenam concutiat, paupertatem ejus indicat, dum vacuam eſſe indigitat.

58. *Vacuas inſlat veſica &c.* Inflata qualis veſica, ſed quæ nil intus habet, niſi ventnm, & aerem.

59. *Nec tantùm &c.* Folles alibi diximus eoſdem eſſe, qui vocantur hodie, *Palloni*, quique pellibus confecti, & aere pleni ad ludum adhibentnr. His aſſimilatur crumena Philodemi, quæ contra Philoſophorum ſententiam vacuum dari negantem, nil intùs habet.

59 *Agi-*

Pendula qui lambunt Thermarum viſcera folles,
Cum

NOTÆ.

59. *Agileſque feruntur &c.* Ob ſui levitatem ad minimum manus, & brachii impulſum, vel in terram repercuſſionem.

60. *Thermarum &c.* Intelligit de Thermis Antonianis, quæ ad hujuſmodi luſum deſtinatæ fuerunt pro Seminarii Romani Convictoribus, & Alumnis, ſub curâ Jeſuitarum degentibus; quia ſunt loca ſpatioſa, & à populi frequentiâ ſegregata, undè libertati conſultum. Sumptuoſitatem, maximamque molem Romanarum Thermarum vetera monumenta, quæ adhuc exiſtunt, cònnotant. Thermas Antonianas ab initio tantâ amplitudine præditas non fuiſſe conſtat ex duobus celeberrimis marmoribus apud Gruterum, qui habent eas penitùs dirutas, non ſolùm reædificatas, ſed etiam amplificatas ab Imperatore Diocletiano. En primam è marmore Nicomediæ effoſſo pag. 1079. n. 2.

PERPETVO. IMPO.
C. AVR. VAL. DIOCLETIA.
P. F. AVG. CVIVS. PRO-
VIDENTIA. ETIAM.
LAVACRVM. THER-
MARVM. ANTONI-
NARVM. FVNDI
TVS. EVERSVM. SVA
PECVNIA. AMPLIFI
CATVM. POPVLO. SVO.
EXHIBERI. IVSSIT.

Et ne quis putet, de Thermis Antonianis fortè Nicomedienſibus hac in tabulâ agi baſim propono licèt undiq; fractâ, & colliſam, Romę in ipſis Thermis Antonianis effoſſam apud eumdem Gruterum, quæ ſic ſe habet.

FLORENT.
ET. PIISSI
D.N. VALE
MAXIM
SEMPER

In dextro latere.

MAXIM. AVG.
N. DIOCLETIANO. II. COS
SVB. FELICE. PROC. AVG. N.
THERM. ANTONIANARVM

A tergo ejuſdem baſeos.

C.CEIONV	Q. R. K. IAN
V.C. PRAE	Q. SOSSIO FRVCTO. C.
PRAF.VRB	ISDEM. ET BELLICO. MARCELLI
IVDIC. D.N	CVRA.AGENTE.TVRELLIO FELI
	CISSIMO
	OB DEDICATIONEM. EIVS.DED.
	DECVRION.
	H.S. XXV. ET AVGVSTALIBVS.
	SING. H.S. XXV.
	MVNICIBVS H.S. V.

Ex quibus collige inſtaurationem, & amplificationem hanc factam fuiſſe anno Chriſti 285., quo ſecundùm geſſit Conſulatum Diocletianus, ut docet Baronius fretus authoritate Caſſiodori & aliorum. Fortè in jis conſtruendis damnati ad opus miſeri Chriſtiani, prout poſtmodùm ann. 288. actum fuit in thermis Diocletiani, eod.: Maximiano; jubentibus, qui non contenti veloci martyrio necare milites, ut eo more ſervorum diurno labore fatigarent, ad opus, ut dixi, damnavere. Ultrà has Antonianas habemus etiam Diocletianas ſatis à temporis injurià vindicatas; plurium aliarum viſuntur adhuc reliquiæ, ac veſtigia, & quidem ſplendiſſima, licèt ævo, utplurimùm, ceſſerint. Hæ porrò in quem uſum conſtructæ fuerint à Romanis Imperatoribus, nomen ipſum oſtendit ad calefaciendum ſcilicèt, & lavandum, quia frequentia etiam balnea in jis inerant. De his abundè Hiſtorici, quos ſi libet, conſule.

60. *Pendula viſcera &c.* Viſcera propriè loquendo ſunt partes internæ animalis, & non tantùm exta, uti cor, jecur, pulmo &c., ſed etiam caro ipſa, quæ eſt inter oſſa, & cutem, ut oſtendit Virg. 1. Æneid.

Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant.

In utroque ſenſu accepta vox hæc ab authoribus, præſertim Poetis, ad res inanimes translata. Quoad primum dixit Virgil. 8. Æneid. de ſaxis, & ſcopulis, quæ & terræ oſſa nuncupantur.

Interdum ſcopulos, avulſaque viſcera montis
Erigit eructans.

In

Cum ferulæ ſonitus jam ceſſavere magiſtræ,
Liberaque exultat permiſsà luce juventus.

Non

Notæ.

In 2. pronunciavit Ovid. 2. Metamorph. de terrâ.

Nec tantùm ſegetes, alimentaque debita dives
Poſcebatur humus, ſed itum eſt ad viſcera terræ.

hoc eſt loca interiora, & penitiora. Ita Sectanus noſter viſcera ad internas thermarum partes appoſitè, eruditèque retulit ex ipſius Ovidii imitatione, ſeu potius Juvenalis Saty. 3. ubi ſcripſit.

Viſcera magnarum domuum, dominique futuri.

ſic appellans collem Viminalem, ubi magna ædificia, & ſumptuoſas ædes fabricare meditabantur exteri homines, qui pauperes, ingenio tamen callidi Romam petebant.

60. *Lambunt &c.* Ideſt, levi confricatione, & contactu, quaſi ea leniter delibent, translat. ab animali, de quo propriè lambere, ideſt linguà molliter delibare.

61. *Cum ferulæ &c.* Cùm fiunt vacationes à Scholis, undè ſcholaribus ferula magiſtralis timenda non eſt; Ferula porrò, ut notiſſima res eſt, baculus, ſeu virga, quà puerorum manus feriuntur, vulgo *la fruſta*: Hunc Juvenal. Saty. 1.

Et nos ergo manus ferulæ ſubducimus:

Pro jis, qui non ſunt amplius ſub diſciplinà. Item Martial. lib. 10. Epig. 62.

Ferulæque triſtes ſceptra Pædagogorum
Ceſſent & Idus dormiant in Octobris:
Æſtate pueri valent, ſatis diſcunt.

Quibus innuitur vacationes antiquitus fieri per æſtatem ad Idus Octobris, quibus remiſſus eſt calor.

Addo Epig. 80. lib. 10. ejuſdem.

Inviſæ nimium pueris, gratæque Magiſtris
Clara Prometheo munere ligna ſumus.

62. *Liberàque &c.* Ideſt, jis diebus, quibus ad animum recreandum ad Thermas juvenes à Ieſuitis ducuntur, necnon ad fruendum aere aperto, quo optimè corpus nutriatur eorum, qui penè reliquis in diebus domi, & in ſcholis, veluti quodam carcere, clauduntur ad ſtudia peragenda; ad litteram

autem

Non tibi ſunt caligæ, geminæ nec cantharus anſæ,
Nec toga brumalis, quam fœmina pigneret uno
65 *Con-*

NOTÆ.

autem *permiſsâ luce*, ideſt facultate in publicum prodeundi ad imitat. Cic. in Cat. majo., qui habet: *Nec verò ille in luce modo, atque in oculis civium magnus, ſed intus denique præſtantior*. Idem habet alibi pro Dejot. *vacare in lucem*.

63. *Non tibi ſunt caligæ &c.* Miſerabilis Philodemi conditio fortè nimis exageratur, ut neque ei ſint caligæ, neque veſtis, nec quicquam aliud ad quotidianos uſus neceſſarium: exageratio tamen hac maximè Satyro convenit, atque huic loco aptiſſima, ubi ob divitias in invidiam cadere eum non poſſe defendit.

63. *Geminæ &c.* Cantharus vas potorium utrinque anſatum, prout teſtatur Virgil. Eclog. 6. v. ubi de Sileno.

Et gravis attritâ pendebat cantharus anſâ.

ſcribitque Fulvius Urſinus in Append. ad Roman. Tricli., advocans antiqua marmora, & numiſmata. Caterùm cantharum fuiſſe pridem Baccho ſacrum vas cunctis veteribus ſcriptoribus in confeſſo eſt, habentque expresſè Sidon. Burg. de de Triumpho Bacchi.

Cantharus, & thyrſus dextrâ, levâque feruntur.

Silius 7. loquens de Baccho.

Dextràque pependit
Cantharus

Plin. lib. 3. cap. 11. in fine, Valer. Max. lib. 3. c. 6. & Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 21.; Quibus addo S. Hiero. contra Vigilan. *Liberè proclamabis te eſſe Liberum Patrem, pro ebrietate, & canthabo ex humeris dependente &c.*, & Arnob. lib. 6. *In Liberi dexterâ pendens potorius cantharus*.

64. *Nec toga brumalis &c.* Togam ſcilicèt, ſive ſericeam ponderoſiorem, ſive è panno confectam, quâ hyemali tempore induaris ad arcendum frigus. Senſus eſt neque tibi eſt veſtis brumalis, quam poſſis æſtatis tempore pignerare, ut plures faciunt, ad ſubveniendum ſuis neceſſitatibus.

64. *Quam fœmina &c.* Scalas Montis Pietatis occupant quotidiè frequentes fœminæ, quibus traduntur, quæcumque

ab

Conducenda obolo ſcalarum in limine. Quod ſi
Longa nimis fœdi celebrarent Sabbatha Verpi,
Deficerent, craſſuſque calix, viridiſque patella,
Quâ

NOTÆ.

ab aliquo pignerantur, eædemque pignore confecto, & pecuniâ acceptâ illi reportant, ſolitamque oboli mercedem recipiunt.

65. *Conducenda &c.* Optimè dictum de fœminâ, quæ pretium accipit pro pignorationis labore ſuſcepto; ſiquidem Conductor propriè eſt, qui precio opus aliquod faciendum ſuſcipit, ex Cic. ad Q. Frat. lib.6.

66. *Longa nimis &c.* Auget ſententiam, acriuſque perſtringit Philodemum, inquiens, quod ſi nimis longa forent Hebrçorum feſta, majus etiam eſſet ejus malum; quandoquidem cùm nil poſſideat, quod apud Montem Pietatis in pignus deponere poſſit, eos adire cogitur, quibus quælibet etiam viliora panni, ſericique fruſtà accepta ſunt.

66. *Sabbatha &c.* Pro qualibet Judæorum ſolemnitate, inter quas præcipua Sabbathum, ut alibi notavimus.

66. *Verpi &c.* Ideſt, iidem Hebræi, qui dicti Verpi fuere, ſive recutiti, quia verpam, hoc eſt mentulam habent præputio nudatam, circumciduntur ſiquidèm ex præſcripto legis. Sic eos appellavere Juvenal. Saty. 14.

Ad fontem ſolos deducere Verpos.

Et Marti. lib.7. Epigr.81.

Delapſa eſt miſero fibula, Verpus erat.

Item lib.11. Epig.

Verpe Poeta ſapis.

Idem, ut innuimus & recutitus, quia ei â glande reſecta cutis, de quo conſule Sidon.

Fert recutitorum primordia Iudæorum.

Et Martial. lib.7. Epigr.29. de Cœliâ ſcorto.

Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum.

67. *Deficerent &c.* Senſus eſt, quod ſi hujuſcemodi præſidium ab Hebræis non haberes, non tibi eſſet, quid inſumeres ad neceſſitatem diurni victus.

67. *Craſ-*

Quâ tibi cognatas ſuſpiras ungere frondes .
Tunc manibus Baccon caderet, fruſtràq; doleres
Dilectum Româ nimium diſtare Tarentum .
Vix igitur Maculo, quem fornice nata Suburræ
Enixa eſt meretrix ultrò vulgata pudorem ,
Quique locat naſum purgandis ſæpè latrinis ,
Divitiaſque tuas, & magnos invidet ortus .
Invenit tandem, quâ livida pectora fervent,
Invi-

NOTÆ.

67. *Craſſus calix &c.* Pro vili, non cryſtallino, nec argenteo, ſed vitreo, & fortè argillaceo ; Calicem pro vino ponit, indèque intelligit pro vino vappam .

67. *Viridiſque patella &c.* In eâdem ſententiâ permanet, & ſub viridis patellæ, quæ etiam Praſina , & vulgaris, quodlibet cibi genus, viliſſimum tamen,comprehendit . Se de patinis ex viridi Praſinâ fabrefactis latius alibi .

68. *Qua tibi cognatas &c.* Caules , de quorum condimento, & cibo egimus in Saty. præcedenti in not. ad verſ.98. Dixit autem *cognatas* , quia homunciones è Regno Neapolis proni ſunt in hujuſmodi dapes , & ad illas veſcendas naturâ feruntur .

71. *Vix igitur &c.* Concludit ratiocinationem : nullum eſſe , vel viliſſimum hominem , uti eſt Maculo , & ille alius latrinarum purgator, cui ſit ejus ſors invidenda .

75. *Invenit tandem &c.* Quaſi faſſus fuerit Philodemus , neque nobilitatem , neque divitias fuiſſe , quæ ſibi invidiam conflaverint apud æmulos, inducitur modo, quaſi dixerit , quæ ſit vera cauſa , propter quam ejuſdem morſibus per has Satyras adeò dirè exagitetur . Ipſum alloquentem ſtatim audire præſtat : ibi, *potentior &c.*

75. *Livida pectora &c.* Lividus, qui ex ictu plumbeum colorem in parte læſa contraxit , ſanguine ad cutem diffluente . Quoniam verò, qui invidiâ laborant, hunc colorem , quia ſe dolore exedunt, contrahunt, lividus ſæpe, pro invido ponitur, quemadmodùm, & livor ipſe, pro invidiâ accipitur ; lividum ,

dum, pro invido dixit Martial. lib.1. Epig.41.

Qui ducis vultus, & non legis iſta libenter,
Omnibus invideas, livide, nemo tibi.

& lib.4. Epig.27.

Sæpe meos laudare ſoles, Auguſte, libellos,
Invidus ecce negat &c.
Ecce iterum nigros corrodit lividus ungues:
Dà, Cæſar, tantò tù magis, ut doleat.

Perſ. Saty.3. v.36. ponit tabeſcere, pro livere.

Magne pater Divûm ſævos punire tyrannos
Haud aliâ ratione velis, cum dira libido
Moverit ingenium ferventi tincta veneno:
Virtutem videant, intabeſcantque relictâ.

ſicut & Mart. l.8. Epig.61.

Livet Carinus, rumpitur, furit, plorat &c.

Livorem autem pro invidiâ habet idem lib.11. Epig.34.

I nunc livor edax.

necnon lib.10. Epig.33.

Ut tù, ſi viridi tinctos erugine verſus
Fortè malus livor dixerit eſſe meos;
Ut facis, à nobis abigas &c.

ſi ſimplicis notæ metam exceſſerim, ferat patientèr lector; non enim facere poſſum, quin referam Ovid. lib.2. Metamor. ſic invidiam deſcribentem

Pallor in ore ſedet: Macies in corpore toto:
Nuſquam recta acies: livent rubigine dentes,
Pectora felle virent: lingua eſt ſuffuſa veneno,
Riſus abeſt; niſi quem viſi movere dolores:
Nec fruitur ſomno vigilanibus excita curis:
Sed videt ingratos, intabeſcitque videndo
Succeſſus hominum: carpitque, & carpitur unà:
Suppliciumque ſuum eſt &c.

Et Sanazzarum, qui Italico carmine cecinit

L'invidia figliol mio ſe ſteſſa macera,
E ſi dilegua come agnel per faſcino,
Che non gli val ombra di cerro, ò d'acero.

Tandemque poetam quisquis ille ſit, qui eodem idiomate ſcripſit de invidiâ.

Un pallido color tinge la faccia

Invidiâ; fas eſt audire. Potentior auro
Virtus, & recti ſtudium, Cyrrhæque voluptas
Innocuæ, genuit plebejo in corde venenum,
Nec patitur noſtrum ſubcreſcere nomen in aulâ;
Inde mali radix, noſtrique pudoris origo.
Mentis inops, genio quantùm blandiris ineptè
Ipſe

NOTÆ.

Qual dà del duol interno certo ſegno;
Et il miſero corpo divien tale,
Che par che ſi diſtrugga, e ſi disfaccia.

Apud Ovidium *pallor, macies, livent, intabeſcit*, apud reliquos *macera, dilegua, pallido color, ſi diſtrugga, e ſi disfaccia*, invidiæ effectus optimè deſignant, quod noſter author unico verbo, *livida pectora*, deſignari contentus fuit.

76. *Potentior auro virtus &c.* Eadem dixit Horat. l.1. Epiſt., niſi quod hic referat ad nobilitatem, Sectanus ad potentiam. Ita igitur habet Lyricorum princeps:

Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum.

Unde Stoici, & Cynici opes contemnebant, dicentes virtutem nullà re indigere, & ſibi ſufficere ad beatam vitam: in eâ quippe, ſi in gradu excellenti ſit, plena fœlicitas conſiſtit, etiam ſi aliorum bonorum mediocritas ſit, teſte Ariſt. lib.7. Polit. c.1.

77. *Virtus, & recti ſtudium &c.* Virtutem, recti ſtudium, & Poeſim ſibi potentiam, qua ſibimet adeò blanditur, parare præſumit: Ex hac diſtinctione forſan audienti inſinuare voluit peritiam Philoſophicorum dogmatum, Juris prudentiæ, & Poeſis. In his dum ſe maximum prædicat, plebejum cor eorum nuncupat, ex quo venenum invidiæ contra ſe vomant detractores. Hic referre libet totum id, quod Philodemus nobili cuidam Matronæ, in familiari colloquio quondam propoſuiſſe fertur, Sectano prorſus ignotum, & idcircò ſuis Satyris res joco digna non addita. Dicam breviuſculè. De nobilitate, & honoribus ſermo erat; Nobili Matronà ſe nobiliorem, atque honorabiliorem prædicabat Philodemus; ſeque facilè probaturum

turum

Ipſe tuo, vacuoque placent pendentia cœlo

Ca-

NOTÆ.

turum ſpopondit invicto quidem, & inſolubili argumento: Rem ſtatim aggreſſus, ſic loquutum ajunt: Nobilitatem tuam generi, ſeu potius ſorti, non tibi debes, eidemque debes, & divitias, quas eademmet, quæ dedit, donavitque, ſtatim etiam poterit auferre: Pulchritudo, qua flores, alienum, non tuum bonum eſt, quemadmodùm docet meus Bion. apud Laert. l.4., ipſaque brevi duratura, ſi damna ætatis ſpectentur, breviſſimè, ſi pericula ægritudinum, aliique frequentes caſus, quibus non ſolùm atteritur, ſed penitùs deletur. Vocis tandem ſuavitas, qua dulciſſimè aures audientium mulces, quis neſcit, tenui quavis raucedine, ſtatim amitti, & auditui diſſonam, & ingratam fieri: *Nobilitas* mea autem, aut ait Saty. 8. Juvenalis, *ſola eſt atque unica virtus*: Stemmata nil faciunt, nec prodeſt longo ſanguine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus majorum, & ſtantes in curribus Emilianos, & Curios jam dimidios, humeróſque minorem Corvinum, & Galbam auriculis, naſoque carentem: nil denique ea cætera jactare, quibus gloriaris; ea qualiacumque ſint, corporis, non animi, fortunæ, non virtutis dona ſunt, ut jam monui; nil autem perpetuum, nil durabile, nil denique ſtabile, quod tuum eſt; At quæ in meo ſedem fixit pectore virtus, nobilitatem, pulchritudinem, ſuavitatem, divitiaſque mihi tribuit, eo pretioſiores, quo anima pretioſior corpore: Hæ temporis injuriis non ſubjacent, futuraque ſæcula videbunt, immortalemque Philodemi gloriam ſervabunt; unde tota poſteritas de me exclamabit, quod Juven. Saty. 8. Romam de Cicerone clamaſſe ait,

Tantùm virtus contulit illi
Nominis, & Tituli, quantùm non Leucade, quantùm
Theſſaliæ campis Octavius abſtulit udo
Cædibus aſſiduis gladio; ſed Roma parentem
Roma decus patriæ (Philodemum) *libera dixit*.

Si ambitioſas has, nugatoriaſque fabellas audiſſet, aut certè reſciviſſet Sectanus (Deus bone!) qui ſales, qui joci, qui lepores eas in hiſce Satyris comitati fuiſſent!

82. *Vacuoque placent &c.* Dicunt & Itali *fabricar Caſtelli*

Caſtella, & tenui ſubſtructæ pulvere turres!
Pleniùs, ac meliùs ſcribit præceptor Amillus,
Quæ pueri diſcant, & cedro dignior eſſet
Hir-

N o t æ.

in aria, cum aliquid Chymericum mente agitamus.

83. *Et tenui ſubſtructæ &c.* Nempè, nullo ſatis firmo fundamento ſolidatæ; Proverbium Italicum eſt, *fabricar sù l'arena*, de iis, qui ambitione moti, & de propriis meritis ultrà menſuram præſumentes aliquid agunt, quo ſe ad majora provehi poſſe autumant, non penſatis propriis viribus, undè ſæpiùs ab immoderatis cogitationibus ſuis lapſu miſerabili, ridendo tamen, decidunt.

84. *Præceptor Amillus &c.* Martiali lib.7. ep. 61. vir quidam impuriſſimus, at Sectano vulgaris Pędagogus, fortè à Græcâ voce ἄμυλος inadulabilis, aut ab ἅμιλλα *certamen, contentio, diſſenſio*, ac ſi dixerit de homine, nec ullius laudis, etiam adulando, capace, ſed tamen ſtridulo, procaces, ac ad contentiones prompto, vel ſaltem inepto quidem, ſed adhuc virtutis ſtudio incumbente; Habent ſiquidè Lexicographi ἅμιλλαν ἀρετῆς explicantque *ſtudium virtutis*; niſi malis invidum deſignari, eſt enim apud Nazian. ἁμιλλᾶσθαι *pro emulari, & invidere &c.*

85. *Et cedro &c.* Antiquiſſima forma adagii, quam indicant Perſ. Saty. 1.

Et cedro digna locutus.

Horat. ad Piſonem:

Carmina linienda cedro.

Ovid. ſibi malum imprecans:

Nec cedro charta notetur:

Perſ. iterum eâd. Saty.

Non quicquid denique lectis
Scribitur in citreis.

Ubi primò notandum Citrum arborem, lignumque eſſe magni precii, ut Romæ eodem auri pondere rependeretur; Secundò ejus naturam hujuſmodi eſſe, quæ cariem non ſentit: Undè Vitruv. l.2. c.9. ſcribit, quæ ex cedro fiunt, conſtare ad omnem penè

Hircorum barba impexa, & Vindemia Rulli,

Bu-

Notæ.

penè æternitatem, & ante eum Plin. l. 13. c. 5. *Materiæ verò ipſi æternitas*. Cur autem tanta cedro æternitas, cauſa deducitur ex amarore, qui ejus corpori ineſt, quo arcentur caries, & eæ beſtiolæ, quibus illa gignitur: aliam autem dat Nicandrus in Theriacis, quod videlicet ſuo odore noxia fuget; audi ipſum;

Cedrus dentatis ſtrigilibus deraſa

Incenſa jaculatur odorem fumantem, & fugantem noxia.

Tertiam tandem Plinius c. 4. lib. 24. agens de cedri ſucco, quod *defuncta corpora incorrupta ævis ſervat, viventia corrumpit*; quæ non de hominibus tantùm capienda, ſed etiam de feris. Tranſtulit autem Plinius ex Dioſcoride lib. 1. c. 106. *Virtutem verò habet corruptricem corporum vivorum, mortuorum autem conſervatricem*. Hinc ſenſus Sectani, aliorumque, qui eo adagio uſi ſunt, aperitur; videlicet ea carmina perpetuâ eſſe digna memoriâ, à cedri æternitate ſimilitudinem trahens, aut potius beneficium, quandoquidem antiquitùs ad conſervandos libros oleo cedrino utebantur. Hùc referendum Plinii teſtimonium lib. 13. c. 13. dicentis, libros Numæ multùm temporis perduraſſe, quod cedrati eſſent, ideſt peruncti cedro, nempè oleo cedrino. Et de oleo quidem apertè Lucianus adverſ. indoct. *Ungis libros croco, aut cedro*; ſuboſcurè verò Ovid. Eleg. 1. l. 3. Triſtium

Quod neque tum cedro flavus, nec pumice levis.

Eſt enim hæc flavities, quæ chartæ inducitur à ſucco cedri, aut oleo. Potuit tamen fieri, ut & in ipſis tabulis è cedri ligno confectis ſcriberetur, ſi genuina eſt illa Juvenal. Saty. 8. interpretatio ad illud jam ſupra relatum, *Non quidquid denique lectis ſcribitur in citreis*, de lectis talami, & eorum citreis tabulis cerâ inductis, in quibus noctis tempore, quicquid in animum veniret, ſtatim notarent veteres, nè vis ingenii periret.

86. *Hircorum barba &c.* Carmina quædam Italica à Rullo exarata, atque apud Arcades lecta, in quibus ut plurimùm hirci, hircorum barba, capellæ, & pinguis vindemia repræſentan-

Bucolicis, fluxiſque tuis ſermonibus. Ergo
Quas fœdas miſerâ noctu vigilante lucernâ,
Non minio poſthac, auro nec perline chartas:
Quidquid & illud erit pſallendum trade Bagoæ;

In-

Notæ.

tantur. Rulli verba de hircis, quæ irridet Sectanus, & ego in gratiam lectoris pono, ſunt hæc

Giù per li ſtecchi
Le barbe intricano
Gl'hirſuti becchi.

87. *Bucolicis &c.* Ecloga quam Philodemus in Arcadiâ recitavit, & nemo percipere potuit; opus tamen ab eo, ut omni ſapientiâ, doctrinâque referta, depredicata, immo ut eminentioris Philoſophiæ promptuarium cuicumque bonarum artium amatori propoſita.

87. *Fluxiſque tuis &c.* Intelligit Sectanus de quibuſdam, authore Philodemo, Philoſophiæ dialogis, per ejus aſſeclarum manus vagari, & celebrari ſolitis. Fluxos autem vocat, quia nullo lepore, nullâ arte, & quod pejus eſt nullâ doctrinâ fulciebantur; adeo ut enerves, & elumbes turpitèr fluerent in morem vilioris excrementi.

88. *Vigilante lucernâ &c.* Ideſt accenſâ, metaphoricè; vigilans enim propriè de homine non torpente, qualis eſt dormiens, ſed qui in vigore ſuo eſt; idem habent Græci, quemadmodùm ex Platone diſcimus Epiſt. 11. *Divina inſomnia vigilantibus ſupervenientia*: De lucernâ Varro Bimar: *Noctilucam tollo, ad focum fero, inſto, anima reviviſcit.*

89. *Non minio poſthac, auro &c.* Libros tuos variis pigmentis ornes, ac auro deſuper, circumque ſplendere facias arte Librariorum exquiſitâ.

90. *Quidquid & illud erit &c.* Hæ tuæ cantiones, atque carmina nil plus merentur, quam cantari per vicos, & plateas à cæco Bagoa, ut fit de vilioribus hujuſmodi elucubrationibus.

91. *In-*

Infans jam didicit, didicit muliercula Budam,
Strigoniumque canit reſidens in codice pellex;
Hiſtoriam tù conde novam, quâ notus in Urbe
Auriculas linias vulgi, & ſuffragia captes.

95 Sed

NOTÆ.

91. *Infans jam didicit &c.* Ideſt, per plures annos de Budæ, quæ Hungariæ Regia, expugnatione per Auſtriacos factâ carmen Romæ decantatum.

92. *Strigoniumque &c.* Carmen aliud, ſcilicet, de Strigonio capto.

93. *Hiſtoriam tù conde novam &c.* Hiſtoriolæ hæ jam obſoletæ, nec amplius à vulgo cum plauſu excipiuntur: Tuum igitur, ò Philodeme, erit novas, nec amplius à plebe auditas elucubrare cantiunculas, unde rei novitate concurſus audientium fiat, qui tibi plaudant.

94. *Suffragia captes &c.* Ideſt, omnium audientium ſententiâ præferaris cæteris hujuſcemodi authoribus, quippè qui lepidiſſimas cantiunculas ſcribas. Porrò vox ſuffragii ex antiquorum Romanorum more inducta, quibus ſuffragari fuit idem, ac favorem ferre, uti habes ex Cic. 1. de legib., & alibi. Sipontinus à ſuffragine dictum putat ſuffragium, ſed quidquid ſit de hoc, videant Grammatici. Certùm illud, ſuffragia nuncupari voces illas, quæ dabantur in comitiis, & in tabellis deſcribebantur, quibus unuſquiſque ſuam declarabat voluntatem de aliquo in Magiſtratum eligendo. Paulò alitèr ſentit Budœus, qui ait, fuiſſe modum geminum ferendi ſuffragii in conciliis, & ſententiæ dicendæ in judiciis, interdum voce, interdum tabellâ eo munere functos. Qualitèr autem ſuffragia ferri ſolita fuerint colligit Corradus in Brutum Ciceronis, quem vide, ſicut & conſule leges Gabiniam, Caſſiam, Papiriam, Cœliam apud Cic. in Agra. 2., & lib. 3. de legib. Addo ſuffragiis Populi Romani captandis pro rei ſuffragandæ qualitate, vel Campum Martium, vel Forum deſtinatum fuiſſe. Phraſim autem, quam ſibi imitandam Sectanus propoſuit, habet Horat. 2. Epiſt. 2.

Et populi ſuffragia captas.

95. *Sed*

Sed meminiſſe juvat, cum magnos inter Ephœbos
Enormis facies, & ſtercore fœda canino
Fulgebat populo ſpectante, & plebe togatâ,
Ceu fulget patulo ſiccus petaſunculus auro
Divitis in cœnâ Ulpidj, & potoris Amalthi;
Et convivalis ſpurcatur lamina lardo.

Illa

NOTÆ.

95. *Sed meminiſſe juvat &c.* Curioſam narratiunculam refert de Philodemo nobilium ephœborum coronâ circumdato, cùm inter Academicos Arcades quamdam ſuam ex Bucolicis Eclogam recitaret. Percipe lector, ut falsè, atque perbellè eum pingat, contraria contrariis opponendo, ut magis eluceſcant. Fingitur igitur ejus facies enormis, & fœda, quaſi canino ſtercore illita, quod reſpectu nobilis coronæ circumſtantis, quam indecorum apparuerit, atque ridiculum ex ſequentibus liquet.

96. *Stercore fœda &c.* Sectanus de facie, quod Juvenalis de atrio Saty.14.

Nè ſtercore fœda canino
Atria diſpliceant oculis venientis amici.

98. *Ceu fulget patulo &c.* Aptiſſima ſimilitudo: Philodemus comparatur petaſoni ſuillo, reliqui aureæ, & magnæ patinæ; Si benè animadvertas, quam malè conveniat petaſunculus in magni, & aurei lancis medio poſitus, certè diſplicebit & Philodemus inter tot illuſtres juvenes, plus quam petaſo corroſus, niger, fœdus, & aridus.

99. *Divitis in cœna &c.* Sententiam auget; Dixit Petaſunculum malè convenire magnæ, & aureæ patinæ; pergit ulterius, ac ſi diceret, etiam minus decere, quando induceretur ſic nudus, ſolus, & parvus in ſumptuoſis, ac ſplendidis cœnis divitum Amalthi, & Ulpidii.

100. *Amalthi &c.* Hunc Amalthum ex ipsâ hujus loci lectione vinoſum, bibacemque agnoſcis. Cœterùm cum is diviti Ulpidio jungatur, non incongrua conjectura ea eſt, etiam

ipſum

Illa Dies ſolitò formoſior extulit undis

Lu-

Notæ.

ipſum divitiis abundare. Ad id maximè urget nomen ipſum Amalthus, quatenùs derivare placeat à Caprâ Amaltheâ, quæ proprio lacte Jovem infantem aluit, quæque ex eo inter ſydera relata fuit, cornuque alterum Nymphis nutricibus datum, velut officii præmium, hac facultate eidem cornu adiectâ, ut quicquid optaſſent, id ipſis ex eo largitèr ſuppullularet: dictumque propterea copiæ cornu, ac in adagium translatum, quando alicui omnia affatìm ſupereſſe indicamus, affirmamuſque, quod Græcè ponitur, Ἀμαλθείας κέρας. Placet addere in gratiam Lectoris, veterem Comediam notaſſe Polyagrum quemdam uxorem ſuam ad quæſtum proſtituentem. Hanc cœleſtem Capram vocat ob immenſum lucrum, ut teſtatur Plutar. in comm. de audien. poetis, ſcribens: *Fortunatus Polyager, Cœleſtem Capram opes adferentem alens.*

101. *Illa dies ſolitò formoſior &c.* Quà Arcades ſimul convenere ad audienda Carmina, Eclogamque Philodemi. Elegantèr dies pro Sole, id quod non inſolens poetis. Plurimus in hac re imitandus proponi poteſt Virgil. Æneid. lib.1.

Eripiunt ſubitò nubes, cœlumque, diemque.

lib.10. v.215.

Iamque dies cœlo conceſſerat, almaque curru
Noctivago Phœbe medium pulſabat Olympum,

& lib.12. v.113.

Poſtera vix ſummos ſpargebat lumine montes
Orta dies

Apertiùs Claudianus, & Lucretius. Hic *lucida tela diei*, ideſt Solis: Ille in raptu:

Merſerat unda diem

quem à contrario ſenſu, magis quam alios, imitatum eſſe Sectanum videmus, quoniam de ortu, non de occaſu Solis agit. Miror phraſim hanc etiam extra poeſim aliquando adhibitam: certè diem pro Sole dixit Sene. Rhet. controv. 16. *Emicabant denſis undique nubibus fulmina, & terribili fragore horridæ tempeſtates abſconderunt diem.*

Lumina, & umbroſis adſtarunt collibus omnes
Arcades attoniti, vomeret dum carmina rauco
Gut-

NOTÆ.

102. *Et umbroſis adſtarunt collibus &c.* In hortis Farneſianis in Monte Palatino poſitis, quô à Regiis jam translati Arcades.

103. *Arcades attoniti &c.* Artem noſtri Satyrici mirari placeat, quemadmodum Lectoris mentem præparet ad audiendum aliquid grande de Philodemo, inducendo Solem die illâ ſolito clariorem ortum eſſe, ut tale ſpectaculum honoraret ſimul, & inſpiceret; & ipſos Arcades attonitos, & etiam in ipsâ expectatione aures arrigentes ad audiendum.

103. *Vomeret dum carmina rauco &c.* Tantæ expectationi primò malè reſpondit vox recitantis, ſecundò dicendi gratia, quę plurimum in Oratoriâ ad comparandos animosAuditorum valet: De illâ dixit *rauco gutture*; pro hac poſuit, *vomeret*, quaſi per os ventriculi ſubverſione eiceret carmina &c. non linguâ proferret, & gratâ pronunciatione proſequeretur. Omniſcius homo Philodemus meminiſſe debuerat & Demoſthenem, prout habet Plutarch. in ejus vita, *voce, & linguâ*, laboraſſe, *ob quæ non mediocriter ejus turbaretur oratio, nec mens ejus intelligi poſſet: Indè & ſæpius orando causâ propterea decidiſſet: At intelligens quantùm gratiæ, & ornatus pronunciatio apta locutioni afferret &c. per dies ſingulos domi privatìm geſtum, ac motum corporis fingebat, vocemque exercitabat*, ex quo inter Græcos oratores principatum meruit; ita ut celeberrimus Orator Eſchines mirantibus Rhodiis auditoribus, atque hærentibus, quomodo vir tantus ab illo ſuperatus ceſſiſſet, non potuerit non reſpondere, teſte vitæ ipſius authore apud Phot. Bibl. Cod. 61. *Si beſtiam ipſam (Demoſthenem nimirùm feram appellans) audiſſetis, non utiquè hæſitaretis.* Si ſic ſe ad dicendum paraſſet Philodemus, Sectani, imò & populi audientis ejus in pronunciando difficultatem, atque invenuſtatem ſannas vitaſſet. Sed fortè Demoſthenis nomen, ac gloriam, quia aſſequi poſſe deſperavit, ſaltèm ad ejuſdem emulationem illud *beſtiam*, ſibi voluit, nemine ex auditoribus diſſentiente, uſurpare, ut aliquam cum celeberrimo inter Græcos Oratore
par-

Gutture, & obſcœno cruciaret verba palato.
Credideram ſoli manare poëtica mella,
Atque

Notæ.

partem, & affinitatem habere videretur. Interim non omittendum, quod attinet ad vocem *vomeret*, eam ſpectare apud antiquos ad contumeliam, & convitium ergà homines impuros: Sic ex Plaut. diſcimus in Moſtel. act.3. ſcen.1.

Abſolve hunc quæſo vomitum, nè hìc nos eneces.

Sic & Lucill. de Trebel.

Marcebat febris, ſenium, vomitus, pus.

de quo videantur authores cum ſuis interpretibus &c.

104. *Cruciaret verba &c.* Omnia, quæ nota præcedenti diximus, hìc etiam quadrant. Unicè addam hunc locum ad majorem expreſſionem, & emphaſim pertinere: vi enim, quà verba emittebantur, eâdem cruciari, atque torqueri videbantur: Metaph. de palato dixit, quod propriè de hominibus fertur contra reos ſævientibus, aut potiùs de ipſis tormentorum inſtrumentis.

105. *Crediderā ſoli manare &c.* Fatetur Sectanus ſe quoquè in communem toto cætui errorem incidiſſe, ut putaret ſe aliquod admirabile auditurum, tantàque coronà dignum.

105. *Poetica mella &c.* Suavia, & dulcia carmina: Sic & Mart. l. 11. Epig.43. ea dixit Hyblæa.

Mella jubes Hyblæa tibi, vel Hymettia naſci.

elegantèr à guſtu ad auditum dulcedo mellis trahitur. Hinc noſter Satyricus Horatium imitatus eſt, apud quem illud *Poetica mella* legitur: Cęterùm phraſis hæc non rarò apud optimos authores reperitur: Ariſtoph. in avibus μελιγλώττων ἐπέων ideſt, *mellitorum carminum*, Tertul. de anima: *Mella facundię*, Petron. in Satyric. *mellitos verborum globulos*, ad quam conditionem, *melleum ſonum edens cycnus*, & *n.ellei coloris Sophocles* in Epigrammatibus appellantur, hinc & μελίφθογγοι, qui voce ſunt mellitâ, ac dulci Homerus Iliad. à de Neſtor.

Cujus ab ore thymum redolentia verba fluebant.

Cicero de ſeneƈt.

Ex ejus linguâ melle dulcior fluebat oratio.

Atque aliquid tantâ dignum noviſſe coronâ ;
Verùm ubi conticuit preſſis aurita galeris
Turba, cavo ſtertens Numen deducitur antro :
Pan

Notæ.

106. *Tantà dignum &c.* Quia videlicèt illâ die ſolitò frequentior convenerat Auditor, nec tantùm numero, verum etiam ordinis eminentiá conſpicuus.

107. *Verùm ubi conticuit &c.* Factum ſilentium, quaſi ad rem admirationis, & elegantiæ plenam, qualis prorsùs à Philodemi ingenio expectabatur. Quoties aliquid grande expectatnr, de hujuſmodi ſilentio mèntio apnd Authores: Sic Virg. lib. 2. Æneid., antequàm Æneas Didoni excidium Trojæ narrare inciperet, dixit : *Conticuere omnes, intentique ora tenebant*. Calpurn. 7. Eclog.

Stabam defixus & ore patenti
Cunctaque mirabar.

Pindarus Pyth.

Hærebant Heroes ſilentio immoti.

Homerus Odyſſ. 13.

Sic dixit : Hi autem omnes taciti facti ſunt ſilentio.

Hanc autem ſilentii legem ità expreſſit Dionyſ. lib. 6. Antiquit. ante orationem Menenii Agrippæ : *Ità quieverunt, & tantum ſilentium totà concione factum eſt, ut locus ille à ſolitudine nihil differre videretur.*

107. *Preſſis &c.* Optima expreſſio Authoris ; ponit enim ob oculos actum illum, quo populus proximè ad audiendum componitur. Preſſo ſiquidem manibus in cervice galero, ut ſonitus vocis melius repercutiat, aures in dicentem tendit ; ideòque turbam auritam vocat. Hoc frequentiùs videmus in ipſis Templis, cùm ad SS. Oratores audiendum convenimus ; ibique talis etiam permiſſa licentia caput operiendi non aliâ credam ratione, quam quia vox minimè vagetur, & circum aures ope pileorum colligatur.

108. *Cavo ſtertens Numen &c.* Pan Deus in ejus eclogâ ex quodam obſcuro antro prodiens repræſentatur, ſtertentemque ideò vocat Author, quaſi penè evigilatus fuerit è ſomno,

quem

Pan erat ille, vacans nimium, nec pocula dignus
110 *Lam-*

NOTÆ.

quem conciliare ſolent obſcuritas, & cæcitas loci, & otium.

109. *Pan erat ille &c.* Pan ſecundùm Poetas Arcadiæ Deus. Virgil. Eclog. 10. v. 26.

Pan Deus Arcadiæ venit.

Horat. lib.4. Ode 12.

Deum cui pecus, & nigri colles Arcadiæ placent.

Idemque Paſtorum Numen quo circà Horat. loco cit. pecorum Præſidem, & Cuſtodem facit. Clariùs Virgil. Eclog. 2. v. 33.

Pan curat oves, oviumque magiſtros.

ideò Homer. in hymno illi dat, *montium culmina, & ſaxoſa juga*, quæ loca ruſticorum ſunt. Item fiſtulæ tribuit inventionem Virgil. Eclog. 2. v. 32.

Pan primus calamos cerâ conjungere plures
Inſtituit

cui conſentiunt tam Græci, quàm Latini omnes. Ex illis ſat mihi unum referre Bionem (non tamen Crateum contra quem hæ Satyræ ſcriptæ ſunt, ſed longè antiquiorem) in Bucolicis: *Fiſtulam invenit Pan, ut tibiam Pallas.* Ex his Nemeſ. 3. Eclog. loquente ipſo Pane.

Nulli fas eſt inflare cicutas,
Quas ego Manaliis cerâ conjungo ſub antris.

Porrò de barbarâ hujus Dei formâ, vide Herodotum in Euterpe, ubi illi dat, *caprinam faciem, hircina crura.* Aliter de Pane ſenſere Philoſophi, Deum ſiquidem totius naturæ eſſe finxerunt, undè à Græca dictione Πᾶν, *totum*, vel *omne* nomen accepiſſe putavere, quod cenſuerint uno naturæ nomine omnia complecti. De eo præſtat audire Macrobium Philoſophum Platonicum, qui lib. 1. Saturnal. cap. 23. ità diſſerit. *Hunc Deum* (Pan) *Arcades colunt, appellantes* (verba ejus refero) *non Sylvarum dominum, ſed univerſæ ſubſtantiæ materialis dominatorem ſignificare volentes. Cujus materia vis univerſorum corporum, ſeu illa divina, ſive terrena ſint, componit eſſentiam. Ergo Invi* (Pan, & Invus dicebatur, ut

paulò

Lambere, quæ cupido miſcet Pincerna Tonanti,
Si Calabro Vati patientes commodat aures.

Poſt

Notæ.

paulò antè idem Macrobius animadvertit) *cornua, barbæque prolixa demiſſio naturam lucis oſtendit: qua Sol, & ambitum cœli ſuperioris illuminat, & inferiora colluſtrat. Sequitur idem Author Quid fiſtula, vel virga ſignificent ſuperius in habitu Attinis expreſſimus* (cap.21. hujus libri ſcripſit) *Fiſtula ordinem ſpiritus inæqualis oſtendit: quia venti, in quibus nulla æqualitas eſt, propriam ſumunt de Sole ſubſtantiam: Virga Solis poteſtatem aſſerit, qui cuncta moderatur; quod in Capræ pedes deſinit, hæc argumenti ratio eſt: quia materia, quæ in omnem ſubſtantiam Sole diſpenſante porrigitur, divinis de ſe corporibus affectis, in terræ finitur elementum. Ad hujus ergo extremitatis ſignum pedes hujus animalis electi ſunt: quod & terrenum eſſet, & tamen ſemper peteret alta paſcendo, ſicut Sol: vel cum radios supernè demittit in terras, vel cum recolligit, in montibus viſitur.* Hæc ex Macrobio retuli, ut non ſolùm Pan ad Deorum ſupremum Solem referri, (hoc enim ipſe toto penè opere probare etiam de aliis Diis diſſerendo intendit) ſed & rationes, quibus talis relatio nititur in patulum afferrem: niſi magis placeret addere, quæ alii ex Philoſophis de ſignificatione Fiſtulæ dixere; eâ, videlicèt, imparibus calamis ſimul cerâ conjunctis à Pane compoſitâ, Cœli armoniam denotari, ſicut à Caprinis pedibus terræ ſoliditatem. Jam ad Philodemum redeamus, quem probabile eſt in hac ſuâ Eclogâ, ut Philoſophum ſcribere intendiſſe; quandoquidem eam ad unum apicem ſublimibus arcanis refertam prædicat; & fortè pro Pane ex antro obſcuriſſimo in lucem prodeunte, naturam ipſam ſignificavit jam pridem in ſuis operibus obſcuratam, nec adhuc penitùs revelatam, nunc tandem novi Philoſophi ſapientià patefactam, & in lucem productam. Utinam non parturiant Montes, & naſcatur ridiculus mus.

109. *Nec pocula dignus lambere &c.* Ambroſiam, quæ Diis ſuperis in Cœlo guſtanda præbebatur. Hac autem potione Pan hunc privandum eſſe cenſet in pœnam delicti, quod Calabro

Poſt hæc indignis Virgo religata catenis
In ſcænam trahitur ; dextrâ tenet illa tabellam,
Quâ nemus , & cultas glebas , qua flumina , &
Vrbes

115 *Cer-*

NOTÆ.

labro Oratori tam faciles, otioſaſque aures præbuerit, ejuſque ineptias tam patienter auſcultaverit.

110. *Miſcet Pincerna Tonanti &c.* Ganymedes Trois filius, & formoſiſſimus puer ; quem cùm Juppiter deperiret , aquilæ miniſterio in Cœlum rapuiſſe , & ſibi à poculis feciſſe repudiato miniſterio Hebes , quæ ante illius raptum miſcendo nectari præerat, fabulantur Poetæ . Ità Juven.Saty.13. ubi contendens priſcis ſeculis , antè Iovis ætatem, fidem , & juſtitiam viguiſſe in hominibus , addit .

Nulla ſuper nubes convivia Cœlicolarum ,
Nec Puer Iliacus, formoſa nec Herculis uxor
Ad Cyathos , & jam ſiccato nectare tergens
Brachia Vulcanus Liparæa nigra tabernâ:
Prandebat ſibi quiſque Deus &c.

Quod & Satirâ 5. v. 59. indicat falsè , argutèque.

Tu Getulum Ganymedem
Reſpice cùm ſities

ideſt , nigrum tuum pincernam ex Getulià ; agit enim de ſimplici cliente præſente Domino bibituro . Huc etiam referri debet Mart. lib.8. Epig.39. , ubi de Domitiani palatio , quod Cœlo aſſimilat .

Hic aurire decet ſacrum , Germanicè , nectar ,
Et Ganymedæâ pocula mixta manu .
Eſſe velis , oro , ſerus conviva Tonantis ,
Et tù ſi properas , Iuppiter ipſe veni .

Habet & Homerus Iliad. 20.

Quem ſuperi rapuere , Iovi , ut miſceret .

Ad quem locum reſpexit Macrob. lib.5. Saturn. : *Vates Ganymedem Iovialium poculorum Miniſtrum in Cœlum à Diis adſcitum refert , velut* θεωπρέπον , ideſt *decorum .*

112. *Virgo religata catenis &c.* Virgo neſcio quæ catenata

in

Cernere erat; pedibus nudis animoſa Virago
Inſiſtit globulo. Loquere, ò Philodeme, voluptas
Magna oritur nobis, denſique adſtare videmur,
Parva ubi venali pendent anabathra tigillo,
Arti-

NOTÆ.

in Philodemi eclogâ ſecundam perſonam agit, tabulam geographicam manibus tenens, nudaque pedibus, globo inſiſtens. Myſterium aliquod, & hanc referre ipſe prædicat, at non eſt hic locus prophetam agendi, divinandique quid ſibi velit.

115. *Animoſa Virago &c.* Virago idem, ac mulier fortis: utì ex Ovid. 2. Metam. diſcimus.

Huc ubi pervenit bello metuenda virago.

Hæc autem Græcis eſt ἀντιάνειρα; Homer. Iliad. v. 189. de Amazonibus,

Venerunt amazones Viragines, & maſculæ bellatrices.

116. *Loquere ò Philodeme &c.* Meliùs exprimi non poterat voluptas eorum, quæ ſcripta Philodemi exhibebant, quam ex ulterius ea audiendi impatientiâ; illa ſiquidem, ut ait Tertull. *eſt ſummus impatientiæ ſtimulus.* Hæc tamen, ut & alia ironicè dicta.

118. *Parva ubi venali &c.* Duplici ex capite Authoris noſtri ſummam in dicendo artem collige: Primò, Philodemum uſque ad ſidera laudare videtur, quod ea, quæ narrat, tam ad vivum exprimat, ut videre, ne dum audire narrantem putes; Secundò, laudes haſce eodem tempore ita jocis miſcet, ut benè animadvertas ab ipſo antiquos Satyricos, ſi tamen non ſuperari, certè æquari.

118. *Pendent anabathra &c.* Ex Juven. Saty. 7. v. 46. deductum, ubi.

Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

Vox autem ex Græco idiomate derivata, qua pulpitum, ſcala, graduſque ſuperior ſcanſilis denotatur à verbo, ἀναβαίνειν; *aſcendere*: ita Juven. loco citato de gradibus theatri, & orcheſtræ intellexit. Noſter autem Author pro ipsâ ſcęna poſuit; & quidem parvam dixit, ex eo quia in eâ non veri homines

Artificiſque manu, riſu excipienda, moventur
Corpora, quæ tenui quamvis ſint pendula filo,
Non animâ credas humanâ, aut voce carere.
Haud aliter ſtulto miſcens contraria nexu,
Apponis vario fumantem pulte catinum,
Ridiculaſque facis coram ſaltare figuras,
Membra quibus deſunt, & vox quoque conſona membris.
Sed melius Scurræ, Mimi, Pupæque loquuntur,
Pan-

NOTÆ.

mines comędiam agere debebant, aut ſoliti erant, ſed tantùm ad perſonas repræſentandas inducebantur parvæ quædam fictæ, ſed affabrè efformatæ figuræ, (nos vulgo appellamus *li Burattini*) quæ per aliqua fila manibus moventur, geſtuſque ac ſi veri homines eſſent, agere coguntur, prout paſſim videmus, quotidianuſque docet uſus.

120. *Pendula filo &c.* Haſce figuras ad oblectamentum excogitatas, etiam antiquitùs in uſu fuiſſe apud Authores reperio. Præcipuè verò Lucianus narrat in Sacris Deæ Siriæ ſolitum eſſe obſcœnam Priapi figuram haſtæ impoſitam ope filorum à Sacerdotibus moveri.

122. *Haud alitèr &c.* Idem, ac ſi dixiſſet, eius opera tantâ rerum ſibi invicem contrariarum mole confarcinata eſſe, ut ea putaſſet, dixiſſetque Hiſpanus *un'oglia potrida*; quæ eſt ferculum ex multiplici leguminum, carnium, aliorumque exculentorum genere compoſitum.

124. *Ridiculaſque facis &c.* Scilicèt Pan numen, & Virginem catenatam dixit ridiculas ad denotandum inſulſa Philodemi carmina verbis affutis confarcinata, & riſum moventia, utpotè quæ perſonæ reprehefentanti, & in ſcęnam adductæ parùm conſonæ.

126. *Sed melius &c.* Majorem eloquentiam tribuit ſcurris, ideſt, jis, qui riſum ab audientibus captant, non habitâ ratione verecundiæ, & dignitatis; Mimis, nempè illis, qui

V intrà

Pantobaluſque docet, quæ ſint diſcrimina vitæ
Mortalis, quæ ſint vitanda, quid utile, quid non,
Quam tuus iſte Deus, cui molles rumpere ſomnos
Ni-

NOTÆ.

intrà, vel extrà ſcęnam geſticulationes exercent, imitanturque dicta, facta, mores, & naturas hominum; & Pupis, puellulis videlicèt, quæ adhuc infantiam tranſgreſſæ non ſunt, & verba rectè proferre neſciunt, quas παιδισκάρια Græci dicunt.

127. *Pantobaluſque &c.* Notiſſimi ſcurræ nomen apud Horat. in Satyris, ex quo ad quemcumque Mimum translatum à noſtro Sectano.

127. *Quæ ſint diſcrimina &c.* Nullus eſt, qui neſciat Comœdiam eſſe fabulæ genus, civilis, privatæque vitæ imaginem, velut in ſpęculo, repræſentans; Huc ab initio ejus reſpexit inſtitutio, nominatim etiam vitia, vitioſoſque homines perſtringendo, ut eorum odio, atque horrore ducti mortales in melius mores efformarent; idque longo temporis intervallo viguit; Verùm, cùm eo genere licentiæ Poetæ nimis petulanter abuterentur, atque optimi cujuſque nomen invaderent, lege cautum eſt, nè hoc poematis genere cuiquam in poſterùm uti liceret.

Vertère ergo ſtylum (inquit Horatius) *formidine fuſtis*. Et in veteris Comędiæ locum, nova ſucceſſit, in qua ficta argumenta tractare cœperunt, contenti humanæ vitæ ſimilitudinem, veluti pennicillo quodam, exprimere. Atque hæc manſit conſuetudo, uſquequò in jis componendis Poetæ mentem, calamumque applicuere: Verùm Hiſtrionicâ arte inductâ, fictis argumentis tantùm manentibus, quantùm ab antiquis hujus ſęculi Comędiæ noſtræ diſtent, ſatis ipſæ per ſe indicant; quandoquidem omnia in eis contenta potius ad corrumpendos, quàm ad efformandos mores inſerviunt; non antiquus lepor, non priſci ſales, non decor ordinis ineſt, & quod pejus eſt nullus perſonarum honos ſervatur. Atqui hos hiſtriones melius moralem benè vivendi ſcientiam docere, quàm Deum illum Philodemi ex antro eductum ad vitæ civilis, Philo-

Niteris. I Balatro, atque homines imitare puſillos,
Ut ridenda minus recitare poëmata poſſis.
Hactenùs invidiæ non es, Philodeme, daturus
Carmina, quæ paſſim laudat ſtudioſa juventus;
Nullus enim turpem faciem, corroſaque mure
Invidet ora tibi, cenſum, patriamve, genuſve,
Non calamum, vanæque tuæ deliria mentis:
Ni forſan Sancti, & tuti ſub Judice mores
Impia

NOTÆ.

Philoſophicarumque artium præcepta magiſtralitèr tradenda hominibus, opinatur Sectanus.

130. *I Balatro &c.* Balatrones pro nullius pretii hominibus accepti: Varro de re ruſt. lib.2. cap. 5., cùm ait: *Videbo jam vos Balatrones*: Dicti autem ità putantur à balatu, & vaniloquentiâ, quemadmodum habet Porphyrion in illud Horatii 1. Serm. Saty.1,

Mendici, Mimæ, Balatrones, hoc genus omne
Mæſtum, ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli.

130. *Atque homines imitare &c.* Quos vulgo appellari diximus *li Burattini*: eâ ſcilicèt ratione, quod ſi ineptias, ridendaſque nugas dixeris, faciliùs ab audientibus excuſeris; & forſan eorum more loquendo, dicendoque meliora, majori plauſu digna canes, quam nunc ſcribas.

132. *Hactenùs invidiæ &c.* In epilogum contrahit ea omnia, quæ fuſiùs antea dixerat, ad probandum nullo ex capite Philodemum invidiæ ſubjacere potuiſſe, non ob virtutem, atque doctrinam, non reſpectu divitiarum, nobilitatis generis, aut patriæ. Examinandum modò ſuſcipit, an ipſi ſanctitas morum, vitæque inculpata innocentia, & probitas nocere potuerint apud impios, queis aliena virtus, quia probro eſt, deſpicabilis.

137. *Ni forſan Sancti &c.* Sancti hoc loco iidem, ac puri,

V ij & in-

Impia ſacrilegæ revocant faſtidia plebis.
Credo equidèm; roſeo nam te non pellicit ore
Telephus, & Cithiſo delibas oſcula tantum
Offi-

NOTÆ.

& innocentes. In eâdem ſignificatione bis uſus Virgilius lib.11. Æneid.

Tùque o Sanctiſſima conjux (ideſt caſtiſſima
Felix morte tuâ

Et lib. 12.

Sancta ad vos anima, atque iſtius inſcia culpæ
Deſcendam.

Id quoque notat Macrob. Saturn. lib.3. cap.3., quem non pigeat audire ità differentem, atque hæc loca Virgilii ita explicantem. *Sanctum eſt (ut Trebatius lib.10. Religionum refert) interdùm idem, quod ſacrum, idemque quod religioſum: interdùm aliud, hoc eſſe, nec ſacrum, nec religioſum eſt. Quod ad ſecundam ſpeciem pertinet.*

Sancta ad vos anima.

Non enim ſacro, aut religioſo ejus anima tenebatur, quàm Sanctam, hoc eſt incorruptam voluit oſtendere, ut in illo quoque;

Tuque ò Sanctiſſima conjux &c.

In quo caſtitatis honorem incorruptæ uxoris amplexus eſt. Undè *& ſanctæ leges, quæ non debent pœnæ ſanctione corrumpi.*

137. *Et tuti ſub Judice &c.* Quos dixit modò Sectanus mores ſanctos, hos jam & ſub Judice tutos appellat: Mirè quidem ſe explicat in deſignando Philodemum, non ſolùm ab omni internâ labe immunem, ſed etiam à crimine, quod ſit publicum, præſcriptæque à legibus pœna ſubjaceat; quoniam qui tutus à Judice, is nec criminoſus, nec alicujus publici, magnique delicti reus; in Phraſi autem imitatus eſt Ovid. 1. Metam. ibi.

Sed erant ſub vindice tuti.

139. *Credo equidem &c.* Suæ credulitatis indicia falsè, ſatiricèque affert Sectanus, dum interim vitia Philodemi etiam excuſando detegit, & carpit.

140. *Delibas oſcula &c.* Jam à Gentilium tempore ſibi invicem

vicem

Officii cauſâ; nec palpitat uda lacerna,
Furtivo quoties contrectas pollice vultum
Implumem, & crebro levem ſine pumice malam.
Quin ſceleris purus violas ſecreta ſodalis,

145 *Nocte*

NOTÆ.

vicem obviantes ſeſe oſculo ſalutabant in ſignum amicitiæ, teſte Xenophon. lib. 1. Pędiæ Cyri, & Herodot. in Clio, quod fruſtrà vetare conatum Tiberium ſcribit Sueto. in ejus vitâ. Philodemus forsàn ad hoc officium videtur retuliſſe oſcula, quæ impingebat Cythiſo. At irridet Sectanus, qui laſciva non oſcurè innuit, ironicè ſiquidèm eum loqui luce meridiana clarius eſt.

141. *Nec palpitat &c.* Ex laſcivo pudendorum motu.

142. *Furtivo &c.* Totus hic locus ſumptus videtur ex Mart. Epigr. 205. lib. 14.

Sit nobis ætate puer, non pumice levis.

Antequam pèr partes explicem, morem tango. Pilos vellere, non radere ad luxum pertinuit, id fiebat volſellâ, ſi à mento evellerentur, reſinâ autem, ſi ab alis: Tertullianum affero, qui tract. de pallio: *Undè apud hirtos, & hirſutos tam rapax ab alà reſina, tam furax à mento volſella.* Capitoli. in Pertin. *Vaſa calefactandæ reſinæ divellendis hominibus*: hinc δεδρωπακισμένοι *reſinati*, & Juven. Saty. 8.

quid reſinata juventus.

Vulſi autem levigabantur; qui Plinio *pumicati*, Senecæ *Volſi, & expoliti*. Hinc quia levigati, leves dicti eodem Mart. lib. 2. Epig. 48.

Et grandem puerum, diùque levem.

Hinc ex antiqui moris imitatione Cythiſi faciem non levigatam, non pumicatam adhuc fuiſſe dicit, ſed natura implumem, & ſine arte levem. Quod porrò implumem ſpectat, tranſlatè ab avibus, qui nec dum plumas emiſerint, ità à ſimili de pueris, & ephœbis, qui primâ barbę lanugine careant.

144. *Quin ſceleris purus &c.* Dixit & Horat. lib. 1. Ode 3. *Integer vitæ, ſceleriſque purus*, pro homine probo, & à quovis crimine, & culpâ immuni.

144. *Vio-*

Nocte domos ſubiiſſe ſoles, corrumpere ſervos,
Velatumque ſtolâ Quartillæ lambere cunnum.

Oh

NOTÆ.

144. *Violas ſecreta ſodalis &c.* Quo lectionem hujus loci ulterius proſequimur, eo magis perſpicimus Sectani excellentiam in jocando: Nonnè ſecreta amicorum violare criminoſum eſt? Atqui id inculpatè fieri à Philodomo quis unquam dixerit, niſi qui velit ei illudere, ejuſque culpam etiam per jocum patefacere, & forſitan augere? In duplici ſenſu hanc ſecretorum violationem accipi potes, aut patefaciendo, quidquid ei amicus ſub arctiſſimo ſilentii vinculo confidit; aut ejus fidem fallendo in jis, quæ amicitiæ debentur, fortè de aliquâ ſecretâ amaſiâ ejuſdem amici intelligens, ut ex ſequentibus conjicere licet.

145. *Nocte domos &c.* Ad libidinem, vel ad lenocinium exercendnm, ex imitatione Juven. Saty. 1. v. 37.

Qui teſtamenta merentur
Noctibus

ubi *noctibus*, pro nocturno concubitu, dixit.

145. *Corrumpere ſervos &c.* Servos venales eſſe, concludit Quintil. declam. 9. Quod ſi in ipſis venalitas ſummè vituperanda, quantò magis damnandi ji, qui pretio, vel aliqua mercedis, & gratiæ ſponſione eos corrumpere curant?

146. *Velatumque ſtolâ &c.* Stola apud Latinos honeſtę matronæ veſtis, quæ uſque ad imos pedes demiſſa erat, cujuſque extremam partem ambibat inſtita aſſuta, quæ erat faſciola quadam, ſive limbus. De eâ Vulpia. l. veſtis ff. de auro, & argen. leg. *Muliebria ſunt*, inquit, *quæ matris familias cauſâ parata ſunt, quibus vir nè facilè uti poteſt ſine vituperatione, veluti ſtolæ &c.* Stolæ ità propriæ matronarum erant, ut non ſolùm viri, ſed nec Meretrices eis uti poſſent; prout deducitur ex Epig. 36. lib. 1. Marti.

Qui floralia veſtit, & ſtolatum
Permittit meretricibus pudorem?

Floralia enim à meretricibus nudis celebrabantur, ut ex eod. Mart. lib. 1. Epig. 3., & in Epiſt ad Lect. affixà initio ejuſdem

libri

Oh naſci dignum, quo non dum debilis ævo
Argillâ meliore homines natura creabat!

Non

NOTÆ.

libri, & quidem laſciviſſimè frequentata ab Ovid. 5. Faſtorum libro.

146. *Lambere &c.* His affinia ait lib. 3. Epig. 81. Martialis, quem vide. Hùc paritèr referendum illud Juvenal. Saty. 2. v. 49.

Tædia non lambit Cluviam, nec Flora Catullam

Scilicet una mulier, una meretrix alteram fœminam non lambit, aut, honos ſit auribus, fellat. Martialis lambere accipit pro cunnilingio: an Martialem, an Juvenalem reſpexerit Sectanus judicet, qui legit.

147. *Oh naſci dignum &c.* Omnia, ut vides ironicè dicta ſunt, nec egent majori ad hoc perſuadendum explicatione, ipſa lectio abundè docet hoc modo accipienda.

148. *Argillâ meliore &c.* Alludit ad illud Ovidii Metam. 1., ubi ſæculi aurei fęlicitatem, atque hominis creationem deſcribens, de hac, proximè ad id, quod Geneſeos 1. Sacro-Sancta narrat hiſtoria, notat, non ſine tamen aliquâ falſi mentione, quod

Natus homo eſt: ſivè hunc divino ſemine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo;
Sivè recens tellus ſeducta nuper ab a te
Æthere cognati retinebat ſemina cœli,
Quam ſatus Iapeto mixtam fluvialibus undis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

De innocentiâ autem primorum hominum, quos ideò noſter author *argillâ meliore* creatos dicit, plura habent idem Ovidius eod. lib. 1. Metamor.

Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo
Sponte ſuâ, ſine lege fidem, rectumque colebat:
Pœna, metuſque aberant &c.

Virgil.

Aureaque, ut perhibent, illo ſub Rege fuerunt
Sæcula, ſic placidâ populos in pace regebat.
Deterior donec paullatim, & decolor ætas,

Et

Non benè nos inter vitæ tàm ſancta moratur
Simplicitas. Luxus, ſcortilla, atque alea pernox
Nos

NOTÆ.

Et belli rabies, & amor ſucceſſit habendi:

Et Juven. Saty. 6. in Princ.

Credo Pudicitiam Saturno Rege moratam
In terris, viſamque diù; cum frigida parvas
Præberet ſpelunca domos; ignemque, laremque,
Et pecus, & dominos communi clauderet umbrâ &c.
Quippè alitèr tùnc orbe novo, cœloque recenti
Vivebant homines: qui rupto robore nati,
Compoſiti vè luto nullos habuere parentes.

149. *Non benè &c.* Ironice: ſenſus eſt; Tecum non benè nobis convenit, Philodeme, qui pietatis, ſanctitatiſque viam ingreſſus es, cùm nos è contrà adhuc vitia ſectemur, libertinamque vitam agamus, uti & tù pridem agebas.

150. *Simplicitas &c.* Ideſt probitas, & fides, quas ſub ſimplicitatis nomine in priſcis hominibus laudat Martial. lib. 1. Epigr. 40.

Si quis Cecropiæ madidus, Latiæque Minervæ
Artibus, & verâ ſimplicitate bonus,

Quam *puram* hìc nuncupat ſimplicitatem, *niveam* dixit lib. 8. Epigr. 71.

Nec niveâ ſimplicitate prior.

Imo & *prudentem* lib. 10. Epig. 47.

Prudens ſimplicitas &c.

Quam virtutem maximè Romanis tribuit lib. 11. Epig. 21.

Qui ſcis Romanâ ſimplicitate loqui.

Didicerat forſan Philodemus, ſibi in converſionis initio nullam virtutem magis neceſſariam, prout animadvertit S. Bernardus, quàm ſimplicitatem humilem, & gravitatem verecundam.

150. *Luxus &c.* Proſequitur in Ironiâ; opponitque probitati Philodemi improbitatem propriam.

150. *Scortilla &c.* Pro ſcorto, ideſt poſuit pro frequentèr ſcortando: Sic & ſcortillum dixit Catullus Varri amicam 10.

Scor-

Nos tenet, & mundæ victus, nidorque Popinæ:
Nec fugimus ternâ cœnacula nota Coronâ,

Aut

NOTÆ.

Scortillum ut mihi tùm repente viſum eſt
Non ſanè inlepidum, nec invenuſtum &c.

Quod idem eſt, ac Græcis ἑταιρίδιον, ab ἑταίρα *amica*, ita per urbanitatem nuncupatâ, quæ meretriciam artem exercet; eadem ſiquidem eſt Soloni Athenieni ἑταιρα, quam Plutarcho in vitâ ipſius Solonis

150. *Alea pernox &c.* Totâ nocte aleæ ludo incumbere: Aleam accipe pro quocumque ludo, in quo temeritas, & caſus, non ratio, nec conſilium valent, quam præcipitem vocavit Horat. in Epiſt.

Quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat.

Meritòque dicit 3. Carm. 24. *Vetitam Regibus*. Addo Juven. Saty.8., quem noſter Satyricus imitatus videtur, cui & *alea pernox*, ideſt, in qua aviditate lucri pernoctatur.

151. *Et mundæ &c.* Ultimò gulæ vitium ponit, mundamque popinam pro cibis optimè paratis dicit, ad quos refero nidorem, qui & ſi propriè de carnibus aſſis prædicetur, tamen de iiſdem universim acceptis intellexit, & dixit Martial.lib.1. Epig. 93.

Paſcèris, & nigræ ſolo nidore culinæ.

Ubi quamvis loquatur de paupere Mamuriano, ſitque nidor pro odore poſitus, nihilominùs ſenſum noſtri Poetæ affabrè exprimit, & imitationem deſignat, niſi quod hìc popinam ponat, ut magis vitium exprimat damnabiliùs in iis, qui popinas frequentant.

152. *Nec fugimus &c.* Fugiendo vitamus ad ſenſum Virg. Eclog. 1.

Nos patriam fugimus.

Et Plaut. in Aſin. 5.

Quod nolebam, ac vetueram de induſtriâ,
Fugiebatis; neque id conati facere audebatis prius:

Hinc *odiſſe, & fugere aliquem* Horat. 1. Serm. Saty. 3., & *fugere congreſſus hominum* Cic. de Amic. Valet igitur non fugimus, ac ſi abſolutè dixiſſet, frequentamus.

X 152. *Ter-*

Aut tumulum Ceſtj, ſi Sol produxerit horas,

Quà

NOTÆ.

152. *Ternâ cœnaculâ &c.* Ideſt cauponam, ſeu popinam notiſſimam, cui eſt inſigne trium Coronarum. Signa hujuſmodi ante tabernas antiquitùs ſuſpendi ſolita teſtatur Quintil. lib.6. c.4. *Tabernæ autem erant circa forum, ac ſcutum illud ſigni gratiâ poſitum.* Quid autem ſignum hoc, explicat Plaut. in Rudent. 14., ſculptile videlicet, vel fuſile ad effigiem animalium, vel aliarum rerum fabricatum. Id etiam eſt in noſtro uſu.

153. *Aut tumulum Ceſtj &c.* Viſitur Romæ ad portam Oſtienſem Pyramidalis moles Urbis muro incluſa, in cujus fronte Occidentali ſic litteris bipedalibus inſcriptum legitur.

C. CESTIVS. L. F. PROB. EPVLO. PR. TR. PL.
VII. VIR. EPVLONVM.

In parte autem Orientali, sic, ſed multò minoribus litteris.

OPVS. ABSOLVTVM. Ex. TESTAMENTO.
DIEBVS. CCCXXX.
ARBITRATV.
PONTI. P. F. CLA. MELÆ. HEREDIS.
ET. POTHI. L.

Ex quâ inſcriptione habemus Ceſtium hunc Septemvirum Epulorum fuiſſe, quorum Sacerdotium, teſte Cicer. de Aruſp. reſpon., inſtitutum eſt propter multitudinem ſacrificiorum, ut ludorum epulare ſacrificium facerent. Id ſacerdotium antiquum fuiſſe conſtat, ſed de ætate nondum legimus. Ab initio tres Epulones tantùm fuere; numerus indè auctus fuit, duo additi, & quinque fuere Epulones. Et poſtea theatralium ludorum, atque Circenſium ambitione, ſeptem fuiſſe Epulones legitur. Pompon. Lœtus de Sacerd. Rom. l. 2. c. 14. Hoc numero totus horum ſacerdotalis ordo componebatur, Collegium-

Quà facit optatum congeſta fidelia frigus.

155 *Sed*

Notæ.

giumque dicebatur vII. virum epulonum, prout teſtatur antiqua marmorea tabula Romæ ad D. Petri Baſilicam apud Grute. 227. 1.

IMP. CÆS. DIVI. FIL.
AVGVSTO
TERRA · MARIQ.
VICTORI
SACERDOT. BONÆ. DEÆ.
ET. COLLEG. VII. VIR. EPVLON.
COMMVN. POP. VOTO.
RAVENAT.
D. D.

153. ***Si Sol produxerit horas &c.*** Die ad veſperam vergente, ex imitat. Terent. in Adelp.

Cyathos ſorbillans, paulatim hunc producam diem.

vel potius dic æſtivo tempore, quando longiores dies ſunt, & ferventiores, ſumpto ***producere*** in eo ſignificatu, quod ſit ***protrahere*** ad eam dictionis regulam, de qua Cic. in Cato. ***Convivium ad multam noctem vario ſermone producimus.*** Uterque ſenſus rei ſignificatæ benè congruit; nam per æſtatem ad Veſperam frequens Romanæ juventæ concurſus ad proximas Montis Teſtacei cryptas vinarias, & quidem frigidiſſimas ad animi recreationem, & ad maximi diurni caloris ſolatium.

154. ***Quà facit &c.*** Cryptas vinarias præfatas connotat, non multis ab hinc annis intra viſcera Teſtacei Montis excavatas, quæ frigidiſſimæ ſunt, & non tantùm vino per æſtatem ſervando aptiſſimæ, ſed temporis qualitati, intemperieique bibonum gratiâ accomodatæ. Mons hic à materiâ, è qua compoſitus; nam Teſtaceum, quod ex teſtâ eſt, nempè ex fragmentis fictilium, & argillaceorum ad ignem decoctorum. Montis hujus (licèt ita impropriè mons verè dicatur cùm nil

Sed te nil horum movet, & contingere mentum
Sæpè putas Titi, dum tractas mollius inguen,
Dulcis & ambiguæ placet ignorantia dextræ.
Quò me, Phœbe, rapis? Prudentiùs attrahe lora.

Sci-

NOTÆ.

aliud ſit quam hujuſcemodi fragmentorum fictilium vaſta congeries, habens in altitudine palmos circitèr 300., per circuitum mille, & quingentos in diametro, referente Martinel. in opuſcu., cui tit., *il Monte Teſtaccio*) in cavo frigiditatem caſus aperuit, experientia rerum magiſtra evidentèr docuit, cauſas plurimi perquirere ſtuduerunt, inter quos lege eumdem Martinellum, quem citavimus.

154. *Optatum frigus &c.* Non ſolùm ad vini conſervationem, ſed ad ſitis Romanæ plebis inter æſtivum calorem ſolamen, ibi enim penè cuique cauponi ſua Crypta vinaria.

155. *Sed te nil horum &c.* Hæ videlicet voluptates, & ganeonum oblectamenta, quibus delectari Author ironicè fatetur non tangunt Philodemum ſimplicibus, & ingenuis adeò moribus inſtitutum, ut unum, idemque putet mentum tangere puerorum, ac obſcæna palpare; ac de illo licèt in alio ſenſu dici poteſt illud Juvenalis Saty.6.

Inguinis, & capitis quæ ſint diſcrimina neſcit.

158. *Quò me Phœbe &c.* Oeſtro Apollineo Poetas agitari, atque rapi obvium apud veteres authores, qui vates dixere quaſi fatidicos, & divinos. Perſuaſum ſiquidem eis fuit Apollineo furore repletos eſſe, quem œſtrum appellavere, ab animalculo, quo Juno in pellicem ſuam Io immiſſo, eam in furorem convertit. Rectè Phœbum invocat, qui, teſte Macrobio Satur. lib. 1., Author carminis, & præſes vaticinii. Ad hanc ex Deo inſpirationem trahunt Interpretes id, quod de Poetis ſcripſit Juvenal. Saty. 7. v. 19.

Laurumque momordit.

Mentem ejuſdem eſſe volentes, inſinuandi, Poeſi initiatum, & ſacrum Apollini vatem factum, momordiſſe laurum, quæ manducata numine inflare credebatur; Undè à Lycophrone

Poe-

Scilicet & tempus veniet, cum tecta, foreſque
Ornantur lauru, ſpurcoque colore feneſtræ,
Cum percuſſa levi reſpondet bractea vento,
Et captiva nitet croceis candela papyris.

Oh ego

NOTÆ.

Poetæ dicti δαφνηφάγοι, quaſi prima, ac præcipua Poetæ conditio ſit, vt divinitùs inſpiretur.

158. *Prudentiùs attrahe &c.* Minùs prudentèr ſe geſſiſſe in urgendo tàm acritèr Philodemo, fateri videtur, indè Phœbum orat ut ſui furoris lora contrahat; metaphoricè dictum hoc deductum à loris, quæ ſunt propriè corrigiæ ex corio, quibus habenæ, & retinacula equorum fieri ſolent, ut diſcimus ex Virg. Georg. 3.

Illi inſtant verbere torto,
Et proni dant lora, volat vi fervidus axis.

159. *Scilicet & tempus veniet &c.* Dat cauſam pœnitentiæ, tantique timoris ſuæ in dicendo procacitatis.

159. *Cum tecta, foreſque &c.* Deſcribit ornamenta, quæ apponuntur portis domorum, ipſiſque proſpectibus palatiorum, quæ inhabitant ii, qui Cardinalatus honore inſigniuntur. Portæ ſiquidem, ac circum eas uſque ad tecta ædium proſpectus lauru, variis picturis, atque coloribus decorantur. Id in more eſſe, nemo non videt.

160. *Spurcoque colore &c.* Dixit ſpurco colore, quia ut plurimùm, licèt feneſtræ ſint ex marmore, tamen mille colorum genera ſuperaddunt, & marmoris nobilitatem dedecorant; ſeu potius dixit ſpurco, quia, ut ſæpè accidit, cadente pluviâ colores illi ſenſim dilabuntur, & parietes, feneſtraſque palatiorum deturpant.

161. *Cum percuſſa levi &c.* Solent lauru, pictiſque carthis intermiſceri etiam auri ſtriduli folia, quæ nitore ornant, & vento percuſſa ſonum aliquem edunt.

162. *Et captiva nitet &c.* Luminaria hujuſcemodi feſtis adhibita, vulgò *lanternoni* nuncupata, quæ componuntur ex chartâ coloratâ, pictâque, & in gyrum ductâ, in cujus medio

poni-

Oh ego Caſtalio nunquam de fonte liquores
Guſtaſſem, & ſicco tranſiſſem pocula labro!

165 *Tunc*

NOTÆ.

ponitur candela, quæ chartæ præſidio ventorum flatibus nullibi remanet obnoxia.

163. *Oh ego Caſtalio &c.* Imprecatio Poetæ ſibimetipſi, ex metu concepta; cęterùm, quod dicendi modum ſpectat, ſcripſit & Perſ. in Prologo.

Nec fonte labra Prolui Caballino.

Hic autem fons dictus fuit Græcis ἱπποκρήνη, quaſi equi fons, item & *Pegaſeus* eò quod equus alatus Pegaſus, cùm in montem Heliconem evolaſſet, ungula ſaxum feriens, eum aperuiſſe creditus eſt, eratque in Beotia Phocidi vicinus juxtà Thebas, non procul à Parnaſo Apollini, ac Muſis ſacer. Author verò noſter Caſtalium dicit; ſic enim, & pridem nuncupatum à Caſtaliâ Virgine in eum præcipitatâ, ac merſà, dum Apollinem fugiebat perſequentem; ex quo Muſæ Κασταλίδες appellatæ. De Pegaſeo fonte Ovid. Metamor. 5.

Fama novi fontis noſtras pervenit ad aures
Dura Meduſæi quem præpetis ungula rupit &c.
Vera tamen fama eſt; & Pegaſus hujus origo
Fontis &c.

De Pegaſo autem equo, & ejus fonte idem Faſto. 5.

Iamque indignanti nova frana receperat ore,
Cùm levis Aonias ungula fodit aquas.

Adde Virg. 3. Georg. v. 291.

Sed me Parnaſi deſerta per ardua dulcis
Raptat amor: juvat ire jugis, quà nulla priorum
Caſtaliam molli divertitur orbita clivo.

Et Manil. lib. 2.

Omnes ad acceſſus Heliconis ſemita trita eſt,
Et jam confuſi manant de fontibus amnes,
Nec capiunt hauſtum, turbamque ad ſacra ruentem.

De fonte hoc Caſtalio V. Lilium ſyntag. 7., & noſtras notas in hanc Satyram v. 201.

164. *Et ſicco tranſiſſem &c.* Utinam nunquam de fonte hoc guſtaſſem, quo Poeta fierem; Phraſis frequenter authoribus uſi-

Tunc etenim tumidus ſacro Philodemus ab Oſtro,
Atque Tarentinâ, quam fabricat ipſe Thiarâ,
Dilatas ſumet noſtro de carmine pœnas;
Et quicunque meas dignatus lumine Muſas
Riſit, Hyperboreos exul mittetur ad axes.

Jam

NOTÆ.

uſitata ad inſinuandum id, cui animus, atque mens hominis aliquando inhæſerit. Hinc primis labris aliquid guſtare, ideſt levitèr guſtare, Cic. de Naturâ Deorum. *Hunc cenſes primis, ut dicitur, labris guſtaſſe Philoſophiam?*

165. *Tunc etenim tumidus &c.* Tumidus per translationem pro ſuperbo, ut habet Ovid. Metamor. 8.

Succeſſu tumidus,

Et Virgil. 9. Æneid. v. 598. de Numano.

Tumiduſque novo præcordia regno
Ibat.

Et lib. 10. v. 20. de Turno.

Cernis, ut inſultent Rutuli, Turnuſque feratur
Per medios inſignis equos; tumiduſque ſecundo
Marte ruat.

166. *Fabricat ipſe &c.* Fabricare eſt aliquid arte fabrili conficere; transfertur tamen ad animum, ut apud Curtium. *Multa fabricatus ingenio.*

167. *Dilatas ſumet &c.* Dilatas, & ideò graviores, ut ex infra dicendis abundè patebit.

168. *Et quicunque meas &c.* Nec ſolum punietur Sectanus, ut principalis reus, ſed etiam iis, qui ejus Satyris plauſere, ſua pœna erit, exilium videlicet.

169. *Hyperboreos exul &c.* Populi, monteſque Septentrionales, ita dicti, quod ſupra Boreæ flatum ſiti eſſe crederentur, de quib. vide Plin. lib. 4. c. 12. De his habet Pompon. Mela, quod ſupra Aquilonem, Riphæoſque montes ſub ipſo ſiderum cardine jaceant, ubi Sol non quotidiè, ut nobis, ſed primum verno æquinoctio exoritur, autumnali demum occidit, & ideò

ſex

Jam tenet ipſe manu calamum; ceramque capacem,
Quâ proſcriptorum ſcribuntur nomina, jamque
Carnifici ſerò, & mediâ de nocte loquutus,
Et quid, ait, ceſſas? Opus eſt tibi cannabe multâ,
Ut funeſta graves patiantur tigna choreas.

Cur

NOTÆ.

ſex menſibus dies, & totidem aliis nox uſque continua eſt. Eadem, undè noſter Author deſumpſit, ſcripſit Juven. Saty. 6. v. 469.

Exul Hyperboreum ſi dimittatur ad axem.

Dixit Axem Hyperboreum, quia apud hos populos, & montes, mundi cardo, vel axis eſſe creditur.

170. *Iam tenet ipſe manu &c.* Ut ſententiam velut judex ſummus contra proſcribendos exaret.

170. *Ceramque capacem &c.* Dixit & Juvenal. Saty. 1. v. 63.

Nonne libet medio ceras implere capaces
Quadrivio,

Ceras capaces poſuit antiquo vocabulo pro maximâ chartâ; tabulæ enim, in queis apud antiquos ſcribebatur, erant ceratæ, pugillareſque.

171. *Qua proſcriptorum ſcribuntur &c.* Ideſt exilio deputatorum; Cic. pro domo; *Hanc vos Pontifices Tribuno plebis poteſtatem dabitis, ut proſcribere poſſit, quos velit?* Notæ plus ſatis Romanorum Civium proſcriptiones ſub Sylla, Mario &c. de quibus legatur Romana Hiſtoria &c.

172. *Carnifici ſerò &c.* Nec ſatis exilium, mors quoque iis jam paratur carnificis manu, quâ patibulo viliſſimè ſuſpendantur.

174. *Ut funeſta &c.* Senſus eſt; ad hoc ut patibulo ſtatim ſuſpendaris, de quo merito funeſta tigna, nam mortis reorum inſtrumentum eſt: pati autem choreas dicitur, quia nocens moriturus, cannabique ſuſpenſus, violento pedum per aërem motu extremum fatum jam adeſſe impellente quâdam ultimâ

naturæ

Cur gemis Ulpidi? Comites tibi ſortis iniquæ
Non deerunt. Trahitur manibus poſt terga revinctis
Ecce Lupus, cautumque negat Sertorius aurum;
Venit, & Arcturus ſparſis à fronte capillis,
Ut ſolet, & laxâ malè pes fulcitur alutâ;
Gargiliuſque ſuæ diſcedens multa puellæ
Com-

NOTÆ.

naturæ patientis virtute indicat; cumque chorea ſaltatio ſit cum ad regulas artis compoſito pedum motu, hinc ad hanc funeſtam actionem translata à vulgo, qui de miſeris hujuſcemodi habet in proverbio: *fare un balletto sù tre legni*.

175. *Cur gemis Ulpidj &c.* Sectano amicus, ut & reliqui infrà poſiti, qui omnes Philodemo inviſi, ac exilio, aliiſque pœnis mulctandi. De Ulpidij nomine nulla, quod ſciam, apud veteres mentio.

175. *Comites tibi ſortis &c.* Species conſolationis, quandoquidem vulgatiſſimum illud eſt

Solatium eſt miſeris ſocios habere doloris,

licèt alitèr ſentire videatur Cic. ad Torq. *Levis eſt conſolatio miſeriis aliorum*.

177. *Ecce Lupus &c.* De Lupo, & Sertorio ſatis ſuperius dictum eſt, locum illum conſule.

177. *Cautumque negat &c.* Septingentos videlicet aureos mutuatos, de quibus Saty.1.

178. *Venit, & Arcturus &c.* Nomen Arcturi tributum tantùm fuit Stellæ, ab urſinæ caudæ ſimilitudine; poſita autem ea eſt ſuper media crura Arctophylacis, ut animadvertit Proclus in libello de ſpherâ. An hoc nomine Sectani amicus Arcturus nuncupatus fuerit, quia rudis, & incomptus aliquantiſper fuerit, quæ ſequuntur, videntur aliquo modo innuere:

180. *Gargiliuſque ſuæ &c.* De Gargilio Martial. lib. 3. Epig. 96. meminit, homine quidem laſciviſſimo. Adde Horat. lib. 1. Epiſt. 6.

. . . *Ut olim*

Committit, timiduſque lares, & numina adorat
Fornicis. Oh quanta eſt miſerorum turba! Fabullus,
Criſpulus, & Capito, Tullus, Quintilius, omnes
Ad

NOTÆ.

Gargilius, qui manè plagas, venabula, ſervos
Differtum tranſire forum, populùmque jubebat,
Unus ut è multis populo ſpectante referret,
Emptus mulus aprum &c.

Fortè & hic Gargilius noſtro ſimilis, qui non modò rebus amatoriis, ſed etiam venationi eſſe poteſt plurimùm addictus.

181. *Timiduſque lares &c.* Qui fuerint Dii à meretricibus culti, indicat Lipſius lib. 3. Antiq. Lect. c. 1.; puta Venerem, Cupidinem, Trephallum, Marſyam, Hermam. Vel meretrices ipſę inter Deas deteſtabili Apotheoſi relatæ, uti ſunt Larentia, Faula, Flora apud Romanos, Leæna Athenienſibus, de quibus Lactan. Firmi lib. 1. Divin. inſtit. c. 20. Sènſus autem hujus loci eſt, Gargilium antè ſuum diſceſſum ad meretricem acceſſiſſe, ultimum vale dicturum, turpeque præſtiturum obſequium; quæ omnia efficacitèr per verbum adorare repræſentat Sectanus.

182. *Fabullus &c.* Hújus mentio apud Martial. lib. 11. Epig. 36.

Ignotos mihi cum voces trecentos,
Quare non veniam vocatus à te
Miraris, quæriſque, litigaſque.
Solus cœno, Fabulle, non libentèr:

183. *Criſpulus &c.* De eo ſuperius ſatis dictum.

183. *Capito &c.* Fuit apud Romanos Capito Corſutianus à Cilicum legatis repetundarum accuſatus, quod eam provinciam Legatus ſpoliarit, teſtib. Tacito lib. 4., & Juven. Saty. 8. v. 93.

Quam fulmine juſto
Et Capito, & Numitor ruerint damnante Senatu
Piratæ Cilicum.

Ani-

Ad Centum cellas operi damnantur, & Urbem
Fruſtrà reſpiciunt, oculiſque abeuntibus optant.

Ipſe

Notæ.

Animådverte quoque Capitonem dici, qui nunquam de ſuâ ſententiâ mutatur, quem nos obſtinatum, pervicacemque etiam appellamus, ut apud Plautum in Perſa.

His cognomentum erat duris Capitonibus.

Erat & Romæ Capitonum familia non incelebris.

183. *Tullus &c.* Fortè, quia de homine feroci; nam Tullum Hoſtilium Romanorum Regem poſt Numam, Romulo ferociorem agnoſcimus, ut ex ejus vitâ apud Livium lib. 1. Sed quæ ferocia in miſero, ut noſter Tullus? Crederem tamen potius ad Tullum Martialis alludere, qui fratrem Lucanum mutuo adeò amore dilexit, ut exempla Caſtoris, & Pollucis renovata fuerint; lib. 1. Epigr. 37.

Si Lucane, tibi, vel ſi tibi Tulle darentur
Qualia Lædei fata Lacones habent &c.

183. *Quintilius &c.* Quintiliorum familia Romę celebris, teſte Volaterr. Comment. Urban. lib. 19. cap. 1. *Quintiliorum Romæ quoque Genus*, in qua emicuere Publius, Gneus, Titus, & Marcus Quintilii, ut videre eſt apud Livium in Romanâ hiſtoriâ.

184. *Ad centum cellas &c.* Centum-cellæ prorsùs in mari Tyrrheno, hodiè autem mutato nomine, ſub Civitatis Veteris nuncupatione tantùm noſcuntur; quadraginta milliaribus ab Urbe diſtant, ubi remo, & operi damnati manent, atque plectuntur.

185. *Fruſtrà reſpiciunt &c.* Eſt retrò aſpicere, & oculos reflectere ex Plaut. in Aulul. ita ut ſenſus ſit, in vanum retro aſpiciendo ſpem reditus eos concipere, exilium imperante Philodemo.

185. *Oculiſque abeuntibus &c.* Et enixè cupiunt etiam à longè reſpiciendo, nam oculi abeuntes reſpectum habent ad majorem diſtantiam.

Ipſe quoque expellor. Teneræ mea gaudia Muſæ,
Voſque valete diù Nymphæ, nemoriſque receſſus
Par-

NOTÆ.

186. *Ipſe quoque expellor &c.* En & Sectani exilium, jubente Philodemo: Forſan Lector poſt tot minas graviorem pœnam expectaſſet. Placuit magno Lioni, miſericordem potius, quàm ſeverum ſe exhibere.

186. *Teneræ &c.* Ideſt, molles, & delicatæ, quod præcipuè ad Muſas pertinet, vel quia Virgines effingebantur, atq; juvenilis ætatis; vel quia jucundæ, undè Pindaro Ode 6. Olymp. *melliſonæ*, & Ode 13., *muſa ſuaviter ſpirans*, cui addo Dionem Chriſoſt. Orat. 53., ubi Muſas ait, *ſuperaſſe Syrenas, & Orphea*, nec non veterem Poetam, cujus ſunt verſiculi apud S. Auguſt. lib. 3. Muſi.

Cunctæ igitur camœnæ,
Fonticulæ puellæ,
Quæ canitis ſub antris
Mellifluos ſonores.

186. *Mea gaudia &c.* Non dubium quin hîc per Muſas ſignentur carmina, rerum cognitio, & ſtudium, & doctrina: Hinc Eunapius Sardianus in vità Oribaſii loco proverbii ait: *Muſa Attica, & ornamentum domeſticum.* Sed nemo melius delicias has, quæ ex Muſis, ſeu Poeſi capiuntur, expreſſit, atque amplificavit, quam Virgil., qui Eclog. 5. ait, carmina eſſe dulciora, jucundiora, ſuaviora ſomno captato in gramine, rivo aquæ ſalientis, Auſtri ſibilo, littoribus percuſſis fluctu, ſtrepitu amnium currentium per ſaxa. Quocirca Poetis Cycni nomen attributum proverbialitèr, utì habent Sidon. lib. 3. Epig. de Anacreonte, Horat. de Pindaro, & Octavius Cleophilus de Poetis omnibus. Huc refer, quæ Apulejus loquitur de Cycno Apollinis in lib. de Deo Socratis; & quæ docet Plato in Phędone, videlicèt Cycnos ſacros eſſe Apollini.

187. *Voſque valete &c.* Arcades Muſæ, atque Nymphæ, nam Parrhaſia idem eſt, ac Arcadia: De qua vide in Not. noſtris ad Saty. 1. v. 12. Parrhaſiæ autem, quatenùs ibi Urbs eſt ex Stephano, & Homero oppidani fuere ex antiquiſſimis Græcorum, authore Sorabone lib. S., *videntur autem Arcadiæ*
gen-

Parrhaſii. Tonat, ecce tonat Philodemus ab arce
Tarpejà, multumque inflatus imagine Regni
Lau-

NOTÆ.

gentes eſſe vetuſtiſſimæ Græcorum Azanes, & Parrhasii, & aliæ hujuſmodi. Scribit ergo appoſitè Stephanus ex Charace Græco Authore primo Chronicorum conditam fuiſſe à Pelaſgo: *Pelaſgus filius Areſtoris* (ſunt Characis verba) *filii Ecbaſi, filii Argi &c. Urbem Parrhaſiam condidit.* Memoratur etiam Pauſaniæ in Arcadicis, & Plin. lib. 4. cap. 9. Ab Urbe hac Arcadiam nuncupatam poſteà fuiſſe Parrhaſiam ſcribit Euſtat. ad Iliad. 2. v. 603.

183. *Tonat ecce tonat &c.* Emphaticè, & Metaph. dictum. Tonitrua enim ſunt fragor nubis, qui fit erumpente fulmine; hinc tonare dicitur Philodemus, altà, & ſonorà voce ſententiam damnationis in reos prolaturus, exemplo ducto à fulmine, quod nuncupatur Jovis telum, quo impios punit: Fortè quaſi alter Capitolinus Juppiter, cui fulmen tributum fuit, ex alto potentiæ imaginariæ culmine iras ſuas puniendo reos exercet.

189. *Tarpejà &c.* Tarpejus mons, idem qui Capitolinus, ità dictus à Tarpeja Virgine Veſtali, quæ cum Sabinis arcem prodidiſſet, teſtib. Livio lib. 1., & Plutarch. in vità Romuli, eorumdem ſcutis obruta in eo Monte ſepulta eſt. Hinc Juvenali Saty. 6. v. 47. Tarpejum limen pro Capitolino poſitum.

Tarpejum limen adora
Pronus, & auratam Iunoni cæde juvencam,
Si tibi contigerit capitis matrona pudici.

Et Saty. 13. v. 78., Tarpeja fulmina pro Jovis Capitolini fulminibus.

Per Solis radios, Tarpejaque fulmina jurat.

189. *Multumque inflatus &c.* Inflatus ad animum hoc loco convenit, æquivaletque ſuperbo, & elato, prout habemus ex Cicer. 3. Tuſcul. Quæſt. *Inflatus, & tumens animus in vitio eſt.*

189. *Imagine regni &c.* Dominium imaginarium, quod ſibi perſuadet Philodemus ex alicujus amici ad ſummas Dignitates promotione.

190. *Lau-*

Exul abi, clamat: laurus, & ſerta prophana
Non benè defendunt veſanam à fulmine frontem.
Jam propero: liceat tantùm mihi dulce malorum
Solamen, comiteſque fugæ portare Lucreti
Carmina, nec patiar te, Pindare amate, manere.
Oh mihi ſi ſaltem Baccon Verulamius eſſet
Exilii ſocius! Quam forti pectore ſyrtes,
Extremaſq; plagas, & inhoſpita littora ferrem!
O caput, o melius ventoſa cucurbita! Faſces,
Romu-

N o t æ.

190. *Laurus, & ſerta prophana &c.* Laurum à fulminis ictu tutum cenſuerunt, ſcripſeruntque Poetæ; hinc & lauro coronabantur ad fulmina à ſe avertenda, quoties è Cœlo dilapſura timebantur.

190. *Serta prophana &c.* Dixit laurum ſertum prophanum comparatione ſacræ, Chriſtianæque thiaræ, de qua ſuperius.

192. *Jam propero: liceat &c.* Omnia quæcumque huc uſque de potentiâ, ſomniatiſque Philodemi dignitatibus, nemo eſt, qui non videat ironicè dicta eſſe. Proſequitur modò ulteriùs, augetque ironiam, jocumque, dum in exilium profecturus ſupplicat ſibi ferre ſecum licere Lucretium, Pindarum, & Bacconem in malorum ſolamen: Hi etenim authores tantùm, reliquis reprobatis, quamvis à totâ Republicâ Litterariâ, uti Magiſtris, receptis, à Philodemo unicè venerantur, velut ſublimiorum ſcientiarum promptuaria.

197. *Extremaſque &c.* Fortè in Pontum relegandus, ubi barbaræ gentes, & loca ſaxoſa, & inhoſpita, teſte Ovidio toto lib. Eleg. de Ponto.

198. *Oh caput &c.* Dixit & Juvenal. Saty. 14. v. 56.

Unde tibi frontem, libertatemque parentis,
Cùm facias peiora ſenex, vacuumque cerebro
Iam pridem caput hoc ventoſa cucurbita quærat?

Qui Juvenalis Satyras notis ornavere de ſenſu hujus loci, quoad ventoſam cucurbitam, ſic diſſeruere: Sicut qui parùm ſanæ

Romuleaſque ſolent collo laſſare ſecures

Græ-

NOTÆ.

ſanę mentis helleboro indigere dicitur: ita ſtultum, & inſanum cucurbitam quærere jubet iſte Satyricus Cucurbita enim huic morbo remedio eſſe poteſt: ſive per cucurbitam κολοκύνθην intelligas, ideſt *cucurbitam agreſtem*, quæ ſumpta humores, cerebri actionem impedientes, potenter educit, nempè pituitam, ut notat Alexand. Aphrod. præf. lib. 1. Problem.; ſive concipias τὴν σικύαν, ventoſam dicimus, qua ſanguis leni ſcarificatione educitur: Celſus enim lib. 3. cap. 18. docet *Phreneticis occipitio inciſo cucurbitam admovendam eſſe*. Quidquid autem ſit de rectâ intelligentiâ hujus loci, certè noſter Author aliter accipiendus videtur, cùm Philodemum ventoſam cucurbitam nuncupat: crederemque potius ſe vulgari illi adagio accomodare voluiſſe, quo de aliquo inepto, inſultoque viro prædicatur: *è più leggiero d'una Zucca*, aut *è pien di vento come una Zucca*; ità fortè & ejus vanitatem, & aereas, ſomniataſque dignitates voluit redarguere.

198. *Faſces, Romuleaſque ſolent &c.* Quia ſæpè occurrit, quòd ex Calabria Romam profugi, variis delictis inquinati, ad nova facinora perpetranda inducantur, & ideò morte, cruceque mulctentur; Sectanus voce *ſolent*, utitur. Eleganter autem dicit pro cruce, furcâque, faſces, & ſecures, nam Romæ antiquitùs Conſulibus faſces virgarum cum ſecuribus à duodecim lictoribus præferebantur, imperium, magiſtratum, dignitatemque, cum pleniſſimâ reos plectendi poteſtate denotantes, ut de Bruti contra proprium filium facto memoratur; cùm etenim ipſe ad ſingulare certamen provocatus, contra paternam juſſionem pugnaſſet, miſero nil viciſſe profuit, ſpoliiſque partis ovantem redjiſſe ad Patrem; nam, ut ait Livius lib. 2., *miſſi lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatum virgis cedunt; cùm inter omne tempus Pater, vultuſque, & os ejus ſpectaculo eſſet, eminente animo patrio inter publicæ pœnæ miniſterium*. Undè & Virgil. Æneid. 6. v. 817.

Vis & Tarquinios Reges, animamque ſuperbam.
Ultoris Bruti, faſceſque videre receptos?
Conſulis imperium hic primus, ſævaſque ſecures

Acci-

Græcula quos Romã Provincia mittit, alumni;
Tù poteris ſacras Regni contingere vittas.

Illo-

Notæ.

Accipiet; gnatoſque Pater nova bella moventes
Ad pœnam pulchrâ pro libertate vocabit
Infœlix: utcumque ferent ea fata minores,
Vincet amor patriæ, laudumque immenſa cupido.

200. *Græcula quos Romam Provincia &c.* Magna Gręcia eſt ea pars Italiæ, quæ à Tarento uſque ad Cumas protenditur, vel ut Plinio lib. 3. placet à Locris Italiæ fronte ad Tarentum uſque: ſic dicta, (ut putat Servius) quod multæ, magnæque Civitates in eâ fuerint à Græcis conditæ. His alludit Virg. lib. 3. Æneid. v. 398.

Cuncta malis habitantur Mœnia Grais.

Latè rem tractat Juſtinus lib. 20. hiſt.

201. *Tù poteris ſacras &c.* Nonniſi lòtis, aquâque purgatis, ablutiſque manibus ſacra facere poterant veteres Ethnici: Sic Marius apud Plutarch. Diis vota facit, *lotis manibus, ſublatiſque in Cœlum*; & Homerus Odyſſ. 2.

Cùm iret ad littus maris
Lotis manibus in mari cano præcabatur Minervam.

Nam penès eos, omnia delicta, queis ſe inquinarent homines, per manus ablutionem purgabantur, & abſtergebantur: Id habet Tertul. de Baptiſ. cap. 15. *Penès veteres quiſquis homicidio ſe infecerat, purgatrice aquâ ſe expiabat*, & notat Lactantius Firm. lib. 5. cap. 20. *Se piè ſacrificaſſe opinantur, ſi cutem laverint, tanquam libidines intrà pectus incluſas ulli amnes abluant, aut ulla maria purificent.* Ex Ethnicis verò, qui de ſuis ablutionibus ad purganda crimina loquuti fuerint, addam Perſ. Saty. 2.

Et noctem flumine purgas.

Ariſtoph. *βατραχ*:

Somnium abluam.

Horat. lib. 2. Saty. 3.

Lautis mane ſenex manibus currebat &c.

Et tandem Æſchylum in Perſic., ubi illis verbis, *adſtitit altari,*

Illotis manibus? Credo hoc, ſi Roma Deorum
Ultima cura foret: veniat ſignanda lapillo
Sardonyco expectata dies. Quid deinde? Culinæ
Præ-

Notæ.

tari, præmiſit matutinam poſt lectum purgationem, *poſtquam autem ſurrexi, & manus lavi pulchriſluo fonte.*

202. *Si Roma Deorum &c.* Conſtat antiquitùs omnes Urbes, ſed præcipuè Romam auſpicatò conditas. De eâ legendus Livius lib. 1. hiſt. Eſſe autem in alicujus Dei tutelâ innuit Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 9., qui tamen fatetur Romanos ſemper ignotum eſſe voluiſſe nomen ejuſdem Dei tutelaris, cujus in patrocinio Urbs erat, undè id inter arcana Imperii habitum. Cauſas plures arcani hujuſcemodi dat idem Macrobius loco cit. quem conſule. Hæc fuit veteris Romæ Religio, cùm adhuc idololatriâ premeretur. Cæterùm Chriſtianam factam, peculiarem Dei aſſiſtentiam Romam habere certò ſcimus, ex quo Petri Cathedra ibi conſtituta fuit, quæ immobilis, & æterna uſq; ad Mundi conſummationem in eâ permanſura eſt, ut ſpirituale Imperium in univerſam terram exerceat, & moderetur.

203. *Veniat ſignanda lapillo &c.* Ex imitatione Perſ. Saty. 2. v. 1., qui habet.

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponet candidus annos.

Ex Cretenſium, vel Thracum more hæc locutio originem habet, qui dies lætos albo, triſtes nigro lapillo in ciſtam conjecto indicabant; ex quibus computatione factâ, videbant, quot dies anni lætos habuiſſent, & quot vixiſſent, nàm infauſtos nequaquam vixiſſe putabant.

204. *Sardonyco expectata dies &c.* Lapillum, quem Satyricus noſter Sardonycum, meliorem, ut vidimus, Perſius nuncupavit, cum addito albi. Melius Sectanus, nàm uno, eodemque tempore, & verbo albedinem, & pretium lapilli admirabili arte explicavit, & deſignavit in Sardonyche: nam quoad albedinem, habet Perſ. Saty. 1. v. 16.

Et natalitiâ tandem cùm Sardonyche albus.

Z De

Proficiet Dominus Philodemum, aut bordea mulæ
Cribrare, & phaleras, bullaſq; polire jubebit.
Hæ tuæ erunt artes: pueris nunc divide molles
Caſtaneas, fætâque hædos à matre rubentes,

Vilis

NOTÆ.

De pretioſitate notum eſt hujuſmodi gemmam, utpotè maximè extimationis à Polycrate, fortunam adverſam experturo, in mare projectam. De eá pluribus in locis Juvenalis, videlicèt Saty. 6. v. 381.

Denſi radiant teſtudine tota
Sardonyches.

Et Saty. 7. v. 143.

Ideò conductâ Paullus agebat
Sardonyche, atque ideò pluris quàm Gallus agebat.

Tandem Saty. 13. v. 139.

Gemmaque princeps
Sardonychum, loculis quæ cuſteditur eburnis.

Iterùm âd albedinem, de qua notandum, veteres omnia alba, bona cenſuiſſe, numerare ergo albo, & Sardonyco lapillo locutio παροιμιώδης, ideſt *proverbialis*, ad cujuſcumque gaudii ſignificationem.

204. *Quid deindè &c.* Senſus apertus eſt, quaſi dixerit, quod etſi Philodemi amicus aliquis pro ejus maximis meritis ad eminentiorem dignitatem evehatur, nil tamen inde Philodemus aliud conſequetur, quàm præfecturam coquinæ.

205. *Aut bordea mulæ &c.* A culinâ ad ſtabulum malus deſcenſus eſt, multùm enim intereſt inter hordeum, & ficedulas.

207. *Pueris nunc divide &c.* Proponit alias artes in præſentia à Philodemo exercendas, videlicèt, vendere pueris caſtaneas molles, ideſt elixatas, ut ex eo lucello ſibi victum queritet.

208. *Fetaque bædos &c.* Hędos ſcilicèt; non illos, de quibus Juvenal. Saty. 11.

Et Tiburtino veniet pinguiſſimus agro
Hædulus.

Quoſ-

Quoſque in deliciis habitos conſtat; ſed macilentos, rejiculoſque, ni potiùs, & fortè meliùs dicendum ſit, quod poſuerit *hædos à matre ſitâ rubentes*, pro agnellis recentèr natis, qui vili pretio Romæ proſtant, ſed peſſimè nutriunt, corpus ſolvunt &c. hi etenim carne rubri, non albicantes, vulgòque *Abbacchi*, Romæ nuncupantur. Hoc loco non abs re erit, & forſan Lectoribus jucundum accidet, tabulam marmoream referre, Romæ effoſſam ex Grutero 647. 6., in qua ſancitur quidquid ad venditionem Pecuariæ pertinet.

EX AVCTORITATE
TVRCI. APRONIANI. V. C.
PRAEFECTI. VRBIS
RATIO. DOCVIT. VTILITATE. SVA-
DENTE. CONSVETVDINE. MI
CANDI. SVMMOTA. SVB. EXAGIO
POTIVS. PECORA. VENDERE. QVAM.
DIGITIS. CONLVDENTIBVS. TRADE
RE. ET. ADPENSO. PECORE. CAPITE.
PEDIBVS. ET. SEVO. LACTANTE. ET
SVBGVLARJ. LANIO. CEDENTIBVS
RELIQVA. CARO. CVM. PELLE. ET. INTE
RANEIS. PROFICIAT. VENDITORI
SVB. CONSPECTV. PVBLICO. FIDE. PON
DERIS. CONPROBATA. VT. QVANTVM.
CARO. OCCISI. PECORIS. APPENDAT
ET. EMPTOR. NORIT. ET. VENDITOR
COMMODIS. OMNIBVS. ET. PRAEDA
DAMNATA. QVAM. TRIBVNVS. OFFI
CIVM. CANCELLARIVS. ET. SCRIBA
DE. PECVARIIS. CAPERE. CONSVEVE
RANT. QVAE. FORMA. INTERDICTI
ET. DISPOSITIONIS. SVB. GLADII. PE
RICVLO. PERPETVO. CVSTODIEN
DA. MANDATVR

Vilis ubi crepitat lentâ ſartago favillâ,
Incruſtatque macro Romana palatia fumo.
Rectius hoc, propiuſque tibi, quam mente futurũ
Concipere Imperium, Scauros, Salioſque creare,
Atque

NOTÆ.

209. *Vilis ubi crepitat &c.* Communius hi à vilibus perſonis, pauperibuſque emuntur.

210. *Incruſtatque macro &c.* Pauperem cœnam, etſi breviter, opiparè tamen deſcribit; quidquid enim de eâ dici aliter poſſit, duobus illis verbis, *lentâ favillâ, & macro fumo*, plenè exprimit, quandoquidèm caminus, qui parùm fumat, parùm quoque ignis habet ad edulia plurima coquenda, quæ menſæ apponantur. Quo verò ad morem (exteris loquor) ſciendum èſt Romæ uſu invaluiſſe, ut propè angulos Palatiorum adſint ſartagines tripodi impoſitæ ardente igne, quibus Caſtaneę, Agnelli, Piſces, Paſtillique, prout ratio temporum poſtulat, coquuntur, & vili plebeculæ venum exhibentur. Quod ſicuti fędum eſt, ita Satyricus expreſſione quadam miſerationis plenâ, ait Romana Palatia tam culta, tam elegantia, & ad omnes Architectonicæ regulas, moduloſque extructa, miſerum eſſe hoc ſordido fnmo deturpari, nitoremque amittere.

211. *Quam mente futurum &c.* Authoritas ergo Philodemi tantùm eſt imaginaria, ſicut ſunt munera, quæ inter amicos nimis properè diſpertitur.

212. *Scauros &c.* Scaurorum familia Romæ nobiliſſima, maximæque authoritatis, utpotè eadem, quàm Æmilia: Fortè ſęcularem, laicamque dignitatem denotare vult Sectanus, nàm ſtatim ſubdit Salios, qui Pontifices, & Sacerdotes apud Ethnicos fuere; ſic utriuſque poteſtatis tam prophanæ, quàm ſacræ diſtributor jactatur, ſeu potius ipſe ſe facit, Philodemus.

212. *Salioſque &c.* Sacerdotes Martis, quibus anciliorum cura demandata fuit. Sic utroſque jungit Juven. Saty. 6. v. 602.

atque inde petitos
Pontifices, Salios, Scaurorum nomina falſo
Corpore laturos.

213. *Atque*

Atque inter caros partiri munera amicos ,
Munera, quæ Rullum titillant , & Labeonem ,
Et qui gibboſo feriebat nubila dorſo ,
Dum ciet alatos centum ſuper aſtra jugales
Rore

Notæ.

213. *Atque inter caros &c.* Mira Philodemi ars illudendi amicis per tot ſperata , ſed nunquam tamen ſucceſſu probanda munera ; admirabilior tamen amicorum credulitas , qui ſe adeo facili decipi paſſi ſint .

214. *Munera, quæ Rullum &c.* Trium fidiſſimorum Philodemi amicorum meminit : Rulli nempè, Labeonis,& Pumilionis .

214. *Titillant &c.* Titillare eſt levi attrectatione alarum , aliarumque mollium corporis partium riſum cuipiam movere . Per tranſlationem accipitur pro lenitèr blandiri, Ut diſcimus ex Horat. 2. Serm. Saty.3.

Præterea ne vos titillet gloria ,

Et Lucret. lib.2.

Et quæ
Titillare magis ſenſus, quam lædere poſſunt .

215. *Et qui gibboſo feriebat &c.* Pumilionem Poetam ſugillat , quem notum in Urbe ſupponit , ejuſque vitium in humeris, tumidamque in poeticis argumentis phraſim fortè nimis acritèr reprehendit . Vide ut hanc provinciam executurus , ſe mirabili quadam arte elevet Sectanus excellentiſſimus Poeta , & quaſi emphaticè ferire ſydera dicat , ideſt nedum attingere , ſed penetrare .

216. *Dum ciet alatos centum &c.* Hic verſus reſpondet iis , quos mihi exhibet nota quædam in his Satyris marginalis manuſcripta . Hos autem ſi benè perpenderis inſigni arte conditos non inficiaberis, Apollinemque Poetæ faviſſe ultrò confitebere ; id & Sectano in confeſſo eſſe ex eo deduces , quod unicè pateat, ei diſplicuiſſe in eodem Poetâ tantùm quamdam emphaſim , ſtilique nimiam tumiditatem , necnon gloriæ , laudiſque aucupationem immoderatam, non verò carmen ipſum, cui alibi dolet indebitè præpoſitum diſcurſum Bionis Cratei , utpotè

Rore caballino paſtos, ſalſiſque cicadis.

Hæc

Notæ.

potè pretio, & extimatione minorem. Satyrici genio indulgendum, ſi emphaſim hanc reprehendat cum in reliquis carmen ipſum probaviſſe dignoſcatur; En verſus, prout ſeſe mihi obtulere.

Et hò cento deſtrieri
Sù la riva d'Alfeo
Tutti d'eterne penne armati il dorſo,
Che certo varcherian l'immenſo corſo,
Che fan per l'alta mole
I Cavalli del Sole.

216. *Iugales &c.* Sic dicti equi, quia duo ad currum neceſſarii. Exempla dò ex Virgil. Æne. vij. v. 280. de donariis à Latino Æneæ miſſis.

Abſenti Æneæ currum, geminoſque jugales
Semine ab Æthereo ſpirantes naribus ignem.

Illuſtro locutionem ex more Romano, quem, & locum Virgilii aperit Livius lib. 30., ita ſcribens: *Munera, quæ Legati ferrent Regi decreverunt: ſagula purpurea duo cum fibulis aureis ſingulis, & lato clavo tunicis: & equos duos phaleratos, bina equeſtria arma cum loricis: & tabernacula, militaremque ſuppellectilem, qualem præberi Conſuli mos eſt.* Quo obiter reſpexit Homerus Iliad. lib. 5., ubi Anchiſes dat dono equos duos filio Æneæ:

217. *Rore caballino &c.* Hic locus, ſi unquam alius, ſalſus, argutus, elegans. Quid enim aptiùs tribui potuit in eſcam his equis in cœlum tàm facilè, & tàm ſubitò translatis, quàm aqua ex fonte Hippocrene hauſta, cicadæque ſalſæ? Poeticum figmentum, ſed nimis fateor acer, hyperbolicèque exageratus jocus hic eſt. Nota apud Poetas fabula, Pegaſum alatum equum in Helicona evolaſſe, & ſaxum, ſeu terram, ungulâ feriendo fontem aperuiſſe, qui ex eo vulgaritèr Hippocrene, id eſt, fons equinus appellatus eſt, vel etiam Caballinus, quemadmodùm habet Strabo lib. 8. *Vulgatum eſt, & Caballinum fontem in Helicone erupiſſe, cùm ſubiectam ibi tellurem feriret ungulà.*

Hunc

Hunc autem equum ferunt terreſtrium rerum poſtmodùm ductum tædio, in cœlum evolaſſe, ibique inter ſydera conſtitutum. Omnia hæc paucis verbis noſter Sectanus attigit eis, quibus mirum in modum pollet, argutiâ, elegantiâ, & eruditione. De Poetâ agit, ac ejus magniloquentiam irridere ſatagit, reſpiciens præcipuè locum hunc, ubi centum alatos equos ſuper æthera ſuperbo quidem conatu ducit. Quid igitur? Eos Pegaſo aſſimilat, imo tanquam centum Pegaſos celebrat: iiſdem ſtatim potum tribuit ex eodem fonte, quem Pegaſus aperuit in Helicone, Muſis dicato, ex cujus hauſtu quemque Poetam ſtatim fieri plurimi Authores effinxere. Hinc collige vim Sectanicæ ſententiæ, quaſi dixerit, benè à Poetâ equos ſuos ex hoc fonte potatos, ac ſi ſibi ſimiles, quantumvis irrationales fieri curaſſet, poſtquam imaginariâ hujuſcemodi Apotheſi in Deorum conſortium aſcivit. Appoſitè pro aquâ rorem dixit, qui ſereno tempore è cœlo fluit ſerenâ nocte. Videtur enim optimè accomodatus hujus dictionis ſenſus ad equos ſupra nubes in cœlo locatos; Plura de fonte notavimus ad v.156. hujus Satyræ.

217. *Salſiſque cicadis &c.* Poſtquam equis, ſic Deificatis, ros Caballinum, veluti Nectar in potum dedit, cibum parat ex ſalſis cicadis, eas, tamquam Ambroſiam apponendo. Dicerem ſub nomine cicadarum poetaſtros, qui & obolares Poetæ nuncupantur, venire, quippè ſtriduli, & queruli ſunt, non alitèr, ac ſit hoc inſectum, quod à Græcis τέττιξ dicitur, & à verbo τιττίζω ſtrido, derivatur. Aures porrò ab hujuſcemodi ſtridore nimis torqueri, quiſque novit, elegantèrque propoſuit Virgil. Georg.4. v.328.

Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ,

ubi dicuntur arbuſta rumpi translativè. Si igitur cicadas pro vulgaribus Poetis poſitas admittamus, illud ſuccurrere etiam debebit juxta explicationem Alciati c.27. lib. 4., quod olìm dicerentur etiam Poetæ columnas rumpere, ad quas ſua carmina recitabant; Ambo ſiquidem, & cicada, & obolaris Poeta, ſtriduli, queruli, arguti, obſtrepentes, & auribus ingrati. Fortè hujuſcemodi Poetas nuncupare potuit cicadas, ductâ quadam ſimilitudine à cibi naturâ; Nam cum cicadæ aere, roreque veſcantur, ac victitent ex teſtimonio Theocriti 'ειδ.4., Anacreon. in Carm. ad cicadam, & aliorum, optimè illis aptatur

Hæc coria, ut libuit, taurinis follibus inſla:
Exilium, ſyrtes, laqueos, ergaſtula, fuſtes,
Cæteraque attonitæ narrabis ſomnia plebi
Ad madidas ſtatuas, gravieri digne catenâ,
Quam tua poſt talos quatiebat mimica Virgo.

FINIS.

Notæ.

tur adagium relatum ad Hadri. Junio cent. 1. n. 70. *aere, & rore ſaginatus*; quod Poetæ tribuitur, qui de ſe plus quam ſatis præſumens, ambitione, & ſuperbiâ tumidus, verificar Italicum dicterium, *ſi paſce di vento, e d'aria*. Sed propius ad noſtri Sectani ſenſum accedamus, qui equos non cicadas dicit, ſed cicadis equos jam Poetas, ex hauſtu aquæ Hippocrenicæ factos, alit. Hic igitur cibus, vel tribuit vocem argutiorem comedentibus, vel eſt uti connotativum ſtriduliratis, qua Poetæ hujuſcemodi utuntur.

218. *Hæc coria &c.* Coria, Italicè *Palloni*, maximæ pilæ luſoriæ ſpecies, cujus uſus frequens apud antiquos ex Martial. l. 14., & Plaut. in Ruden. Ex corio componitur, ventoque è follibus emiſſo inflarur. Metaphoricè, ad connotandos Philodemi ſocios, qui ſpe inflati aſſequendarum eo impetranre dignitatum, & quaſi de adverſariorum ſupplicio certi, per Urbem ovantes, ſaltanteſque curſitabant.

218. *Taurinis follibus &c.* Maximis, & ſimillimis iis, quales viſimus apud Fabros ferrarios, non autem minoribus, qui ſunt in uſu domeſtico.

219. *Exilium &c.* Irridet Philodemi minas, & propoſitas pœnas erga eos, quos Sectani amicos cenſuit.

221. *Ad Madidas &c.* Propè fontem Agonalem, ubi nugas ſuas venditant circulatores.

222. *Mimica Virgo &c.* Eadem carenata, de qua ſuprà. Mimicam, ut puto, dixit, ac ſi ibi, ut habet Italus, *faceſſe il buffone*, quod ad artem hiſtrionicam pertinet; à mimo enim mimicus derivatur; niſi maluerit potius ad ipſam fabulam,

in

in qua ipſa Virgo repræſentatur, alludere; mimi ſiquidem nomine quamlibet fabulam riſu dignam translatè nuncupari innuit Suetonius in vitâ Othonis: *Satis viſum eſt, nè pœna acrior mimum omnem*. Forſan mordere directè voluit ipſum Philodemum, ac ſi eum peſſimum Oratorem diceret, ex ſententiâ Cicer. de Orat. 2., ubi regulam illam tradit minimè ab eo in ſuis elucubrationibus ſervatam: *Vitandum eſt Oratori utrumque, nè aut ſcurrilis jocus ſit, aut mimicus*.

FINIS.



SATYRA QUARTA.

ARGUM. Lupus Sectanum adit, & à propoſito conſcribendæ Satyræ conatur abducere, oſtendens Philodemum ad meliorem frugem penitùs converſum. Quæ dicuntur à Lupo, Satyram verè ſapiunt; loco enim excuſandi, ingenioſè criminatur. Reſpondet acritèr Sectanus, adductiſque rationibus, paratum ſe affirmat ad ſcribendum. Monſtratur deniquè Lupo è proſpectu chorus Muſarum in pœnam, & ludibrium Calabri inſtructus.

M*Ane novo, fruſtrà Baldo vigilante, ſupinus*

Dum

Notæ.

1. *Mane novo &c.* Ideſt ſtatim ac aurora eluceſcere incipit: Phraſis ſcriptoribus optimæ notæ non inſueta, ſic novus dies Martiali lib. 5. Epigr. 06. dictus.

Dat majora novus prælia mane dies.

Item

Item novum luſtrum lib.4. Epig.45.

Ut qui prima novo ſignat quinquennia luſtro

Tandem novus menſis lib.10. Epig.41.

Menſe novo Iani veterem, Proculeja, maritum
Deſeris.

Pro initio luſtri, diei, & menſis; ut & clariùs habet Virgil. Æneid. 9. v.459.

Et jam prima novo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile.

Cui ſimile illud Lucretii lib.2.

Primum aurora novo cùm ſpargit lumine terras.

1. *Fruſtrà Baldo &c.* Dum adhuc Juriſperiti, qui ſollicitè è cubili ſurgere ſolent, ad conſueta ſtudia mentem non applicuere. Baldus inter Juriſperitos Principatum tenet.

1. *Vigilante &c.* Vigilans propriè de animali, quod non torpet, prout eſt cum dormit, ſed in vigore ſuo eſt: trânslatè ad Baldum, ideſt ad Baldi opera (ſub quo nomine omnes Juris tàm Civilis, quàm Canonici authores comprehendit) quæ ideò vigilare dicuntur, quia ſemper ad uſum parata ſe exhibent iis, quos juriſprudentiæ ſtudium delectat; ſicut ſæpiùs legimus dictum lucernam vigilantem, pro eâ, quæ inextincto lumine fulget. Horat. 3. Carm. Ode 8.

Vigileſque lucernæ.

Et *Vigil ignis*, qui ſemper lucet, Virgil. 4. Æneid.

1. *Supinus &c.* Qui dorſo incumbit, ita ut faciem, ventremque habeat cœlum verſus ſpectantem. Juvenal. Satyr. 3.

Cubat in faciem, mox deindè ſupinus.

Et *venter ſupinus* Horat. lib. Sermo. 1. Satyr. 5. Et quoniam ſupinus ille recubitus indicium eſt hominis ſoluti, & otioſi, factum eſt, ut ſupinum pro molli, delicato, & ocioſo, & negligente ponamus. Hinc Senec. ad Lucilium. *Eſt quidem, mi Lucili, ſupinus, & negligens, qui in amici memoriam ab aliquâ regione admonitus reducitur*, & Juvenal. Satyr.1.

Et multum referens de Mecœnate ſupino,

Sicut & in eodem ſenſu Catul. ad Coloniam 17. *Animus ſupinus*, tandemque deliciæ ſupiniores Marti. lib. 2. Epigr. 6., hoc eſt ſegnes, & oſcitantèr perceptæ.

Dum ſtertit Labeo, Rutilumque incurvat Amillus,
Et pretioſa fovet Saliorum culcitra ronchos,
Mem-

Notæ.

2. *Dum ſtertit Labeo &c.* Imo etiam ipſe Labeo excellens Juriſperitus profundè dormit: Ironicè. De Labeone conſule not.29. Saty.3.

2. *Rutilumque &c.* Rutili meminit Juven. Saty.14. v.18., de quo ut de homine crudeliſſimo, & ſanguinario loquitur.

At ſævire docet Rutilus.

Ut de paupere autem Saty.11. v.1:

Atticus eximiè ſi cœnat, lautus habetur,
Si Rutilus demens.

At v.21. ejuſdem Satyræ hominem peſſimæ famæ, luxurioſumque connotat.

In Rutilo nam
Luxuria eſt, in Ventidio laudabile nomen

Juvenem cinædum eſſe Sectano ſatis conſtat.

2. *Incurvat &c.* Martialem lib.11. Epigr.44. imitatus eſt, ubi

Incurvabat Hylam poſito Tirynthius arcu.

2. *Amillus &c.* Amillum clarè Pædagogum aliquem eſſe alibi docet noſter Sectanus. Utinam deteſtabile vitium hoc ab hujuſmodi hominum genere ſemper abſit, ut optimâ educatione pueros inſtituere, non corrumpere valeant.

3. *Et pretioſa fovet &c.* Magnates, divites, & ut hîc adſtruitur, in Dignitate etiam ſacrâ conſtituti pretioſæ culcitræ, nempè lecti commodis mirè, & fortè nimis attentè indulgent.

3, *Saliorum &c.* Salii ſacerdotes Martis fuere à Numâ inſtituti, ut ſupra dixi; hic tamen addam de eis, quod datum fuerit uti tunicæ pictæ inſigni, & ſuper tunicam aeneum pectori tegmen, cœleſtiaque arma, quæ ancilia appellabantur, ferre, ac per Urbem vagari, canentes carmina cum tripudiis, ſolemnique ſaltatu, juſſum.

3. *Ron-*

Membra thoro abripui; Byzantinâque lacernâ
Indutus, Pimplæ Nymphas ad plectra vocabam;
Venerat inque manus tritus de more libellus,
Neſcio quid nugarum, contractuſque legebam;

Nam

NOTÆ.

3. *Ronchos &c.* Ronchus ſonus naſi, qui fit ſtertendo. Mart. l.1. Epig.4.

Ma'pres nuſquam ronchi.

4. *Byzantinâque lacernâ &c.* Longa, & lata veſtis, è telâ pictâ, ut plurimùm, confecta, quæ ex Orientali more ad noſtrum uſum, commodumque revocata eſt. Eâ quippè quilibet & Romæ, & penè per totam Europam utitur, dum domi manet; rectè, facilèque ſiquidem reliquis indumentis ſuperimponitur, hyemeque præſertim plurimùm valet ad frigus arcendum; Vocaturque Italico vocabulo *Ovatta*, ſivè *Veſte da Camera.*

5. *Pymplæ &c.* Pympla Thraciæ mons Muſis ſacer, ut ſcribit Strabo lib.10., & habetur apud Poetas.

5. *Nymphas ad plectra &c.* Nymphas pro Muſis poſuit; eas quidem, quæ Pymplæides, ſeu Pympleæ cognominatæ fuere à monte Pymplâ; ſeu veriùs ad mentem Poetæ à Pymplæo fonte (nam Nymphæ ſemper circa fontes finguntur) ad radicem montis Pymplæ naſcente, ubi & Pymplæum antrum nonnulli conſtituerunt; veluti ex Martial. lib.12. Epigr.11. diſcimus.

Cujus Pymplæo Lyra clarior exit ab antro,
Quem plus Pierio de grege Phœbus amat.

Qui etiam pro fonte accepit lib.11. Epigr.4.

Non urbana mea tantùm Pymplæide gaudent
Otia, nec vacuis auribus iſta damus.

6. *Venerat &c.* Mos plurimorum potius ad delectationem, & ad ſomnum conciliandum, quam ad ſtudium, legendi inter accubitum libellum aliquem jocoſum, cum mane evigilantur. Hic mos, ut ipſe innuit, Sectano etiam fuit.

7. *Contractuſque legebam &c.* Videlicet compreſſus, & in brevius ſpatium recollectus, uti dicuntur: *Contractum genibus*

caput

Nam rore Autumni, matutiniſque pruinis
Frigidula intrabat malè ſartas aura feneſtras.
Ecce Lupus cunctas qui torquet amore puellas,
Inter

NOTÆ.

caput Horat.2. Sermo., *frons contracta* eidem l. 2. Saty.2., & alibi meliùs.

Ad mare deſcendet Vates tuus, & ſibi parcet,
Contractuſque leget &c.

Itaut contrarium ſit ſpatioſo, prout docet Colum.l.5. c.5. *Sed neque ſpatioſiora, quam decem pedum, neque contractiora, quam quatuor.*

8. *Matutiniſque pruinis &c.* Ex hoc loco in ſuis criticis anſam arripuit Philodemus acritèr in Sectanum invehendi, ſed quam ineptè, maloque eventu id egerit videat lector in animadverſionibus noſtri Satyrici ad eadem critica, quæ dantur ad calcem poſtremæ Satyræ.

10. *Ecce Lupus cunctas qui torquet &c.* Et hic locus à Philodemo ſeveriſſimè notatus; miratur enim ipſe quonam loco cunctæ puellæ ſimul convenerint ad torturam ex Lupi amore ferendam; quia vox *cuncta*, ſimul conjuncta, aut uno loco congregata importet. At hic malè ſuppoſitus error validè propugnatur à Sectano, etiam exemplo è Juvenali adducto, quo dicitur.

It nova per cunctas, nec triſtis fabula cœnas.

Id ex Virgil. Æneid. 1. v. 522. confirmabo, ubi de navibus Trojanorum tantùm, non de omnibus in univerſum navibus canit.

Cunctis nam lecti navibus ibant
Orantes veniam &c.

Et clariùs Æneid.11.

Tollitur in cœlum clamor, cunctique Latini
Convertêre oculos.

Num omnes quotquot in Latio erant homines cum Ænea, ad bellum iſtud, convenerant? Apage hunc cuncti caſtigatorem.

10. *Torquet &c.* Conſueta ambitio plurimorum juvenum, qui

Inter cirratos quo non præſtantior alter
Flectere Romano geminos temone jugales,
Conſtitit ante oculos, carumque amplexus amicum,

Ec-

NOTÆ.

qui de pulchritudine certant, quorum maximus in Urbe numerus; qui cincinnatuli, comptulique incedentes cogere ſe poſſe putant puellas ad ſe perditè adamandos. Indè à Lupo, cui inter hos locum principem dat noſter Sectanus, puellas torqueri dicit, quia ad amorem ſuum vi impellit. Amorem autem homines mirum in modum torquere experientia diurna docet, hinc apud authores, frequentes illæ dictiones; *Flagrare amore* Horat. Epod. 5., *inſanire amore* idem 1. Serm. Saty. 4., *amore perdi* Ovid. 4. Metam., *Sævire amorem* Virgil. 4. Æneid., *Torqueri amore* eidem Horat. 1. Epiſt. 2., & ſimiles aliæ paſſim obviæ.

11. *Inter Cirratos &c.* Lupi venuſtatem, atque præſtantiam indicat, illam ex capillorum decore, & cultu, hanc ex aurigandi peritiâ deducens.

12. *Flectere Romano &c.* Innuit genus vehiculi nupèr Romæ repertum, & uſitatiſſimum vulgò *Birozza*, quo ducendo Lupum peritiſſimum laudat præ cæteris Romanis, quibus aurigandi ars in more, ſeu potiùs abuſu; Lupum Sectano amicum fatetur Saty. 3. & 8. Cęterùm de aurigandi arte gloriatus & Nero, quamvis Imperator; verùm clamat contra hujuſmodi ſtudium, meritòque invehitur Juvenalis Satyr. 8. v. 146.

Præter majorum cineres, atque oſſa volucri
Carpento rapitur pinguis Lateranus, & ipſe
Ipſe Rotam adſtringit multo ſufflamine Conſul:
Nocte quidem, ſed Luna videt, ſed ſidera teſtes
Intendunt oculos. Finitum tempus honoris
Cum fuerit, clarâ Lateranus luce flagellum
Sumet, & occurſum nunquam trepidabit amici
Iam ſenis, & virgâ prior annuet, atque maniplos
Solvet, & infundet jumentis hordea laſſis.

In-

Ecquid, ait, tibi cum libris, Calabroque Bione
Semper, & exerto calamo, promptiſque papyris?
Crede mihi, tanti non eſt Philodemus, ut altum
Eripiat tibi ſomnum, & dulcia tempora perdat.
Quin precor ut Satyrâ abſtineas, & vindice Muſâ.
Ille etenim linguę pedicas, moreſque nocentes
Exuit, & veterem Philodemum; ſacra Deorum
Feſta colit, vetitis, obſervandiſque diebus
Piſci-

Notæ.

Interea dum lanatas, torvumque juvencum
More Numæ cædit Iovis ante Altaria, jurat
Solam Eponam, & facies olida ad præſepia pictas.

14. *Ecquid, ait, tibi &c.* Verba Lupi Philodemi defenſionem aſſumentis, ac Sectanum ab ulteriori Satyrâ dehortantis. Omnia tamen ſatyricè dicta lector benè animadvertet. Prima dehortationis ab incepto ratio eſt, nimium honoris Philodemo tribui etiam maledicendo; quia, quando omnis alia ratio deſit, tanti ipſe non eſt, ut alicui dulce ſomni tempus, charumque otium eripere debeat.

19. *Ille etenim linguæ pedicas &c.* Secunda autem ratio ex eo deſumitur, quod à malo jam reſipuerit, linguæ mordacitatem, petulantiam, atque libidinem moderatns ſit, Templa jam frequentet, jejunia colat, reliquaque agat, quæ pium, ac religioſum hominem decent, quæque nunc primum noſcere incipiat.

20. *Et veterem Philodemum &c.* Qui prius fuerat nocens, jam non eſt ampliùs, ſed in melius mores mutavit, induitque novum hominem, ideſt optimum, atque pium.

20. *Sacra Deorum &c.* Pro Sanctorum; nam Chriſtianus homo Sectanus, dum poeticè ſcribit, ethnicè non ſentit.

21. *Vetitis, obſervandiſque &c.* Ex pravâ hujus loci intelligentiâ illud *vetitis, obſervandiſque diebus* Philodemus in ſuis Cri-

Piſciculos macrâ nunquam cœnare patellâ
Aſſuetus, putri ſtomachum perfundit aceto,
Et gula conſpecto ſuſpirat avara macello.

Notæ.

Criticis retulit ad feſta Deorum, ſeu, ut meliùs dicam, Sanctorum; quærens qui nam ſint dies quibus feſta Deorum coli prohibeantur; cùm verè, ac in ſuo genuino ſenſu referendum ſit ad piſciculos; ex Eccleſiæ enim præſcripto diebus Veneris, & Sabbathi à carnibus abſtinemus. Vide reſponſiones ad hujuſmodi ineptiſſima critica.

22. *Piſciculos macrâ &c.* Salsè quidem, & argutè: Huiuſcemodi cibis Philodemi ſtomacus non aſſuetus erat; undè non ſine nauſeâ eos excipere dicitur, atque ideò aliquod condimentum, quod eamdem nauſeam expellat, ſcribitur optare, quale acetum ſuperfuſum &c.

24. *Et gula conſpecto &c.* Temperans factus Philodemus non tamen veteris moris poteſt non recordari, quotiès macellum, ubi carnes, aliaque pinguia venduntur, inſpicit. Abſtinentiæ novum genus nos edocet proprio experimento.

24. *Avara &c.* Avarus propriè de eo qui nimium cupidus eſt pecuniæ, à verbo *aveo* deductus; hinc eſt quod, quando abſolutè ponitur, ſemper in hoc ſenſu accipitur, uti eſt illud Horat. 1. Epiſt. 2.

Semper avarus eget,

Et Claud. in præf. 4. Panegy.

Et vigil elapſas quærit avarus opes.

Undè minùs propriè cenſent Grammatici loquutos eſſe eos, qui in laude poſuerunt, quemadmodùm apud Salluſt. *Laudis avari*, & Horat. in Arte, *Avarus laudis*; nam vocabulum hoc ſemper in reprehenſione fuiſſe pronunciavere, ad differentiam *avidi*, qui etſi ſit idem ſignificatione, & eamdem originem ab *avendo* ſortitus ſit, honeſtam cupiditatem, delectationemque quandoque denotat, ac per hoc quandoque etiam bonis adjungitur cauſis. Etſi verò, uti dictum, avarus ſit, qui divitiarum maximè cupidus, & impendio parcus; attamen nomen ad diverſa translatum, cum immanem cupiditatem rei alicujus cum

Quoque loco ſurgat, Templorum diſcere limen
Incipit, & parvos ſub pollice digerit orbes,
Fraſſineaque ſonat fluxu pia dextra corollæ,
Quan-

NOTÆ.

reprehenſione deſignamus. Ita Horat. 2. Epiſt. 1. *Avarus Animus*, Claudiano de Bell. Getic. *Cædis avarus miles*, Propert. Eleg. 29. lib. 2. *Avarus ignis*, quod omnia corripit, eidem Horat. 3. Carm. Ode 19. *Avarum Mare*, quod expleri non poteſt. In hac ſignificatione excipe Sectanum noſtrum, cum gulam nuncupavit avaram, quia inexplebilem, quemadmodùm & *avarum ventrem* eâdem de causâ, eodemque ſenſu dixit ſæpè laudatus Horat. 1. Epiſt. 16.; quandoquidem id quod de regulâ ſcripſit Juven.

Quanta eſt gula, quæ ſibi totos ponit apros:

convenit cum loco Ovid. 15. Metamorph., ubi vocat ventrem *voracem*; ex quo benè *vacare ventri* apud Claud. de Nupt. Honor. & Mariæ.

24. *Macello &c.* Hic locus Romæ, ubi venialia omnia, quæ ad victum humanum pertinebant, contrahebantur. De hujus nominis origine diſſentiunt authores, de eâ vide Varronem, & Feſtum.

25. *Templorum diſcere limen &c.* Quaſi diceret, Philodemum jam ante adeò impium fuiſſe, & penè ἄθεον, ut neque Eccleſias, imo Eccleſiarum portas noſceret; quod enim nunc diſcere incipit, id certè antèhac neſciſſe convenit fateri.

26. *Et parvos ſub pollice &c.* Idem ac ſi ſcriberet vulgari idiomate: *Dice la Corona, e'l Roſario*. Pulcherrima phraſis ad explicandum actum illum, quo precatorjis orbiculis inter orandum uti conſuevimus; ſiquidem digerere ſub pollice, eſt orbes illos ligneos, quos filo trajectos præ manibus habemus, paulatim unum poſt alium evacuare, prout accidit tales preces recitantibus.

27. *Fraſſineaque ſonat &c.* Corolla nil aliud apud Latinos, quam parva corona, quæ capiti circumponitur, aut ex floribus, aut ex lauru, aut ex auro, argento, ſimilibuſque compacta.

Fortè

Quantum Barbato, vilem, qui poſtulat aſſem,

Tin-

NOTÆ.

Fortè in hoc loco minùs latinè loquutum accuſabis Sectanum; ſed ad rem novam antiquo ſermone dilucidè explicandam nil aptiùs excogitare poterat: nec ſatis video, cur quæ dicitur Italicè (*corona*), etſi benè conſideres coronæ figuram habet, dici nequeat Latinè corolla? Præcipuè cum adjecto fraxineæ, quo audito ſtatim ligneam eſſe deprehendis.

28. *Quantum Barbato &c.* Ideſt ſonat, quantum ſonet Barbato, qui eam aſſiduè manibus terit. Per Barbatum hunc, ſi id quod ſtatim ſequitur attentè perpendatur, intelligendus, capienduſque videtur homo quidam, qui extrâ portam Flaminiam mendicat, & vitæ auſterioris profeſſor ſe Eremitam dicit, Eremitaque ab aliis nuncupatur; minùs propriè tamen, ut credo, nam locus hominibus frequens nomini non reſpondet, cum nil aliud ſit ἔρημος, quam *ſolitarius*, unde ἐρημίτης *in ſolitudine degens*. Hos hujuſcemodi potiùs, meliùſve cum Caſſiano Collat. 8. c. 7. & 8. Sarabaitas dixeris, ad exemplum ſcilicet eorum efformatos, qui pridem in Ægypto, aliquando ſoli, ut plurimum bini, ternive cellulas ſimul inhabitantes, à nemine legem accipientes, *& à ſeniorum jugo abſoluti, exercendi voluntates ſuas, vel quo placuerit evagandi* (ſunt verba Caſſiani) *agendive, quod libitum fuerit, aſſumebant poteſtatem*; Nec verè juſta primævum eremiticæ vitæ inſtitutum vitam ducentes, ad normam ſcilicet eorum, qui cenſuerunt ſummum perfectionis ſitum eſſe in ea profeſſione, qua & Macarii, & Paphnutii, plurimique alii claruere, itaut eodem Caſſ. teſte. *Is verò & non ex parte perfectus ſit, qui & in Eremo ſquallorem ſolitudinis, & in Cœnobio infirmates fratrum æquali magnanimitate ſuſtentat.* Hos, qui ſic ab omni lege ſoluti ſunt, Eccleſiaſticis regulis proſcriptos legi; eæ ſiquidem hujuſmodi cellulas ſeparatas, independenteſque oderunt, necnon tales homines vagos, & per Urbes diſcurſantes gravi cenſurâ damnavere. Conſule Concilia Chalced. Oecum. can. 4., & Quiniſextum can. 42. Mitto reliqua, quæ idem ſtatuunt apud Labbeum in noviſſimâ Conciliorum editione undique ſparſa, quæ Lector conſulat. Quod porrò *Barbatum* dixerit, intelligendus de

Tinnituque cavi graſſatur in aure metalli,

Cum

N o t æ.

barbæ prolixitate, quæ tali hominum generi communis eſt.

28. *Vilem &c.* Qui mendicando à prætereuntibus aſſem æreum poſtulat, ideſt *un quatrino*.

29. *Tinnituque &c.* Tinnitus metalli ſonitus, qui ex ejus pulſatione efficitur; ſic de Turni galeâ ſaxis percuſsâ Virgil. 9. Æneid. v. 809.

Strepit aſſiduò cava tempora circum
Tinnitu galea,

& de apibus inſimul colligendis, ac retinendis lib. 4. Georg. v. 64. per pulſationem æreorum cymbalorum.

Tinnituſque cie, & matris quate cymbala circum.

Tinnitus meminere Varro lib. 3., Columel. c. 8. lib. 9., Claudian. de 6. Conſul. Honor., Plin. cap. 20. lib. 11., queis addo Ovid. 6. Metamor. *Æris tinnitibus ſonat Rhodope*, Silium lib. 17. *Arguta cavis tinnitibus æra*, & Ovidium ipſum denuò 5. Metamorph. *Acutum tinnitum*. Reſpicit autem Sectanus morem Eremitæ illius, qui, ut fertur, ſolet viatoribus Romam ſtatim ingreſſuris occurrere, & parvi æris campani, quod præ manibus habet, pulſatione, ſtipis poſtulationem prævenire.

29. *Graſſatur in aure &c.* Graſſari, ſi in proprio ſuo ſignificatu accipiatur, eſt, quantum ad ſui originem, cum impetu, & vehementiâ incedere; gradi ſiquidem eſt ambulare, unde tractum graſſari ab impetu gradiendi. Ex eâdem in publicis ſemitis gradiendi vehementià, graſſari poſtmodùm dicti latrones, vias obſidentes, item & Feſto acceptum vocabulum pro *vias obſidere, obvioſque veſtibus, aut pecunià, aut quavis alià re ſpoliare*; Sæpiſſimè etiam pro ſupra modum ſævire uſque ad necem, ut innuit Nonnius. At quia, cum quis graſſatur, ideſt cum quis impetu, ſivè frequenti gradu vadit in aliquem, & bono, & malo animo graſſari poteſt, ideò & vox ipſa aliquando in bonam, aliquando in malam partem adhibita. Exempla dò pro utroque intellectu ex Saluſ. Jugur. *Imperator vitæ mortalium animus ad gloriam virtutis vià graſſatur*, & ex Juven. Saty. 3.

Cum Romana petit feſſus Delubra viator .
Euripides, Xenophon, & quidquid fæcis Acheæ
Pejus olet, quodque ipſe furens portare ſolebat,
Ut legeret, ſi fortè Deûm pia tecta ſubiret,
Carminibus ceſſere ſacris, mæſtæque Sioni
Sæpiùs illacrymat, dum Regia culpa piatur,
San-

NOTÆ.

Saty.3. *Interdum, & ferro ſubitus graſſator agit rem* . Si ad hominem igitur verba Sectani referenda forent; en graſſationem propriè dictam , prout occurſum cum quodam impetu ſignificat, qui frequens eſt hujuſinodi mendicantibus , nè viator eorum importunitatem evadat; ſed loci ſenſus graſſari habet de tinnitu metalli, & ut vulgò dicam , *del campanello* ; hinc metaphoricè accipienda tantùm graſſatio , prout fragor ille tinnientis æris vehementer , & non ſine vi occupat in viâ aures prætereuntium , & quaſi in eas verè graſſatur , ideſt ſævit , & percutit .

30. *Cum Romana &c.* Faciliùs in viâ Viator occupatur , quia longo itinere feſſus , & tardè gradiens ; ex quo non tantùm in dicendo proprietatem in Sectano , quam hominis petulantiam in mendico agnoſce, qui ne quidem feſſis , miſeriſque viatoribus importunè parcit .

30. *Delubra &c.* Romam advenientes connotat ad viſenda, colendaque Sacra loca ſuſceptâ piè peregrinatione .

31. *Euripides, Xenophon &c.* Græcos Authores,quos quaſi ſublimioris doctrinæ promptuaria unicè venerabatur, præ quibus omnes alios floccifaciebat , abiicit .

32. *Quodque ipſe furens &c.* Fama eſt Philodemum hujuſmodi Authores in loculis ferre ſolitum, eo modo , quo Pſalterium habere conſuevimus,ut fortè inſpicientes aptiùs falleret, dum Divinis vacare illum putabant .

34. *Carminibus ceſſere &c.* Hymnis , Pſalmis , Diviniſque Canticis Philodemo novis, quia antea ab eo minimè frequentatis .

35. *Dum Regia culpa &c.* Recitat ſeptem Pſalmos Pœniten-

Sanctaque Jeſſæi laudat ſuſpiria Vatis ;
Quæ ſæpè ad trutinam, macræque expenderat artes

Gram-

NOTÆ.

tentiales, qui inter Davidicos enumerantur: Innuit autem adulterium cum Berſabæâ, & homicidium Uriæ à Davide Rege perpetratum, & lacrymis expiatum.

36. *Sanctaque Jeſſæi &c.* David è Jeſſe deſcendens, undè Jeſſęus patronimicus: Jeſſe Pater Davidis Matth. 1., qui & Iſai dictus Ruth.4.

36. *Laudat ſuſpiria Vatis &c.* David dictus poeticè vates, fuit enim maximus Propheta, ut ex ſcriptura diſcimus; Veteres ſiquidem ſuos Divinos appellavere vates, uti habetur apud Virgil. 6. Æneid.

Tuque o Sanctiſſima vates
Præſcia venturi.

Fortè & ità dictus David, quia Pſalmos, & Hymnos metricè ſcripſerit, ut notant qui hebraicam linguam callent; nàm vates idem ac Poeta: Eligat quiſque, quod magis veritati, ſenſuique hujus loci conſonum dijudicet.

37. *Quæ ſæpè ad trutinam &c.* Trutina, quæ eſt ſtatera Vitruvi. lib. 2., translatiuè pro judicio frequentèr ponitur. Hinc Perſius Saty. 1. Caſtigare examen *in trutinâ*, Juvenal. Saty. 6. *Suſpendere in trutinâ*, tandemque Horat. 1. Serm. Saty. 3.

In trutinâ ponetur eàdem.

Addatur Apul., qui ſententiam trutinatam vocat gravem, & rectè examinatam, necnon Cicero lib. 2. de Orat. *Quæ non artifici, ſed populari quadam trutinâ examinantur.*

37. *Expendere ad artes &c.* Ad regulas, ad normam, & ad præcepta artis; nam ars etiam ita accipitur, ut coſtet ex præceptorum collectione, uti Ars Donati, ars Priſciani: Undè Livio eſt, *ars ordinata præceptis*, ideſt in præcepta relata.

37. *Macræ &c.* Ideſt, puræ rectè loquendi, rectèque ſcribendi ſcientiæ, quam macram Sectanus appellat, nempè

exi-

Grammaticæ, ſolitus centum deprehendere mēdas
Divini eloquii, Superiſque indicere flagrum.
Denique cum Cœlo geſſit ſe mitiùs, & jam
Antiquum vano ſpoliavit Numine fatum,
DilectŪmque jubar, Luciſque crepuſcula damnat,
Sem-

NOTÆ.

exilem, & nullius roboris. Colligo ſenſum hujus loci, ubi de Philodemo dicit Lupus, non amplius Pſalmorum phraſim, & locutionem uti barbaram, & minimè latinam taxare, atque per regulas Grammaticales examinare, ſicut & reliquos Sacræ Scripturæ libros.

38. *Solitus centum &c.* Plurimos hujuſmodi errores ſe facilè indicaturum proteſtabatur.

39. *Divini eloquii &c.* Opponit putidæ, grammaticalique Philodemi cenſuræ *eloquium*, quod eſt ſermo facundus, & potens, additque *Divinum* ad conciliandam authoritatem, addendumque ſententiæ pondus. Hujus nominis *eloquium* vim, & dignitatem repræſentant Apule. ibi: *Platonis eloquio monitus, non nobis ſolis natos eſſe*, Stat. 4. Sylv. 4. *Potentis eloquii virtus*, Ovid. 2. de Pont. eleg. 2. *Nitor eloquii*, Auſon. ſect. 2. in Epiced. *cultum eloquium*, Claudi. ad Olibr. 25. *fertile eloquium*. Rectè tandèm Divinum eloquium Sacram Scripturam nuncupat, quia *à Deo venit*, ut inquit S. Chriſoſt. ad Galat. 1., nec minus rectè reprehendit Philodemum, qui eidem rethorica ornamenta contendit contra fidem veterum Patrum, teſtante Ambroſ. ſup. Luc., quod *Scripturæ habent ſermonis rhethorici ornamentum*.

40. *Denique &c.* Ideſt, non adeò malè ſentit de Divinâ Providentiâ.

41. *Antiquum vano &c.* Videtur innuere pridem eum omnia, quotquot evenire hominibus ſolent, fato tribuiſſe, nempè neceſſitati indeclinabili rerum omnium, actionumque noſtrarum; non autem Deo primæ, & æternæ earum cauſæ, ut Chriſtiano convènit profiteri, & credere.

42. *Dilectumque jubar &c.* Lucem vniverſalem omnium virtutum ſemen eſſe docuit; Hanc modò damnat ſententiam.

44. *Cau-*

Semina virtutum, quâ noſtro in pectore naſci
Credidit ; ut læti caules naſcuntur in horto
Lignipedum, quos Phœbus amat, pinguiq; beätur
Ster-

N o t æ.

44. *Caules &c* Ex ea luce virtutum, ut dixi, ſemina, quaſi caules, & fungi in campis, & in hortis naſci abſque ullâ ingenii culturâ autumavit, externis tantùm ipſius radiis cooperantibus, velùt operantur Solis radii reſpectu plantarum.

45. *Lignipedum &c.* Qui calopodiis utuntur; quæ ſunt calceamenti lignei genus, prout docet Galenus Therapeu. lib.9., *illi non ſtudent, neque erudiuntur, ſed & juxtà proverbium eàdem formâ omnes calceant;* ab hujus calceamenti uſu dixit Sectanus, ac ſi ligneis pedibus incederent. Agnoſcimus in nonnullis ex Religioſis ordinibus; in jis præcipuè, quos Minoris Obſervantię S.Franciſci denominant Catholici, vulgus autem appellat *Zoccolanti*, nam *Zoccolo* idem Italis, quam calceamentum ligneum. Sectanum puto de his hoc in loco dixiſſe Lignipedes; quandoquidem eis etiam cauliculorum culturam appingit, quoniam cuicumque Ordini, quæ ſub Franciſcanâ Regulâ militat, ferendi, colendique quæcumque ad eſum olera apta ſint, ſtudium impenſiſſimum eſt, quo neceſſitati Fratrum ſemper mendicantium, nihilque ſub dominio, ſeu proprietate poſſidentium etiam in ipſa communione proſpiciatur.

45. *Quos Phœbus amat &c.* Relativè ad caules, qui Solis radiis fecundantur, quemadmodum, & cætera olera, arbuſta, plantæque, quæ à terrâ producuntur; de quo Virgil. teſtimonium profero, ex Macrob. lib.1. Saturn. cap.18. in fine: *Hinc & Virgilius* (inquit) *ſciens liberum Patrem Solem eſſe, & Cererem Lunam, qui pariter fertilitatibus glebæ, & maturandis frugibus, vel nocturno temperamento, vel diuturno calore moderantur. Georg.*1.

Veſtro, ait, ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit ariſtâ.

Quibus mirè conſonat Aſſyriorum de Solis potentia Theologia, quem unum, utì potentiſſimum Deum adoravere, ſubjun-

jungentes tamen Deam nomine Atargatim, quibus duobus rerum omnium ſummam poteſtatem tribuerunt, Solem, Terramque intelligentes: non quod nominis multitudine diviſam eorum per omnes ſpecies poteſtatem enunciarent, ſed argumentis, quibus ornabantur, multiplicem duplicis numinis præſtantiam ſignificantes. Quæcumque autem argumenta Solis rationem loquebantur: Nam ſimulacrum Adad (id Soli nomen apud eoſdem) inſigne cernebatur radiis inclinatis, quibus monſtrabatur, vim Cœli in radiis eſſe Solis, qui d mittuntur in terras. Atargatis verò ſimulacrum ſurſum verſum reclinatis radiis inſigne erat: monſtrando radiorum vi ſupernè demiſſorum enaſci quæcumque terra progenerat. Hæc penè ad litteram ex eodem Macrob. Satur. 1. cap. 23. deſumpſimus, plurima ſuppetunt huic conſimia documenta, quibus Solis concurſus ad fecundandam terram neceſſarius probetur; Mitto ea libenter in re cuicumque notiſſimâ. Sed iterùm ad noſtros cauliculos.

45. *Pinguique &c.* Sic etiam fimum dixit *pinguem*, Virgil. 1. Georg. v. 80., ſtercorationis neceſſitatem, utilitatem præſcribens:

Nec ſaturare fimo pingui pudeat ſola.

Hujus rei utilitatem agnovere, quicumque egerunt de re agrariâ: Indico M. Cat. de re ruſt. cap. 116., Theoph. lib. 3. de cauſ. cap. 24., lib. 4. cap. 13., & lib. Hiſto. c. 8., Plin. lib. 17. cap. 9., Pallad. lib. 1. cap. 33.; Affero autem expreſsè Columel. lib. 2. cap. 14. *Omni ſolo una præſens medicina eſt, ut ſtercore adjuves, & abſumptas vires hoc veluti pabulo refoveas*; quæ & Theophraſ. 3. Cauſa. cap. 7. attulit, totam fertilitatem à ſtercore provenientem ad res duas referens: *quod terram ſolvat, & calefaciat.* Undè Virgil. 2. Georg. v. 346. præceptum illud tradidit.

Quod ſupereſt, quæcumque premes virgulta per agros
Sparge fimo pingui:

45. *Beantur &c.* Huc refer præceptum illud de habendo ſterquilinio, quod præcipuum inter ruſtica præcepta, ex Cato. cap. 5. de officiis villici: *Sterquilinium magnum ſtude, ut habeas, ſtercus ſedulò conſerva*, ex Varro. lib. 1. cap. 13. *Secundùm villam duo oportet habere ſterquilinia &c.*, & tandèm ex Pallad. lib. 1. cap. 33. *Stercorum congeſtio locum ſuum tenere debebit.* Eadem

Stercore. Tela etiã in pœnam fabricata nocẽtum,

Reſti-

NOTÆ.

dem villæ, de qua laudati Authores, & horti, de quo noſter Sectanus, regula: Sed hic novum, non aliquod ex veteribus præceptis perſpicio: Herbarum quarumcumque, & præcipuè braſſicarum aſſiduus uſus ventrem ſolvit; uſum hunc non obſcurè Lignipedibus tribuit, undè abundat ad ſtercorandum hortum materia. Quantùm ad verbum *beare*, quod terrę ſic ſtercoratæ applicatur, ſcias velim idem eſſe, ac fęcundare, exemplo ducto ab Horat., qui Epod. 16. *arva beata*, & 1. Epiſ. 10. *rus beatum* dixit, ideſt hoc, & illa fertilia eſſe.

46. *Tela etiam in pœnam &c.* Ultorem malorum Deum fatetur, ex quo Scripturam Sacram legere cœpit, nec repudiavit, ut barbarè, & minùs latinè loquentem; Fortè id eum edocuit Davidis locus Pſalm. 6. *Multa flagella peccatoris; ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.* Mirùm, ſi hoc neſcierit, in prophanâ, ut ipſe jactat Philoſophiâ, atque Theologiâ tantùm eruditus; Noviſſe equidem debuerat Jovi Ethnicos fulmina tribuiſſe: Sic apud Virgil. Æneid. 4. v. 25. inter diras, quas ſibi Dido imprecatur, ſi Sichęo fidem frangat, ea eſt.

Vel Pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras.

Idem ſcripſit Euripid. in Andromache. Adde Ovid. 1. Metamorph. de Gigantibus, quos Cœlum invadere ſuperpoſitis Montibus temerario auſu tentantes fulmine percuſſit, & extinxit;

Tum Pater Omnipotens miſſo perfregit Olympum
Fulmine, & excuſſit ſubjectum Pelion Oſſa,
Obruta mole ſuâ cum corpora dira jacerent &c.

Et lib. 2. de Phętonte mundum incendio ex malè ducto Solis curru conſumente.

At Pater Omnipotens &c.
Et dextra libratum fulmen ab aure
Expulit,

Nec diſſimili modo de Encelado Virg. lib. 3. v. 578.

Fama eſt Enceladi ſemjuſtum fulmine corpus
Urgeri mole hac:

Et

Reſtituitque Jovi mentem, nec ſtuppea credit,
Aut conflata putat ſquammoſo Numina gypſo.
Hinc eſt, quod molles ſocios, madidamque tabernam

50 *De-*

Notæ.

Et de Typhœo Æſchylus in Prometh.

Nam in prȩcordiis ictus
Dejectus, & tonitruo fractus eſt viribus.
Hinc nunc inutile, & protenſum corpus
Jacet juxtà anguſtias maritimas
Sub radicibus Æthnȩis igneſcens.

Plurima ad propoſitum comprobandum in promptu ſunt, ſed taceo, quia jam ſimplicis notæ limites exceſſi.

47. *Reſtituitque Jovi mentem &c.* In res humanas providentiam, quam negaverat, omnia, ut innuimus, fato tribuens.

47. *Nec ſtuppea credit, aut &c.* Imò & potentiam; ſeu potius Deum eſſe faſſus eſt, quod pridem fortè negaſſe crediderat, inque Atheiſmum proptereà incidiſſe, atque inter eos enumeratum, de quibus Pſalm. 52. *Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.*

49. *Hinc eſt, quod molles ſocios &c.* Effœminatos, & qui moribus corrupti ſunt, Mart. lib. 9. Epig. 60.

Inſpexit molles pueros.

49. *Madidamque tabernam &c.* Madidus non tantùm aliquo liquore reſperſus, ſed ebrius, ut diſcimus ex Plaut. in Amphit. *Faciam, ut ſit madidus ſobrius*; ex Mart. lib. 1. Epig. 71.

Flecte vias hâc, qua madidi ſunt tecta Lici.

Et lib. 9. Epig. 23.

Eſtuat ut noſtro madidus conviva Miniſtro,
Quem permutatum nec Ganymede velim.

Quia autem in tabernis ſȩpe ſȩpiùs ebrietas ibi convivantibus obvenit, ex eâque ebrii proſiliunt, rectè, ac elegantèr quamvis minùs propriè, ad ipſam tabernæ qualitatem denotandam hoc ἐπίθετον transfertur, quod & in aliis rebus non inſolens Poetis.

Devovet, & primo repetit ſub veſpere tectum,
Conſcius in Cyatho quantùm peccaverit uno.
Fruſtrà illum Citiſus ſubluſtri noctis in umbrâ
Expectat plenis numeroſo corde tabellis,
Atque animâ toto repetitâ in margine ceræ.
Tù quoque mœſta doles, & dulci ſaucia curâ
Fru-

Notæ.

50. *Et primò repetit ſub veſperè &c.* Nec amplius noctem inſumit in Lupanaribus, meritoriiſque tabernis.

51. *Conſcius in cyatho &c.* Philodemus Calabrorum more vinum devovet, ſolitus ſolâ aquâ ſitis ardorem extinguere. Nocturno quodam, ſecretòque intructo conviuio, tribus tantùm Philodemi cariſſimis amicis diſcumbentibus, hortatus fuit, ut vini, quod tunc miſcebatur, excellentiam guſtaret: Is ſpretâ Calabrorum conſuetudine, unicam tantùm ejuſdem phyalam bibit, ſtatimque inebriatus eſt. Paucos poſt dies prodiit in lucem hæc Satyra, qua inſpectâ, idem Philodemus auſus eſt dicere, Sectanum aut Angelum, aut Diabolum eſſe, dum facti hujuſcemodi notionem habuit.

52. *Fruſtrà illum Citiſus &c.* Philodemi amicus, de quo diximus Saty. 2., & 3., qui veſperè urgente fruſtrà expectat amatorias tabellas ſibi à Philodemo deferendas.

52. *Subluſtri &c.* Ex imitatione Virgilii 9. Æneid.

Et galea Euryalum ſubluſtri noctis in umbrâ
Prodidit immemorem.

Subluſtris umbra idem eſt ac *lux lubrica*, Sidon. epiſt. 2. lib. 2.

53. *Plenis numeroſo corde &c.* Epiſtolis amatoriis, queis ſępè *cor meum, anima mea*, & ſimilia ad amorem exprimendum, gratiamque amaſiæ captandam inſcribuntur, quas ab hac frequentiâ numeroſo corde plenas dixit, & quidem elegantiſſimè. Sic ut vides peritiſſimè lenocinium exercuit Philodemus, quod modò deſerere profitetur.

55. *Tù quoque &c.* Dolentem repræſentat Quartillam in expectatione Philodemi ſuorum amorum conſcii, ac fidiſſimi Miniſtri.

55. *Et*

Lenonem quæris (fruſtrà) Quartilla togatum.

Quod-

Notæ.

55. *Et dulci &c.* Ideſt, dulcis amoris telo vulnerata: nam etſi propriè vulnus ad aliquam corporis partem referatur, attamen ad animum metaphoricè retulere Scriptorum Principes, præeunte Cicero. ad Attic. lib.1. epiſt. 12., ubi habet, *Animum ſaucium &c.* Maximè autem dictio hæc adhibita fuit, cùm de Amore actum: Nam eidem Cice. pro Cœlio eſt, *Saucius ſævo amore*, Lucret. lib.4. *Mens ſaucia amore*. Quod porrò dulcem curam dixerit, factum ex imitatione Statii, cui 2. Sylva. 1. *Dulces curæ*: Dulcem ſiquidem amorem dixere Mart. lib.1. Spectacul. Epigr. 25.

Cùm peteret dulces audax Leandrus amores &c.

Virgil. Æneid. 6. v. 455.

Dulcique afflatus amore eſt.

Quia tamen non ſine curâ unquam datur, ideſt ſine ſollicitudine, hinc factum eſt, quod in eo amarorem cum dulcedine plures conjunxerint. Latinos Scriptores primùm profero Ovid.2. Art.

Eſte procul lites, & amaræ prœlia linguæ,
Dulcibus eſt verbis mollis alendus amor.

Et Virgil. Eclog.3. v.109.

Et quiſquis amores.
Aut metuet dulces, aut experietur amaros.

Subdo Græcos: Sapphum apud Hepheſtio: cum alluſione ad apiculam: ἔρως γλυκύπικρον ὄρπετον: *Amor dulci-amara avis*: Eurip. in Hypoli. ἐρᾷς; ἥδιστον ὦ παῖ ταυτὸν ἀλγεινόν θ' ἅμα: *Amare? Suaviſſimum, o puer, idemque amariſſimum*, tandemque Plutarch.5. Sympoſ. q.7., qui voluptatem, & cruciatum, qua amatores irretiuntur, quo dolent, vocat γλυκύπικρον, *dulci amarum*, ſicut & Orpheum, qui amorem ipſum pariter eodem nomine nuncupat. Vide quanta trium tantùm verborum complexu metitus ſit noſter Satyricus; quod in ſimili re nullum veterum tam feliciter aſſequutum fuiſſe mecum confiteberis.

56. *Quartilla &c.* De Quartillâ vide, quæ diximus in Notis

Quodque magìs ſtupeas, faciem non amplius ornat

Con-

NOTÆ.

Notis ad Saty. 2., & 3. Hic tantùm profero aram marmoream effoſſam apud Gruterum pag.941. 4.

C. HELVIO. C. F.
COR. CELERI.
ET. C. HELVIO. FELICI. PATR.
TESTAMENTO. FIERI. IVSSIT.
ARBITRATV
QVARTILLAE. LIB.
M. VIBI. PRISCI. HER.
L. PLOTINI. PHOEBI. HER.

Ex qua inſcriptione evidentèr Quartillæ conditionem ſervilem tantùm eſſe habes, dominis tamen ſuis caram, hęredemque conſtituram; Undè nil dubium quin hanc tantùm, ſeu ei ſimilem in ſuis Satyris, quoties ejus nomen pronunciare contigerit, reſpexerit.

57. *Togatum &c.* Non vilem, abjectum, & putidum.

57. *Faciem non amplius ornat &c.* Unguentis non delinit, qualiter anteà facere ſolebat.

58. *Conſilio ſpeculi &c.* Speculum conſilium formæ dicitur, quod conſulatur ad ornandam faciem, ut habet Martial. l.9. Epig.17.

Conſilium formæ ſpeculum, dulceſque capillos
Pergameo poſuit dona ſacrata Deo
Ille puer &c.

Quando autem eo uti datur hominibus, de effœminatis intelligitur; ſic capiendus idem Mart. lib.6. Epig.64.

Sed patris ad ſpeculum tonſi, matriſque togata
Filius:

Patris ſcilicèt effœminati, qui pilos vellebat ad ſpeculum ad inſtar mollis Othonis, de quo Juven. Saty.2. v.99.

Ille tenet ſpeculum pathici geſtamen Othonis.

58. *Fi-*

Conſilio ſpeculi; cultoſque in fronte capillos ,
Hirta quibus dederat Satyrorum barba decorem,
Parcius excruciat buxo, faſſuſque Decembres ,

Et

NOTÆ.

58. *Fictoſque in fronte capillos &c.* Nec amplius comptis adeò capillis ornatulus incedit; Geſtare ſolitus Philodemus fictam comam , vulgo *Perucha* , flavi coloris , leniter flexis , blandèque intortis capillis , quales Ganymedi tribuit antiquitas , ex quo Ganymedeæ comæ dictæ , quæ arte flectuntur , & ornantur; ſic Virgil. 5. Æneid. v.147. Apollini dat.

Mollique fluentem
Fronde premit crinem figens , atque implicat auro :

Neronique Suetonius cap.51. *Comam in gradus formatam*: Abuſum hunc ſuo tempore maximè viguiſſe ſcribit, dum reprehendit , Senec de Brevit. vit. cap.12. *Quomodo excandeſcunt , ſi quid ex juba deciſum eſt , ſi quid extrà ordinem jacuit , niſi omnia in annulos ſuos reciderunt .*

60. *Parcius excruciat buxo &c.* Philodemus capillos ſuos colit , aſſiduè pectendo . Dixit autem *buxo* , ad denotandum frequentiorem uſum pectines conficiendi ex hac exiguâ arbore, vel quia cæteris durior ſit , vel quia cariem non ſentiat , Lepidè ſiquidèm Satyricus mordet Philodemum , dum aſcititiam ipſius comam ex incultâ Satyrorum barbâ confectam eſſe dixit, ideòq; parciùs ille pectine excruciat, utpotè rigidam, hiſpidam, & incultam, adeout huc ſpectare videatur illud Juven. Saty. 9. v. 12.

Horrida ſiccæ
Sylva comæ

60. *Faſſuſque Decembres &c.* Ideſt, ætatis ſuæ annos , quos antea celare nitebatur . Partem anni pro toto poſuit , ut jam Martialis lib.12. Epig.18.

Me multos repetita poſt Decembres
Accepit mea , ruſticumque fecit
Auro Bilbilis , & ſuperba ferro .

December anno finem imponit; fortè hac dictione uſus ad annorum integritatem denotandam ; niſi mavis , & fortè efficacius

Et quotquot dubias flaveſcere vidit ariſtas,
Declinat ſapiens teneri contagia menti.
Te quoque, Rulle, fugit, maturæ vinitor uvæ,
Et ſpurco damnat fluitantia carmina muſto,

65 *Car-*

NOTÆ.

cius anni in duas partes diviſionem in Decembrem, & tempora meſſis, æſtatem, brumamque ſignificari, quæ licèt in unum cum priori vi ſignificationis reincidant, melius tamen ſenſui hujus loci quadrant, & in partem deſumpta videntur ex altero Martialis, videlicèt lib. 10. Epig. 104.

Ut ſodales
Paucos, & veteres, & ante brumas
Triginta mihi, quatuorve viſus
Ipsà protinus à vià ſalutes.

61. *Et quotquot dubias &c.* Ariſtæ extremæ ſpicæ partes, quæ primæ areſcunt, & veluti ſpinæ quadam frumentum ab avium minorum morſu tuentur: Ità ex Cic. in Cato.; Dixit dubias, quia ut ſæpiùs accidit vi ventorum actæ arundinum in morem undique volvuntur. Quod autem reſpicit intelligentiam hujus loci accipiuntur à Sectano pro ipsâ æſtate, eo modo, quo Virg. Eclog. 1.

Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.

63. *Te quoque Rulle &c.* Philodemus fidiſſimum ſemper expertus eſt Rullum, utpotè præ omnibus aliis amicis moribus ſuis accomodatum: Hinc eum fugere, & vitare maximum ſanè opus, ſpecialique dignum monumento.

63. *Maturæ vinitor uvæ &c.* A vindemiâ, quam metro deſcripſerat, ſatis quidem ineptè, & apud Arcades recitaverat; Hanc pridem maximis encomiis, & laudibus ad cœlum uſque tulerat Philodemus, nunc damnat, palinodiam recantando.

64. *Et ſpurco &c.* Dixit fluitantia ſpurco muſto non ſolùm, quia in iis de vindemiâ agitur, ſed quia ſunt incondita, & malè compacta: Fortè ab homine ebrio metaphoram ſumpſit, qui vini vi correptus, per vias incedendo, hinc inde labat, & quaſi fluit; vel potius fluitantia nuncupavit, ac ſi vino innatent.

65. *Car-*

65 *Carmina, quæ quondam noſtris Paſtoribus ipſe*
Laudarat nimium, cæſiſque incidere truncis
Juſſerat Arcadiæ, benè reſponſura, Creantor

Et

Notæ.

65. *Carmina, quæ quondam &c.* Vanitatem Rulli deſignat, qui in laudem ſui ipſius effuſus eſt, neſciens *deforme eſſe de ſe ipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum*: Cic. 1. offic.

66. *Cæſiſque incidere truncis &c.* Carmina, amantium præcipuè, ſicut & nomina arborum corticibus à Paſtoribus incidi ſolita abundè, & elegantèr probat Ovid. epiſ. 5. Heroid., ubi Paris Oenoni ſcribit in hæc verba:

> *Inciſæ ſervant à te mea nomina fagi:*
> *Et legor Oenone falce notata tuâ.*
> *Et quantùm trunci, tantùm mea nomina creſcunt:*
> *Creſcite, & in titulos ſurgite rite meos.*
> *Populus eſt (memini) fluviali conſita ripâ,*
> *Eſt in qua noſtri littera ſcripta memor.*
> *Popule, vive precor, quæ conſita margine ripæ,*
> *Hoc in rugoſo cortice carmen habes.*

Videtur hunc morem imitari voluiſſe Rullus Paſtor Arcadicus, ideòque ſua carmina truncis incidi optaſſe, & præcepiſſe; Moris ſervantiſſimus Philodemus eſt, ideò appoſitè ad Paſtorem inciſionem carminum in arborum corticibus deſignat; nam Paſtores in medio lucorum, aut ipſis lucis proximi inhabitant, aut certè amœna arva arboribus conſita, maximèque conveniunt Arcades.

67. *Benè reſponſura &c.* Senſus eſt, Philodemum damnare inepta Rulli carmina prius laudata, quæ author dicit benè, imò optimè reſpondere, & conſona eſſe legibus Arcadum ab ipſo Philodemo conditis.

67. *CREANTOR &c.* Tria verba, aut his affinia, quorum frequens uſus in legibus Arcadicis, ſermone veterum Latinorum jam obſoleto, & ad normam legum duodecim tabularum compoſitis; Has autem vide typis Antonii de Rubeis Romæ vulgatas anno 1696. inter erudita Opuſcula Ja: Vincentii

Et Fuat, Et Sunto, *ſcriptæque in marmore Legi.*
Quin etiam veſana manu diſcerpſit utrâque
Somnia Lucretj, nec te tua, Pindare, laurus;
Protegit, & Bacconfato exhalavit eodem
Triſtem animam; Craſſo digeſta volumina libro
Vol-

NOTÆ.

Gravinæ. In eis ſiquidem leges, *eſto* pro *ſit*, *creator*, *removetor*, pro *creetur*, & *removeatur*; *adſunto*, *retineto*, *eligito*, *aſſumito*, *ſunto*, *dividuntor*, *diſpertiuntor*, *committitor*, *fuat*, *iterantor*, & ſimilia, pro *adſint*, *retineat*, *eligat*, *aſſumat*, *ſint*, *dividantur*, *diſpertiantur*, *committatur*, *fiat*, *iterentur* &c.

68. *Scriptæque &c.* Loquitur de legibus ipſis Arcadicis, quæ in marmore ſculptæ viſuntur in hortis Farneſianis, ubi Arcades convenire ſolebant, antequàm novo exilio plecterentur, & ad Montis Aurei radices, ſubjectaque Monti prata ſe reciperent.

69. *Quin etiam veſana &c.* Proſequitur Lupus Philodemicę reſipiſcentiæ, & converſionis indicia enumerare, videlicet, quod diſcerpſerit, & laceraverit Lucretium, Pindarum, & Bacconem; Authores, quos, uti profundioris ſapientiæ numina, pronus, venerabunduſque adoraverat, & in quorum gratiam cæteris, cujuſcumque eminentioris notæ forent, inſultare non veritus fuerat.

70. *Somnia Lucreti &c.* Quia noſtræ fidei ejus de naturâ rerum principia contraria ſunt.

72. *Nec te tua Pindare &c.* Diximus ſupra, Laurum à fulminis ictu quotquot eâ teguntur defendere, ſi vera tamen illorum, qui ità de ipsâ philoſophati ſunt, ſententia: Illam Notam videat Lector.

72. *Craſſo digeſta volumina &c.* His repudiatis ad legum ſtudia ſe contuliſſe Philodemum Lupus refert: totoſque de juris prudentiâ libros perlegiſſe, quos Digeſtos vocant; quia hi inter Juſtinianeos Codices non minimam Juris Civilis partem faciunt, & in novum, ac vetus digeſtum diviſi Iuriſperitorum manibus quotidiè teruntur.

73. *Ta-*

Volvuntur, tabulaſque legit peccare vetantes ,
Et clamoſa vagis ſucceſſit Curia muſis ;
Jura, forumq; placent, & barbara nomina diſcit
Cauſidicus . Quid rides ? Vidi ego; Rapula nuper
Cum

Notæ.

73. *Tabulaſque legit &c.* Leges , per quas non ſolùm crimina prohibentur , ſed etiam puniuntur . Forſan de Legibus XII. Tabularum intelligit .

74. *Et clamoſa vagis &c.* Curia , ut habet Feſtus, locus ubi publicæ curæ geruntur , & judicia exercentur , quam Græci βουλευτήριον , & ἀρχεῖον dixere , Plutarch. βουλευτήριον πόλεως nuncupavit, nec diſſimiliter Cic. 4. in Verrem . *Ut in Curia Syracuſis , quem locum illi* βουλευτήριον *vocant* . Quo autem ad ἀρχεῖον attinet , hic non ſolùm locus Collegii , Judicumque colligendorum , de quo Pauſanias , ſed & in Ageſilao , ac Cleomene apud Athen. eſt τὸ ἀρχεῖον , *archivium* , quod *tabulatum* dixere Cic. & Virgil. Georg. 2. v. 502. , nempè armarium , & inſtrumentum publicum , in quo acta publica aſſervantur , Suidæ, & Hesychio , *cartophylacium , in quo publicæ ſcripturæ ſervantur* . Virgilii autem locus jam citatus ita ſe habet .

Nec ferrea jura ,
Inſanumque forum , aut populi tabularia vidit .

Inſano autem foro *clamoſa curia* optimè reſpondet ; quadrantque illa Propertii .

Et vetat inſano verba tonare foro .

Cùm inſaniâ conjuncta rabies , quam foro attribuit Papin. 3. Sylvar. . & arma , quæ Ovid. 4. Triſt. Eleg. 10. Qui autem de tabulario differentes Authores audire cupit , adeat Livium lib. 43. , Cicer. pro Archia , & lib. 3. Natu., qui tandem plura deſiderat de actis , quæ ad tabularium referebantur , conſulat Lipſium in lib. 5. annal. Taciti .

75. *Et barbara nomina diſcit &c.* Nulla apud legulejos linguæ latinæ venuſtas , imò barbara plerumque locutio , ut legenti juriſprudentum conſulta obvium eſt .

76. *Cauſidicus &c.* Pro Iuriſconſulto , Advocato , & Patrono , qui in cauſis , judiciiſque verſatur . Vox Ciceroni 1

Cùm peteret notum Philodemi limen, & ora
Per-

NOTÆ.

de Oratore, Juven. Saty. 7. v. 106., aliiſque optimæ notæ Scriptoribus uſurpata.

76. *Vidi ego &c.* Horum, quæ narravit, ſe teſtem inſinuat Lupus, Philodemique non tantum patrocinium, ſed ex patrocinio victoriam miſeram quandam viduam conſecutam eſſe aſſerendo: Exerat nunc è ſuis foribus, quaſi trophęum, palmam Philodemus, & antiquitatis amantiſſimus vetuſtum morem ſervet, de quo Juvenal. Saty. 7. v. 118.

Rumpe miſer tenſum jecur, ut tibi laſſo
Figantur virides, ſcalarum gloria, palmæ.

76. *Rapula nuper &c.* Miſera, & pauperrima fœmina, cui pars non ultima, nec minima patrimonii, Gallina, quam fures ei abſtulerant. At non tantùm miſerrima fœmina, ſed & Meretrix obolaris, ut videre eſt apud ipſum Sectanum Saty. 10. in fin.

Mœrenſque in limine tabet
Rapula, & adventum ſeri ſuſpirat amantis.

77. *Cùm peteret notum &c.* Non notum ipſi, quæ fortè erat ſolita etiam noctù ad amatorem ſuum accedere, ſed jam jam Curiæ, ubi cauſas litigantium patrocinabatur.

77. *Et ora &c.* Doloris maxima nota, cùm fit impetus in propriam faciem. Plura hujuſcemodi habent antiqui Scriptores. Virg. 12. Æneid. v. 606.

Et roſeas laniata genas.

Senec. ad Marciam cap. 6. *Ingerantur lacerato pectori manus, & in ipſam faciem impetus fiat.* Propriè autem apponitur ad fœmineam actionem exprimendam, nam nullibi, niſi quo loco de fœminis agitur, hoc legitur expreſſum: Id ultrà allatos teſtes, exprimunt Sophocl. in Antigone de Iſmene.

Sanguineam
Faciem deformā
Madefaciens formoſas genas.

Euripid. in ſupplicib.

Per genās unguem candidum
Cruentate.

Idem

Percutiens, miſeram ſeſe, viduamque vocabat,
Cui ſublata fuit furto gallina; ſed ipſe
Commiſerans caſum, lacrymas abſtergere vultu,
Jam-

Notæ.

Idem denuò de Hermione in Andromache, Ovid. in Epiſt. Oenonis ad Paridem, Calaber lib. 3. de Briſeide. Alios innumeros libenter mitto brevitatis amore.

78. *Miſeram ſeſe, viduamque &c.* Vidua ſemper perſona miſerabilis ex legum præſcripto exiſtimata, ideòque ad ei ſuccurrendum plurima privilegia conceſſa, ut conſtat ipſi Philodemo, qui excellentiſſimus Juriſperitus jam evenit, ac ejus patrocinium, ac tutelam coram Judice ſuſcepit. Adde etiam, quod ſe Viduam vocabat ob ablatam gallinam, & meritò, quia cùm ſit publica Meretrix, & proindè filios habere nequeat, nec virum habeat, pro totâ ejus familiâ gallina erat.

78. *Vocabat &c.* Maximæ vociferationes in dolore non inſolitæ. Has Virg. 12. Æneid. v. 612. Latino in miſeranda uxoris morte concedit.

Multaque ſe incuſat.

Harum mentionem habent Homerus.

Omnes cum ululat manus ad Palladem protendebant.

Et Tacit. 4. Hiſt. *Ubique lamenta conclamationes, & fortunæ captæ Urbis.* Negat tamen has cum fletu conclamationes viris; fœminis tantùm, atque adeò Rapulæ noſtræ concedit Pacuvius in Nitris.

Conqueri fortunam, non lamentari decet:
Id viri eſt officium; fletus muliebri ingenio additus.

79. *Cui ſublata fuit &c.* En doloris cauſam in muliere, patrocinii verò in Philodemo: Admiretur hujus Satiræ Lector Sectani ingenium, qui ex minimis maximum deducit argumentum ad convincendam Philodemi inſaniam, eumque ut riſu dignum in omnibus palàm proponendum.

80. *Lacrymas abſtergere &c.* Abſtergere eſt idem ac purgare, quod dixit Ovidius 9. Metam. ſiccare.

Lacrymas & pollice ſiccat.

Sic

Jamque bono jubet eſſe animo. Dictare libellos
Protinus aggreditur galli patronus abacti,
Cui

NOTÆ.

Sic per translationem *abſtergere dolorem* dictum fuit Cicer. ad Q. Frat. l.2. Epiſt.12., *abſtergere fletum* eidem 14. Philipp., & *abſtergere luctum* 3. Tuſcul.

81. *Iamque bono eſſe &c.* Ideſt confidere de bono exitu cauſæ, ſequutus in uſu optimæ phraſis Cicer. de Divin.1. *Bono animo te juſſiſſe eſſe*, & ad Attic. lib.5. *Quare bono animo es*, necnon Livium 5. Belli Pun. *Bono animo eſſe jubere*. Itaut totius propoſitionis ſenſus ſit, non ſolùm ipſi Rapulæ lacrymas compeſcendas, & ab ulteriori fletu abſtinendum, ſed efficacitèr conſolandum, & de optimo rei eventu ex Gallinæ recuperatione confidendum, ipſo Philodemo jubente, & patrocinante.

81. *Dictare libellos &c.* Apud Legulejos libellus diverſis modis dicitur, nam libellus accuſationis, conventionis, repudii, & huiuſmodi; ni potiùs hic libellum, pro conſilii confectione poſuerit, ut videtur indicare quod ſtatim ſequitur, ex quo conſilio per adductas rationes, & Juriſconſultorum placita, cauſæ juſtitia apud Judicem reſultet. Cęterùm dictare Juriſconſultorum phraſis propria eſt, unde dictare actionem, eſt idem apud eoſdem, quam impingere, & dicere rationem, ut advertit Budæus, ex Paulo in l. Non diſtinguemus, §. Illud, D. de recept. Arbitr. *Sed hoc tale erit, quale ſi actionem velit dictare*, hoc eſt, actionem inſtituere, formulam intendere, cum aliquo experiri apud Judicem, quod & idem Paulus in l. Si ſervus, D. de Noxal. act. expreſſit per illud, *Iudicium dictare*. Videat quæſo Lector, nullam in Sectano lineam eſſe, ubi pleniſſimè mos, phraſiſque non ſervetur, rei, de qua agitur, accomodata.

82. *Galli patronus &c.* Jocum ex more miſcet, illum furti ablatæ Gallinæ defenſorem nuncupando; Patronus ſiquidem defenſor eſt in Judicio; de quo nomine Pædianus ſic diſtinguit. *Qui defendit aliquem in Iudicio, aut patronus dicitur, ſi Orator eſt: aut Advocatus, ſi jus ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico: aut Procurator, ſi negotium ſuſcepit: aut cognitor, ſi*

Cui rubrica favet Marcelli proxima primæ.
Quin etiam Baſilum deprehenſum in crimine turpi,
Et flentem puerum merito tutatur ab igne;

Et

Notæ.

ſi præſens cauſam novit, & ſic tuetur, ut ſuam. Non tamen ità rigorosè diſtinxere Authores, nam patronum genericâ ſignificatione quemcumque cauſarum apud Judicem defenſorem nuncupavere, uti habent Plaut. in Moſtella.

Qui pro me cauſam diceret, patronum liberavi.

Cic. pro Sext. *Conventus Capuæ me unum patronum adoptavit*, & Ovid. 1. de Arte.

Qui modo patronus, jam cupit eſſe cliens.

83. *Cui rubrica favet &c.* In promptu lex eſt, qua Rapulæ bonum jus fundatur, nempè l. Marcellus 2. D. de Abigeis, quam Vulp. lib. 5. ad edictum dictavit, Juſtinianus verò digeſtui novo inſeruit tit. de Verbor. ſignif. 9., qua contra raptores diſponitur, atque ita pronunciat: *Marcellus apud Iulianum notat, verbo rapuiſſe, & ſciſſum, & fractum contineri, & vi raptum;* ex qua infert Gloſs., quam citat hîc patronus ſub nomine rubricæ, Rapulæ actionem competere vì bonorum raptorum. Sed in Judicio ſiſto contra Philodemum patrocinantem Gallinam. Sed de dolo non agitur in re minori duobus aureis, ut D. de dolo l. Si oleum §. fin., & l. ſeq. At palmam cedo, nam furtum etiam in Gallinâ committi promptè nimis ſuggerit Patronus noſter ex §. Gallinarum Inſtit. de rer. diviſ. ibi: *Et qui lucrandi animo ea animalia detinet, furtum committere intelligitur.*

83. *Proxima primæ &c.* Gloſſa, qua ſenſus legis, Marcellus, explicatur, eſt ſecunda ſub litt. O.

84. *Quin etiam &c.* Alteram Baſili cauſam quoq; patrocinatur, qui de turpi crimine accuſatus fuerat apud Prætorem.

85. *Tutatur ab igne &c.* In pœnam hujuſcemodi delicti debito.

86. Et

Et quamvis textu lex Julia pugnet aperto;
Neſcio quam græco produxit codice legem,
Quæ negat eſſe reos; animum res ardua torquet
Judicis, & dubiâ pendet ſententia mente.
Non hæc parva quidem; verùm majora ſuperſunt

Argu-

Notæ.

86. *Et quamvis &c.* Notiſſima, clariſſimaque lex contra Baſilum pugnat, nempè l.Cum vir nubit.31. C. ad l.Juliam de adulteriis, quæ ſic jubet. *Cum vir nubit in fœminam viris porrecturam, quid cupiatur, ubi ſexus perdit locum? ubi ſcelus eſt id, quod non proficit ſcire? ubi venus mutatur in alteram formam? ubi amor quæritur, nec videtur? Iubemus inſurgere leges, armari jura gladio ultore, ut exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui ſunt, vel qui futuri ſunt rei.* Hujus autem legis adducuntur Authores Conſtantinus, & Conſtans AA., ut habet eadem rubrica, ex quâ mors reis indicitur; at in Jure Canonico, quod ſanguinis legibus averſatur, hi criminoſi excommunicatione, & in Monaſterium detruſione ex Alex. PP. decreto mulctantur in tit. de exceſs. Prælat.

87. *Neſcio quam Græco &c.* Aut fictam, aut malè interpretatam Græcam legem afferre ſtudet Baſili Patronus, contrariam legis præfatæ clariſſimæ diſpoſitioni. Sed quæ lex, qua vitium alatur? Fortè hìc Sectanus veteres Græcos taxat de hoc crimine culpandos. Sed nos extrà orbitam ne ducant Plato, & ſi qui alii apud Laert. in Vitis Philoſophorum.

88. *Animum &c.* Arduitatem cauſæ concipientis ex legum productarum conflictu, à quo ob imperitiam præcipuè linguæ Græcæ ſe extricare nequit; unde cogitur cauſæ deciſionem differre, quouſque inventus fuerit, qui legem, uti reo faventem, adductam, meliùs explicet, aut ſaltem examinet, quæ nam admittenda, quæve repudianda ſit.

89. *Et dubiâ pendet &c.* Pro opinione, & credulitate ſententia hìc ponitur, quæ adhuc dubia ex adductis eſt apud Judicem. Quoad phraſim, ea conſona eſt veterum, meliorum-

que

Argumenta viri ; factus nam ſanior Aulam
Deſeruit,Procerumque fugit conſortia,quamvis
Egregium ſuſpiret vatem, & habere ſuorum
In

NOTÆ.

que Authorum uſui, nam eidem conſonant, Ovid. 3. de Pont. eleg. 4.

Dubia eſt ſententia nobis.

& Plaut. Epid. 10.

Quid nunc, qui in tantis poſitus ſum ſententiis,
Eum ne ego ſinam impunè?

91. *Factus nam ſanior aulam &c.* Nunquam graviùs illuſit Philodemo Sectanus, quam hoc loco: nam proponens ſibi majora jam dictis, adhuc dicenda de eo ſupereſſe, tantam expectationem ad minimum aliquid reducit, videlicet, quod aulam Romanam frequentare ceſſaverit, & negotia, quibus ipſe vacabat, infecta reliquerit. Atqui jam antè diſſeruerat illum meliùs de Fide ſentire, Eccleſias, ſibi anteà ignoratas, frequentare, Divinæ providentiæ, non fato rerum humanarum eventus tribuere, pias ad Deum preces fundere, & ſimilia. Forſan hoc minus, quam ſimplicitèr aulam deſerere? Nullibi magis Satyrus eſt noſter Poetà, quam hic; nec jam acriùs eum momordit, & laceravit ejus mores, quam cum talia majora eſſe reſpectu præcedentium effatus eſt; Niſi maluerit dicere tot mala ex aulà accepiſſe, nempè promovente ambitione, qua tenebatur; nam aliter de aulâ Romanâ ſentire Sectanum minimè probabile eſt, qui de SS. PRINCIPE eam moderante tàm bellè prædicat, & de ejus admirandis operibus ubiquè meritò triumphat in his Satyris.

92. *Procerumque fugit conſortia &c.* Queis tantùm gloriabatur, & tumeſcebat, quaſi eis ſuperior virtute, & conditione æqualis fuerit; agnoſcens fortè quod, ut ait Plato de leg. dial. 6. *Æqualia inæqualibus inæqualia fiunt, niſi menſuram accipiant;* aut quia certior factus ex Bernardi teſtimonio, quod *fœda admota pulchris, pulchriora reddunt pulchra, & magis fœda redduntur.*

In numero Proculejus amet; non vellera cocco,

95 Aſſy-

N O T Æ.

94. *Proculejus amet &c.* Eques Romanus optimus, in viros doctos, & in amicos liberaliſſimus, de quo Juven. Saty. 7. v.94.

Quis tibi Mæcenas? Quis nunc erit Proculejus?

Et Horatius.

Vivet extento Proculejus ævo
Notus in fratres animi paterni.

Fortè idem, ac qui Proculus Mart. Epig.71. lib.1., de quo viro humaniſſimo, & Patricio ſic habet.

Vade ſalutatum; pro me liber ire jubebis
Ad Proculi nitidos officioſè Lares &c.
Nos pete, nec metuas faſtus, limenque ſuperbum:
Nulla magis toto janua poſte patet.
Nec proprior, quam Phœbus amat, doctæque ſorores &c.

94. *Non vellera cocco &c.* Coccum granum ex arbuſculâ ilici ſimili, quod ad purpuram tingendam adhibetur, atque primo loco uti nobiliore, ponitur à Plin. l.21. c.8., ubi dicit: *Animadverto tres eſſe colores principales, vnum in cocco, qui in roſis micat*; de quo etiam Strabo lib.10. *Frutex Fullonius, cui adhærent grana, quibus fit color lanarum præcipuus.* Ejuſdem ſæpè meminit Martial. lib.3. Epig.2. de ſuo libro.

Et te purpura delicata velet
Et cocco rubeat ſuperbus index.

Lib.5. Epig.24. ad Baſſum fictum Equitem.

Non niſi vel cocco madidà, vel murice tinctà
Veſte nites.

Et lib. 10. Epigr. 76., in quo conqueritur muliones locupletari, Poetas verò negligi, & concludit.

Cocco mulio fulget inciſatus.

Hinc *coccinatos viros*, pro viris, qui veſte cocco tincta utuntur, dixit lib.1. Epigr.97., ſicut & ipſas veſtes cocco imbutas, *lacernas coccinatas* lib.4. Epigr.131.

Diſcrimen autem veſtis purpureæ à coccineâ habes à Brodæo lib.1. Miſcel., quem vide. Hodiè tamen confunduntur colores coccinei, & purpurei.

95. *Aſſy-*

Aſſyrioque ſtudet depingere murice lanas

Con-

NOTÆ.

95. *Aſſyrioque murice &c.* Qui piſcis marinus ex concharum genere, ex cujus humore fit excellentiſſimus color, quo veſtes pretioſiores tinguntur, pretium ab ipſo colore præcipuè habentes. De hoc Perſ. Saty.2. v.65.

Et Calabrum coxit vitiato murice vellus.

Virg. lib.9. Æneid. v.614.

Vobis picta croco, & fulgenti murice veſtis.

Martial. lib.1. Epig.50.

Olidæque veſtes murice.

Lib.4. Epig.4.

Quod bis murice vellus inquinatum.

Et lib.8. Epig.48.

Non quicumque capit ſaturatas murice veſtes,
Nec niſi deliciis convenit iſte color.

Quod autem Sectanus eum Aſſyrium vocet, dupliciter accipi poteſt: vel ad denotandum eo Aſſyrios, pluſquam alias gentes, uti conſuetos, utpotè qui ſint molles, & delitiis, luxuique dediti, commune malum omnium populorum Aſiaticorum, undè eorum mollitiem rectè taxat Juvenal. Satyr.8. v.159. ex abuſu unguentorum, qui ex Syria mitti ſolebant, ibique etiam ad exterorum luxum provocandum parabantur, dicens

Obvius Aſſyrio (ſic legendum Dorleans cenſet pro aſſiduo)
Syrophœnix udus amomo.
Currit, Idumeæ Syrophenix incola portæ.

Vel ad indicandum tantùm in Syrià, quæ teſte Plinio lib. 21. c.8. cum Aſſyria, ut plurimum affinitate nominis confunditur, pretioſiori murice lanas tingi, præcipuæ apud Tyros ejuſdem Regionis populos, ut innuit Mart. l. 14. Epig. 156. ubi præciſe agit de lanis Tyriis, quas nobiliori colore tinctas prædicat, quam Lacædemonias; narrans eas à Paride Helenæ, has verò uti deteriores Lædæ ejus matri dono miſſas.

Nos Lacedemoniæ paſtor donavit amicæ
Deterior Ledæ Purpura matris erat.

 Nec-

Necnon lib.8.Epig.10. de Baſſo qui veſtes maximi pretii emerat, & non ſolverat.

Emit lacernas millibus decem Baſſus
Tyrias coloris optimi.

Tandemque lib.9. Epigr.23.

Ut lutulenta linat Tyrias mihi mula lacernas

De murice, quem conchylium Cooum ſcribit, meminit Juven. Saty.8.

Spartana Chlamys, conchylia Coa.

Ubi plurima nos paucorum verborum complexu docet, ſcilicet Spartanarum, videlicet Lacanicarum, Lacedæmoniarumque veſtium colorem, quem tamen Tyrio inferiorem eſſe ſuprà ex Martiale dixi, eſſe pretioſum, laniſque ex eo tinctis militare indumentum magis decorum confici ſolere, ut clarè tradunt Plin. lib.9. c.36., & Caſſiodo. lib.6. Epiſt. 21. Secundò in Inſula Coo, (quæ eſt Urbs, & Inſula in Mari Ægæo circa Cariæ oram, teſte Pompon. Mel. lib. 2. c. 7.) inveniri hæc conchylia (quæ ut inquit Plin. loco cit. florem tingendis expetitum veſtibus in mediis habent faucibus) necnon ex eis veſtimenta tingi. Certè de Cois veſtibus alii plura tradunt Authores, ſed nullus ex his, præter adductum Juvenalem, conchyliorum, & muricis in eâ Inſulâ repertorum mentionem facit; quin imo contrarium ſuadere omnes uno ore videntur, non tantùm quod de iis ſileant, ſed quod ſolùm doceant veſtes Coas tenuiſſimas ex Bombyce fieri ſolitas ad fœminarum ornamentum, ſed non honeſtum, ut videre eſt ex Horatio l. 1. Saty.2. v.101.

Cois tibi penè videre eſt,
Ut nudam: nè crure malo, nè ſit pede turpi.

Quarum inventionem Pamphylæ cuidam fœminæ ex eâdem Inſulâ tribuunt Ariſt. de Hiſt. Animal. lib.6., Plin. l.11. c.22. *Non fraudandæ gloria excogitatæ rationis, ut denudaret fœminas veſtis;* ad quod videtur alludere Tibullus.

Illa gerat veſtes tenues, quas fœmina Coa
Texuit, auratas diſpoſuitque vias.

Viros etiam uſurpaſſe has veſtes levitatem propter æſtivam prodit Plin. lib.cit. c.23. in hæc verba prorumpens. *Nec puduit has veſtes uſurpare etiam viros, levitatem propter æſtivam. In tantùm à loricâ geſtandâ diſceſſere mores, ut oneri ſint etiam*

veſtes

veſtes. At Coo relicto Apellis, & Hippocratis celeberrimâ Patriâ, ad coccum, & muricem, etiam paulisper redeamus. Conjungit Petr. Arbiter. in Satyrico. *Nulla aut non conchyliatum, aut coccineum tomentum habent*. Fortè utrumque colorem per particulam disjunctivam, uti diverſum, voluit denotare. Quidquid ſit & coccineum, & conchyliatum ſub nomine Purpuræ confunditur; quam Græci πορφύραν nuncupant. Ita accipiunt Authores, qui ejus meminerunt, præcipuè Juvenal. Saty. 11. v. 155., ubi ejus flammeum, & igneum colorem optimè explicat.

Qualis eſſe decet, quos ardens purpura veſtit.

& Horat. Ode 1. lib. 3.

Nec purpurarum ſidere clarior
Delinit uſus.

Hinc ex colore nomen ipſum Græcum πορφύρ, quod *flammeam* ſonat: Eam etiam ſub oſtri nomine agnoſcimus ex Græco idiomâte deſumpto, cui conchylion, ex quo purpura, & murex trahitur docente Vitruv. l. 7. c. 1., & 14., ὄστριον propriè appellatur, à quo ὄστρον ipſa conchylii ſanies, qua color conficitur. De uſu hujus vocis nunc etiam paſſim Authores tàm Latini, quàm Italici nos certiores reddunt: Ex antiquis tantùm afferam Virgilium Poetarum Latinorum Principem lib. 12. Æneid. v. 67.

Flagrantes perfuſa genas &c.
Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro.

Nobiliſſimumque Poetam Valer. l. 4. Argonaut.

Lyda nurus ſparſo telas maculaverat oſtro.

At nè longiùs à mente noſtri Satyrici abeamus, illud affirmamus eum noluiſſe hoc loco Philodemum fullonem agere, ſed totum id ait, ut ipſum argueret, quod alicui dignitatem aliquam Eccleſiaſticam forſan Cardinalitiam jam paraſſe jactaviſſet, ideoque adhuc Romæ maneret, ut opus ipſum compleret. Cardinalibus ſiquidem purpurea veſtis eſt, ut oculis cujuſcumque patet, hinc dicti *Patres purpurati*. Qui color ad Eminentiſſimam eorum in Eccleſiâ Dignitatem denotandam ipſis traditus eſt à Summis Pontificibus, ut Regibus, ſicut inquiunt, æquipararentur, quandoquidem jam ab antiquo Regibus tributus, ut proprius, & peculiaris, fuit. Firmant hoc Virgil. Georgic. 2. v. 495.

Illum

Illum non populi faſces, non purpura Regum
Flexit.

Seneca, Claudianus, Statius relati à Delrio. Imo & Imperatoribus, Cæſaribuſque, apud Herodianum lib. 1. Commodo datur βασίλειος πορφυρὶς, qui lib. 2. Nigro Πορφῦραν βασίλειον nuncupat, & ut tandem nobiliſſimo teſte omnes comprehendam, addo Greg. Nazianz. Orat. 1. contra Julianum, qui ita de Imperatoribus ſcripſit. *Neque enim ſatis ſunt coronæ, diademata, & nitor, ſeu flos purpuræ.* Si quis autem antiquiora de hoc more monumenta deſideret adeat Severum Sulpitium qui libro 2. Sacr. Hiſt. veſtem purpuream Balthaſari aſſignat, ex eo quod Daniel. 5. num. 7. dicatur. *Quicumque legerit ſcripturam hanc, & interpretationem ejus manifeſtum mihi fecerit purpurà veſtietur*, & num. 16., *Si vales ſcripturam legere, & interpretationem ejus indicare mihi, purpurà veſtieris*, & num. 29. *Tunc jubente Rege indutus eſt David purpurà &c., & prædicatum eſt de eo, quod haberet poteſtatem tertius in Regno ſuo.* Ex quibus datur intelligi jam ex tunc purpuram Regiæ dignitatis inſigne eſſe, hinc ad Cardinales meritò hodiè translata, qui Eccleſiæ Principes tantò ſæcularibus eminentiores, quantò Spiritualia temporalibus ſunt.

95. *Depingere lanas &c.* Quis cocci, muricis, & purpuræ color fuerit contendunt Scriptores. Veriorem, uti putamus, ſequemur ſententiam, ſcilicet ſecundùm antiquos differre coccinum à murice, ſeu purpurâ; id in primis ſuadentibus verbis l. Si cui lana 70. §. ult. ff. de legat. 3., ubi dicitur; *Purpuræ appellatione omnis generis purpuram contineri puto, ſed coccinum non continebitur &c. fucinum, & janthinum continebitur.* Purpuram, ſeu purpureum colorem ita ſiquidem deſcribit Plin. lib. cit. *Lauſei ſumma color ſanguinis concreti, nigricans aſpectu, idemque ſuſpectu refulgens. Undè & Homero purpureus dicitur ſanguis.* Alterius generis purpura, coloris ſcilicet violacei nigricantis, ut ſcribit Virg. 4. Georg. v.

Violæ ſublucet purpurà nigræ

Cui conſentiunt Horat. l. 2. Epiſt. 1.

Lana Tarentino violas imitata veneno.

Et Cornelius Nepos, qui obiit ſub Principatu Auguſti, apud Plin. lib. 9. cap. 39. *Me Iuvene violacea purpura vigebat.* Quod autem ad colorem ex cocco confectum pertinet, is non viola-

ceus

Conſilio adjutus Cinnæ, vafrique Cuculli ;

Am-

Notæ.

ceus, non ſanguineus, nec nigricans eſt, ſed rubicundus, ac ſplendidus, ut aſſiduo uſu patet, proptereaque vocamus *color di granu, o carmiſino*, de quo Authores ſupra citati perhibent teſtimonium, & præſertim de ejus fulgore Martial. ibi adductus. Hæc diſtinctio nominis ſatis rigidè uſque ad ævum Auguſti ſervata, & ex ipſa coloris qualitate deſumpta, ſed poſteà additus eſt rubor ille eximius, ut clarè liquet ex eodem Plinio. Indè factum ut jam purpureus cæperit ſumi pro colore ſplendenti, & coccineo; Indè veſtem, qua Chriſtus indutus eſt per ſummum dedecus, coccineam rectè accipere poſſumus, nam quamvis Marcus cap. 25. eam vocet πορφύραν, & Joan. c. 19. τό πορφυροῦν ἱμάτιον, attamen Matth. clarè c. 27. *Χλαμύδα κοκκίνην*, & Lucas ἐσθῆτα λαμπράν nominant. Ubi vides ut purpura Marci, & Joannis dicatur à Lucâ *ſplendida*, & à Matthæo *coccinea*, quod nullibi reperias antè ævum Auguſti dictum fuiſſe ab aliquo ex illius ævi ſcriptoribus. Quidquid autem ſit de his coloribus, ſatis eſt ad rem noſtram, & violaceum, & purpureum, & coccineum veſtibus Cardinalitiis aptum, utroque enim utuntur pro temporum qualitate, in pervigiliis enim Sanctorum, in diebus luctus Eccleſiaſtici, pœnitentiæ, & Quadrageſimæ color adhibetur violaceus, at tempore Paſchali, ſolemnioribuſque feſtis, diebuſque lætitiæ ſplendidâ, & maximè rubicundâ purpurâ amicti incedunt.

95. *Conſilio adjutus &c.* Duos habuit conſiliarios Philodemus, quibus dirigebatur ad opus, quod inchoaverat perficiendum, Cinnam ſcilicet, & vafrum Cucullum.

96. *Cinnæ &c.* Cinna Marianis, & Syllanis temporibus omnium crudeliſſimus, quatuor conſulatus functus, qui ob nimiam ſævitiam lapidibus ab exercitu occiſus eſt. Non liquet an tantâ crudelitate hic noſter Cinna præditus ſit, imo contrarium veriùs eſſe ſuſpicandum, nam tantùm vices conſiliarii ſubit, niſi fortè potius feritate linguæ, quam ferri homines enecare profiteatur. Cui conjecturæ anſam dat Martial. lib. 1. Epig. 90., lib. 7. Epig. 42. & lib. 3. Epig. 9.

96. *Va-*

Ambiguiſque notis anceps, & certa repulſæ
Littera longinquum formidat adire Tarentum:
Sunt etenim Romæ, qui dant, adimuntque galeros
Coccineos; vèndunt etiam, ſi credulus emptor
Inci-

NOTÆ.

96. *Vaſrique Cuculli &c.* Cucullum vulgaritèr dicimus *Cappuccio*, qui omnibus Religioſorum Ordinibus communis; Voluit ergo ex qualitate indumenti hominis conditionem indicare; quis autem hic ſit incertum; addita vox vafri callidum, & aliquid etiam pluſquam callidum denotat, ſi Grammaticos ſequamur, apud quos ejus etymon eſt, quaſi valde *Afer*; nam Afros doloſos eſſe animadvertunt Veget. lib. 1. c. 1. dicens: *Afrorum dolis ſemper impares fuimus*, & Plaut. in Pœnul.

Nullus me eſt hodiè Pœnus Pœnior.

97. *Ambiguiſque notis &c.* Senſus eſt, Philodemum paſſum repulſam expaveſcere eam liberè nunciare illi, quem pridem certâ ſpe optatum munus aſſequendi aluerat; nec tantùm pavorem hunc ſibi ineſſe ſi abſolutè, quam ſi etiam ambiguè nunciet.

99. *Sunt etenim &c.* Taxat aliquos Romæ degentes, qui effrontes, & umbram quandam poteſtatis temerè oſtentantes illudunt Heſteris, quibus Romana aula non ſatis nota, foventes eorum ambitionem ſpe maximarum dignitatum eorum ope, & ſuffragiis conſequendarum, vel ſibi illos devincientes, falsò injecto metu, nè noceant. Ars hujuſcemodi helluonum tota tendit, ut indè lucrum quærant; undè dolemus eorùm ſortem, ſi qui ſunt; nam ſub tanto PRINCIPE nulla fraus, nullus dolus dominari valet, ex quo virtuti, non gratiæ præmia, & honores proponuntur, favor, & aurum exulant, quibus tales homines totum jus ſuum tribuunt.

100. *Vendunt etiam &c.* Ideſt, appretiant in propriam utilitatem, quotieſcumque emptorem nimis credulum, ſimplicemque inveniunt, qui eorum nugis, verbiſque fidem præbeat,
neſciat-

Incidat in laqueos, pila vel paganica vento
Inſletur. Malè res ſuccedat, protinùs aſtrum
Sa-

Notæ.

neſciatque ſe ab iis tantùm illaqueari ſub falsâ ſpe honoris aſſequendi, veroque titulo captandi lucri ex falſitate promotâ.

101. *Pila vel paganica &c.* Ideſt, vendunt etiam, ſeu meliùs appretiant, quoties credulitas, & ambitio alicujus locum præbeat eorum avaritiæ, ſeu potiùs neceſſitati explendæ; de his autem dixit ſub vocabulo pilæ paganicæ, cujus mentio apud Mart. lib. 14. Epigr. 45.

Hæc, quæ difficilis turget paganica plumà,
Folle minus laxa eſt, & minus arcta pilà.

Pro cujus loci intelligentia ſciendum pilam paganicam inſtrumentum luſorium eſſe rotundum ad modum ſphæræ, à pagis, hoc eſt, à villis ita dictam, vel quod ibi primò inventa fuerit, vel quia pagani primò illâ uſi ſint; Hanc autem pilo, ſeu plumâ, flatuque plenam fuiſſe conſtat, in eoque à folle, & à pilâ, quam trigonalem nuncupavere, differentem fuiſſe, quod follis maior, & laxior, pila verò trigonalis firmior, & minor fuerit: Teſtem adduco Mart. lib. 14. Epig. 45.

Hæc, quæ difficilis turget paganica plumà,
Folle minus laxa eſt, & minus arcta pilà.

Itaut ei quædam ſimilitudo fuerit cum noſtræ pilæ ſpecie, quam *Pillotta* denominamus. Nunc ad rem; Sectanus noſter quoſdam urbanos vaniſſimos homines folles vento plenos vocitavit, rationemque reddidimus alibi de nominis hujus causâ, præcipuamque duximus à vulgari proverbio, quo de his dicimus, eſſe *Palloni pieno di vento*. Tantùm verò exteros hoſce minoribus pilis aſſimilat, quia plerumque minoris ordinis, nec magnarum Civitatum Patricii ſeſe hujuſcemodi fæcis hominum manibus confidit; cum Magnates propriis meritis, propriâque virtute freti eos abhorreant. Meritò igitur pilas paganicas vento inflatas nuncupavit, eorum moribus, qualitati, ingenioque ſe mirificè accomodando, ipſorumque vanitatem, ambitionem, & ſimplicitatem irridendo.

102. *Malè res ſuccedat &c.* Senſus eſt; ſi negotii malus

Saturni, & toto culpantur ſydera Cœlo.
Nos quoque terrore exilii, ſponſique capiſtri
105 *Ab-*

Notæ.

eventus fuerit, ab his quadruplatoribus non ſibi tribuitur, ſed fortunæ, aſtriſque, ita illudentes miſeris, qui in eorum laqueos incidêre.

103. *Saturni &c.* Reſpondet Italico proverbio, ubi de miſero dicitur: *eſſer nato ſotto una cattiva coſtellatione*; Cœterùm inominata illa, & frigida Saturni ſtella, maleficum, & infortunatum ſydus ab Aſtrologis proponitur, & quibus in ortu affulſerit, infelicitatem portendere aſſeritur. Id habes ex Juven. Saty. 6. v.568., ubi notans mulieres, quæ Aſtrologiæ videri volunt deditæ, aut Aſtrologos conſulunt de qualitate, & potentiâ Planetarum, addit

Hæc tamen ignorat, quid ſydus triſte minatur
Saturni.

Clariùs ex Propert. lib.4. Eleg.1.

Et grave Saturni ſydus in omne caput.

Indè derivatum, quod, ut ait Ptolomæus, hujus Planetæ dominante ſtellâ, cauſam corruptionis fieri propter refrigerationem contendunt; Ex qua ſententiâ Lucanus lib.1.

Summo ſi frigida Cœlo
Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes.

Et Virg. Georg. 1. v.335.

Hoc metuens, Cœli menſes, & ſydera ſerva:
Frigida Saturni ſeſe quo Stella receptet.

103. *Et toto culpantur &c.* Vel quia fuerint averſa, vel ſaltem non faverint inominatarum ſtellarum malignitatem temperantes, prout de Jovis Stellâ dicitur, cui tribuitur vis ſuis radiationibus Saturnum mitigandi, teſtante Perſ. Satyr. 5. v. 50.

Saturnumque gravem noſtro Iove frangimus unà.

104. *Nos quoque terrore exilii &c.* Minas hujuſcemodi habemus Satyrâ præcedenti, ſicuti, & ſententiæ pœnam decernentis prolationem.

105. *Gau-*

Abſolvit. Gaudere juvat, nam ſemper in ore
Lictor erat, laqueuſque, & prompto remige puppis.
Denique jejuni cenſus, ſeſeque fatetur
Plebejæ gentis, turpem, ſine corde, notandum
Omnibus, & vix aptum humeris efferre locatis
Sandapilam, cui Pupillus non præcinit albus,

Nec

NOTÆ.

105. *Gaudere juvat &c.* De abſolutione ab inflictâ penâ per Philodemi ſententiam. Vide ut benè jocum ſervet, & quemadmodum prius metum, nunc affabrè lætitiam, ceſſante timore; ſimulare noverit. Sic ubique ſibi ſimilis Sectanus nil intactum relinquit, quod ad perfectiſſimum rei propoſitæ ordinem ſpectet.

105. *Nam ſemper in ore &c.* Ideſt, aſſiduè prius exclamabat contra noſtrum Satyricum, & ejus fautores (dicam Italicè, quia habet dictio plurimam energiam) *Galera, e forca.*

107. *Denique jejuni cenſus &c.* Jejunus cenſus, minimus, & fortè nullus, ab effectu, nam quando deſit, fortè invitus quiſque cogitur jejunare &c. quia venditor obſonia ſine pretio tradere recuſat.

108. *Plebejæ gentis &c.* Conditionem propriam, & alia hujuſcemodi fatetur, contra id quod pridem jactaverat de nobilitate &c.

109. *Humeris efferre locatis &c.* Humeros locare dicuntur bajuli, hic tamen de veſpillonibus accipiendus Sectanus, ut ex ſequentibus patere dignoſcitur.

110. *Sandapilam &c.* Genus feretri, quo viliorum perſonarum cadavera efferebantur, prout nos docet Martial. lib. 2. Epig. 81. in Zoilum, cui mortem imprecatur.

Laxior hexaphoris tua ſit lectica licebit;
Cum tamen hæc tua ſit, Zoile, ſandapila.

Pro cujus intelligentiâ, animadvertendum in ſenſu veterum dictum, divites, & nobiles Romanos vivos circumferri, mor-

 tuos

Nec candela nitet; ſed preſſa cadavere nigro
Extra

NOTÆ.

tuos verò efferri in lecticis, pauperes, & plebejos in Sandapilis, ex Sueton. in Domitiano cap. 17. *Cadaver ejus populari Sandapilâ per Veſpillones exportatum*, ex eodem Martial. lib. 8. Epig. 75.

Stipataque tollitur altè
Grandis in anguſtâ ſarcina Sandapilà.

Hinc Sandapilarii, qui pauperum cadavera in ſandapilà efferebant; Imò Juvenali mentio fit Fabrorum Sandapilarum, qui inter viliſſimas, infamiſſimaſque perſonas connumerantur; nam ipſis ſocios facit nautas, fures, fugitivos, ſervos, carnifices, gladiatores, latrones &c.

Invenies aliquo cum percuſſore jacentem
Permixtum nautis, & furibus, & fugitivis
Inter Carnifices, & fabros Sandapilarum.

110. *Cui pupillus &c.* At non univerſim omnium defunctorum veſpillonem agere vult Sectanus Philodemum, eoſque tantùm comitari vult, quorum funeribus Pupillus albus non præcinit, nec candelæ accenduntur. Per partes explico, & per Pupillum album intelligo puerulos illos, quorum orbitatem parentibus defunctis, atque infelicitatem miſerata Romana pietas, in unum collegit, ac adhuc colligit, & in quodam Collegio S. Mariæ in Aquiro cohærente educari, ali, & in bonis artibus erudiri curat, quæcumque ad victum, ad veſtitum, ad ſtudia, ad pietatem neceſſaria ſubminiſtrando. Hi igitur, qui veſte albà quotidie induti incedunt, frequenter ad funera vocantur, ut cadavera defunctorum ad ſepulturam aſſocientur Eccleſiaſticam. Huic autem piæ domui modò præeſt titulo Patroni Petrus Card. Otthobonus V. Canc., Aulæ Romanæ decus, & amor; qui pueros pietate, ac bonis artibus inſtitui ſummâ cum laude ardentiſſimè ſtudet.

111. *Nec candela nitet &c.* Funeribus Chriſtianorum candelas cereas præferri vetuſtiſſimus, piiſſimuſque Eccleſiæ Catholicæ mos, ut plurimis probant argumentis Gretſerus de funere Chriſt., & Sponda. tract. de Sacr. Cœmeter., quibus

addo

Extrà Flaminiam pondus deponit arenâ.
Ergo novum calamo Philodemum parce ferire:
Nul-

Notæ.

addo Baron., qui Annal. Eccleſ. ann. 310. de funere Petri Patriarchæ Alexandrini agens, ait, ſublatum ejus cadaver magnâ pompâ cum Hymnis, Cereis, & incenſis ex more, & ſepulturæ mandatum: Quod & in Conſtantini M. exequiis factum aſſerit Euſeb. in ejus vitâ cap. 66. At quid exempla conſarcino in re notiſſimâ, & longâ, piâque tot ſęculorum conſuetudine præſcriptâ pro iis, qui in communione Eccleſię defuncti, & ad pium religionis ritum, cultumque inductâ, non quod mortuorum cadavera lumine egerent, prout blateravit hæreticus Vigilantius apud Hierony., cum ex hoc capite luminaria ſacris Chriſtianorum ritibus abjudicanda cenſuerit, uti Idololatriæ crimen præſeferentia, & proxima, imò ſimillima Gentilium ritui, de quo Perſ. Saty. 3. v. 103., ubi de divitum luxu in funeribus:

Hinc tuba, candelæ: tandemque beatulus alto
Compoſitus lecto, craſſiſque lutatus amomis
In portam rigidos calces extendit.

Virg. xi. Æneid. in funere Pallantis, Ovidium 3. Metam. in re Narciſi, Tacit. 2. Annal. in fune. Germanici, pluresque alios, quos legere eſt apud Kirchmannum lib. de funerib. Romanorum.

111. *Sed &c.* Senſum totius dictionis ſic colligo: Philodemus, dicit Sectanus, ſe plebejæ gentis, vilem, & abjectum adeò efficaciter fatetur, ut non erubeſcat inter eos etiam veſpillones enumerari, qui pretio minimo conducti, non nobilium, & ingenuorum funera curant, ſed ea tantùm inpęnitentium meretricum, aliarumque hujuſmodi fęcis perſonarum, quibus Eccleſiaſtica ſepultura denegatur, & extrà Portam Flaminiam abſque ullo ritu in Cryptam quamdam, quæ poſita dicitur *a Muro torto* retruduntur.

111. *Cadavere nigro &c.* Mulierum piarum, ſed ſimplicium ſententiam reſpicit, quæ hujuſmodi impœnitentium cadavera ſemper nigra, & ponderoſa deprædicant.

113. *Ergo novum calamo &c.* Concluſio hortatoriæ Lupi ad

Nulla oritur tibi laus à carmine, ſplendida quando
Virtus delevit veteris veſtigia culpæ.
Tunc ego ſubridens, vultus ad verba revolvo,
Excuſ-

NOTÆ.

ad Sectanum, ut à Satyris in Philodemum pœnitentem abſtineat. Quem autem hæc eâdem Satyrâ veterem hominem exuiſſe dixit, nunc novum induiſſe refert: V. noſtras notas ad hanc eamdem Satyram v. 20., ad illa ſcilicèt verba, *& veterem Philodemum*.

114. *Nulla oritur tibi &c.* Detractio enim eſt, quæ virtuti, non vitiis maledicit, *& pœnas dat*, ut inquit Plutarch. in Apophth., *quiſquis bonis maledicit*, quandoquidem *gradus primus virtutis eſt*, Chriſoſtomo, *alienæ virtuti applaudere*.

116. *Tunc ego ſubridens &c.* Riſus Sectani non ad amorem, ſed ad irriſionem pertinèt, eo modò, quo eum dat Turno, Virgil. Æneid. 9. v. 740.

Olli ſubridens ſedato pectore Turnus.

Et Mezentio lib. 10. v. 742. Orodem occidere volenti.

Ad quem ſubridens mixtà Mezentius irà,
Nunc morere: Aſt de me Divùm Pater, atque hominum Rex
Viderit.

Sic de Tydeo Statius lib. 8.

Et formidabile ridens.

De Marte Claudian. 2. Eutrop.

Subriſit crudele Pater.

De Venere Apule. lib. 6. Aſin. *Contortis ſuperciliis ſubridens amarum*. Ità ex Græcis Appian lib. 1. Civil. de Mario. *Cum ironià ſubridens Marius*. De Juliano Ammian. lib. 21. *Cui amarum Julianus ſubridens*. De Tiberio Tacitus 4. Annal. *Torvus, aut falſum renidens vultu*. De furente Hercule Philoſtratus lib. 2. Icon. *ridens horrendum*, & de eodem Euripides in Tragædiâ hujus nominis.

Loquutus eſt cum riſu horribili.

116. *Vultus ad verba revolvo &c.* Contumeliæ ſpecies eſt oculis, & intuitu notari: Huc reſpicit Seneca lib. 3. benefic., ubi

Excuſſiſque manu chartis, quas fortè tenebam;
O Lupe quam vereor, dixi, nè debilis uſu
Decipiat te rerum ætas. Utinam ſaperet! ſed
Con-

Notæ.

ubi cap. 17. *Pœna eſt, quod omnium deſignatur oculis, aut deſignari ſe judicat*; & infrâ eodem libro: *Inter ora Latini, in te oculos referunt*, nec non Virgil. lib. 11. Æneid. v. 3.

Se ſignari oculis ultrò implacabilis ardet.

Et Tertull. de Pallio cap. 4. in re omninò contumelioſâ dixit, *& acie figere, & digito deſtinare, & nutu tradere.* Ad hoc indicandum uſi ſunt Græci, conjectante Germano, verbo, ὑποβλέπειν, quaſi *obtueri, & perverſis oculis aſpicere*, ideſt σιλλίζειν, quod Ionibus eſt *ſubſannare, & nutu oculorum mordere*, vt de Neſtore Home., lib. 1. Iliad. ἀπὸ τῶν ἴλλων; Sunt ſiquidem ἴλλοι ſtrambis, & retortis oculis. Inde & σιλλαίνειν *torquere oculos cum irriſione*, à quo σιλλοὶ *genus Poetarum maledicum.* Hinc Appian. 1. Civil. in ſimili ſenſu dixit acerbum intuitum: Hyppocr. in Coac. Prænot. oculum diſtortè intuentem: Plutarch. in vita Catonis Cenſorii, *amarulentius intuens*, & in vita Pyrrhi *aſpexit vehementer.*

117. *Excuſſiſque manu chartis &c.* Hoc etiam expreſſiuum affectus iræ, & indignationis, quem & projectione chartarum, quas præmanibus habebat, voluit ſignificare, quaſi moderationis impatiens.

118. *O Lupe quam vereor &c.* Verba Sectani falsà de Philodemo opinione Lupum deluſum eſſe opinantis ex rerum humanarum inexperientià, quam adhuc ei negabat ætas; quaſi diceret cum Ariſtot. Ethic. 6., *quod Juvenis non poteſt eſſe ſapiens, quia prudentia requirit experientiam, quæ indiget tempore.* Quandoquidem Thales apud Diogenem lib. 1. rectè monuit: *Sapientiſſimum omnium tempus eſſe, cuncta enim invenire*; undè Ariſtot. Ethic. 6. *Multitudo temporis facit experientiam.*

119. *Utinam ſaperet &c.* Candidam Authoris noſtri in Satyris conſcribendis mentem habes Lector; dum nullo percitus odio, aut invidiâ tam acriter Philodemum mordet, ſed

ut

Conſuetudo mali tenet illum, & tramite curvo
Labitur in præceps. Quamvis ſit fabula vulgi,
Nonne vides quanto perfuſus pulvere anhelet
Cum Tito, & Citiſo, dum devorat axe citato
Fla-

NOTÆ.

ut à vitiis illum abſtrahat, & aliquando ſapere doceat.

120. *Conſuetudo mali &c. Conſuetudinem alteram naturam* nuncupavere Ariſtot. Phyſic. 2. S. Auguſt. lib. 6. de Muſicâ, undè ab illâ divelli non facilè quis patitur, imò ea ejuſdem conſuetudinis vis, teſtante eodem Aug. in Enchirid. cap. 82., ut *peccata quamvis magna, & horrenda, cùm in conſuetudinem venerint, aut parva eſſe, aut nulla creduntur: uſque adeò, ut non ſolùm occultanda, verum etiam prædicanda, diffamandaque credantur.*

121. *Quamvis ſit fabula vulgi &c.* Philodemus. Huc quadrat, quod ſupra ad v. 96. hujus Satyræ annotavimus, ſi caſui, ſenſuique hujus loci teſtimonia ibi allata aptentur: Maximum eſt famæ detrimentum diſplicere vulgo, cujus judicium, licèt ſuſpectum plerumque ſit, tamen ei diſplicere vehementer, inditium evidentiſſimum eſt malitiæ, & præjudicium ad emendationem.

122. *Nonne vides quanto &c.* Pertinaciam tandem Philodemi in malo demonſtrat hoc exemplo; quod ſcilicèt adhuc jactabundus per publica Romæ compita curru vehatur cum Citiſo, & Tito nobilibus juvenibus.

123. *Dum devorat &c.* Ex Juven. Saty. 1. v. 60. deductum.

Dum pervolat axe citato
Flaminiam

Scilicèt dum curru celerrimè incitato, velociter viam Flaminiam quaſi pervolat, & devorat. Juvenalis habet *Pervolat*; Sectanus verò *devorat*; uter ne rectiùs, & efficaciùs ſe expreſſerit diligenti eruditorum inſpectioni relinquimus; Pro Sectano meum calculum pono.

123. *Axe citato &c.* Partem pro toto, axem pro curru poſuit; imitatus Juven. loco cit., nec non Saty. 4. v. 117. ibi.

Dignus Aricinos, qui mendicaret ad axes.

123. *Fla-*

Flaminiam? Quò non Philodemus? ubique
Importunus adeſt; recitat, ſibi plaudit, amatq;
Muſarum conjux, pulcher, lepiduſque videri.
Quæ modò non auſus, nemoroſæ mœnia Circe
Dum colit, & tetrico funeſtat gutture manes
Tele-

Notæ.

124. *Flaminiam &c.* Flaminia Romæ via conſularis à Flaminio Conſule ſtrata, ab eoque ſic dicta: eſtque ea, quæ per Portam Flaminiam ad Tyberim ſitam, Ariminum uſque ducit De eâ Cic. in Phi. *Tres viæ, à ſupero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Caſſia.* Hoc tamen loco tantùm accipitur pro eâ parte ipſius viæ, quæ ab ædibus S. Marci ad ipſam Portam Flaminiam ducit, ubi frequentior concurſus ſolet exhiberi, diciturque, *la Strada del Corſo.* Vel ſaltèm pro eâ, quæ â Portâ ad Pontem Milvium recto tramite deducit, quo aeris captandi gratiâ, ut plurimùm, æſtatis tempore Romana Nobilitas prætervehitur.

125. *Quo non Philodemus? ubique &c.* Concludit in Philodemo eſſe eamdem, quæ prius ei erat, importunitatem, arrogantiam, ſuperbiam, jactantiam, & vanitatem, ex qua conſequenter incorrigibilitas arguitur ipſius.

127. *Quæ modò non auſus &c.* Ejus audaciam, cæteraque jactantiæ, & vanitatis inditia ulteriùs probat novo exemplo, referens apud Tuſculum cantilenam quamdam ſub nomine Bionis Cratei recitaſſe, prædicaſſeque eam velùt è cœlo delapſam, & doctiſſimam; tandemque in ſui laudem ita exceſſiſſe, ut nauſeam audientibus moverit, tunc præcipuè cùm quorumcumque aliorum famæ minimè parceret.

127. *Nemoroſæ Mænia Circe &c.* De Tuſculo intelligit, quod conditum fertur à Telegono Ulyſſis, & Circes filio; qui cùm Patrem imprudens occidiſſet, relictâ Ithacâ in Italiam venit, ubi Tuſculum in Latio condidit, ut dictum eſt.

128. *Et tetrico funeſtat &c.* Ideſt inquinat, quemadmodum jam Juven. Saty. 8. v. 18. de homine criminoſo ait totam funeſtare familiam.

Telegoni? Sanctæ procul ò diſcedite Muſæ,
Quâ reſonat pelvis, crambeque recocta Bionis
Verberat auriculas, & Tuſcula ſigna fatigat.
Hæc tamen inſano damus, atq; ignoſcimus ultrò,
Dum

NOTÆ.

Emptorque veneni
Frangenda miſeram funeſtat imagine gentem.

vel potius inquietat voce raucâ, & turpi, qualis Magorum in incantationibus fingitur eſſe, cùm animæ defunctorum ab eis evocantur, quemadmodum in Sacrâ Scriptura dictum fuit Pythoniſſam inquietaſſe animam Samuelis.

129. *Sancte procul &c.* Abite, nam ſermo, quem recitat Philodemus, non eſt dignus, qui audiatur à Muſis caſtis, & Virginibus.

130. *Qua reſonat pelvis &c.* Vas æneum ad abluendos pedes deſtinatum, uti habet Varro 4. de ling. Latin. Vocem Philodemi aſſimilat Sectanus repercuſſo pelvi, qui raucam, & diſſonam emittit,

130. *Crumbe repetita &c.* Hanc dicendi formulam habemus apud Juven. Saty. 7. v. 154.

Occidit miſeros crambe repetita Magiſtros.

Græcum proverbium expreſſit *δὶς κράμβη θάνατος*. Crambe enim propriè ſpecies braſſicæ apud Plinium lib. 20. cap. 9., quæ recocta, & recalfacta faſtidium, & nauſeam parit penè morte moleſtiorem. Sic ex Juvenalis ſententiâ miſelli Magiſtri, dum eadem diſcipulis ſuis toties repetita inculcant, tædio, & moleſtiâ penè occiduntur. Tanta noſter Satyricus nugas Bionis auſcultantibus non minatur, ſed ſolam aurium verberationem, fatigationem, & maximum tędium; prout in ſimilibus regularitèr accidere ſolet.

131. *Tuſcula ſigna fatigat &c.* Statuas ſcilicèt marmoreas, quæ in Tuſculo viſuntur, forsàn eas, quibus celebre viridarium domus Pamphiliæ, vulgo nuncupatum, *Belvedere*, ornatur. Ad vivum igitur explicat inſulſam Philodemi recitationem,

Dum mihi non vendat peregrino codice nugas ,
Quas nuper Batavis excudit fœmina prælis ,
Magnum trans alpes nomen factura Bioni ,
Ecquis

NOTÆ.

tionem , dum etiam ſtatuas præ nauſeâ laborare , & fatigari oſtendit , ac ſi dixiſſet cum Horat. 1. ſerm. Saty. 9.

Cum ſudor ad imos
Manaret talos .

133. *Dum mihi non vendat &c.* Hiſtoriolam narrare placet , ſuper cujus facto adeò indignatur Sectanus. Audi : ad Endymionis Comœdiæ calcem , quæ edita fuit Romæ paucis ab hinc annis , ejuſdem Typographi prælo excuſus , appoſitus fuit ſermo quidam ſub nomine Bionis Cratei , qui idem ac Philodemus eſt , ut ex noſtris Satyris patet. Doluit Bioni , ſive Philodemo ſe alteri , ſaltem in ordine libri, poſthabitum. Hinc rationem, qua ſuum opus in capite libri locaretur, poſtpoſito Endymione , excogitavit, ut famæ pretium ſibi augeret; credidítque ſe facilè conſecututum , ſi novam fingeret editionem peregrinam , & exteram. Itâ factum eſt , ſolâque libri fronte immutatâ apud viduam quamdam Amſtælodamenſem id actum ſimulavit , ibique inverſo ordine Endymionem libri appendicem effecit. Sic igitur immutato titulo inſcripſit , *Diſcorſo di Bione Crateo* ; falſatoque loco, Romæ ſucceſſit Amſtęlodamum , verumque Impreſſoris nomen implevit Vidua &c. Hanc metamorphoſin paſſus eſt pauper Endymion , nec ullus amantis Dianæ benignus aſpectus eum tutum reddidit ab injuriis ambitioſiſſimi Bionis ..

134. *Mulier Batavis &c.* Batava præla pro Amſtęlodamenſibus ; Amſtęledamum Civitas inſignis , & quaſi Regia Bataviæ , quæ hodie ſub nomine Hollandiæ vulgariter agnoſcitur.

135. *Magnum trans Alpes &c.* Nova , frequenſque librorum impreſſio , eorum excellentiam ut plurimum denotat , ex eâque fama , gloriaque authoribus additur ; Ad has aucupandas , hanc fraudem commentus eſt *Philodemus* , cùm cætero-

Ecquis ferre queat meditantem ſomnia, quæ vix
Antulla, & mammæ ſolitus lallare Cicerrus
Cre-

NOTÆ.

quin aliâ, tritâque eâdem viâ incedere irrito conatu ſibi ſuccedere animadvertiſſet.

136. *Ecquis ferre queat &c.* Intolerantiam hujuſmodi nugarum, & Philodemicæ petulantiæ efficaciter exprimit ad imitationem Martial. lib. 11. Epig. 25., ubi

Hoc quiſquam ferat, ut tibi tuorum
Sit major numerus togatulorum,
Librorum mihi ſit minor meorum?

Et Epigr. 40. ejuſdem libri.

Deſine, non poſſum libertum ferre Catonem.

Epigr. 44. lib. 3. in Ligurinum nimis poetam, & petulantem.

Nam tantos, rogo, quis ferat labores?

Tandem lib. 2. Epig. 1. de commodis libri brevis.

Tercentena quidem poteras epigrammata ferre,
Sed quis te ferret, perlegeretque liber?

ubi illud *ferre*, priori verſu continere, poſteriore pati, & tolerare ſignificat.

136. *Meditantem ſomnia &c.* Pridem deliria, nunc ſomnia nuncupat ineptas Philodemi elucubrationes, quas contemplatur falſis ambagibus, & figuris velatas, plurimiſque nugis refertas, quas vix lactentes pueruli, & adhuc innocentes Antulla, & Cicerrus crederent.

137. *Antulla, & Cicerrus &c.* Pueruli, ac infantes, ut proximè diximus. De Antullæ morte immaturâ habet duo Epigrammata Martialis: Utrumque lib. 1., primùm autem est 115., ubi

Condidit hìc natæ cineres, nomenque ſacravit,
Quod legis Antullæ, dignior ipſe legi.

Secundùm 117. ejuſdem lib.

Hoc tegitur citò rapta ſuis Antulla ſepulchro.

137. *Mammæ ſolitus lallare &c.* Ex Perſii Saty. 3. v. 18. hauſit Sectanus: verba Perſii.

Poſcis, & iratus Mammæ lallare recuſas?

Lalla

Crederet? Elleborum noſtro, Ligurinæ, poetæ
Funde precor; delirat enim. Quo menſe libellum
Edidit? An poterat tam parvo tempore longas
Ire, redire vias? Quo nomine publica lucis
Jura ſibi quærit, Viduamque meretur inemptam?
Illum

Notæ.

Lalla ſunt cantiones illæ, quæ à Nutricibus, Aviis, & Matribus infantibus occinuntur ad excitandum ſomnum, & quietem vagientium promovendam. Mammæ autem vox tam de Matre, Avia, & Nutrice intelligenda, μάμμα enim Græcis pro iiſdem legitur variè uſurpata.

138. *Elleborum noſtro &c.* Elleborum medicamentum, quo inſania purgatur, nam præcipuus hujus uſus eſt in educendis noxiis humoribus principis animæ facultatis ſedem infeſtantibus, undè Melancholicis, & furioſis dari ſolet. Hinc factum eſt, ut cum cerebro minus ſano aliquem eſſe, velimus ſignificare, Helleboro ei opus eſſe dicamus, aut Helleborum edere jubeamus: Undè Plaut. in Pſeud.

Helleborum hiſce hominibus opus eſt &c.

Et Martial. lib. 9. Epigr. 95

Dulce aliquid munus pro munere poſcit amaro?
Accipiat, ſed ſi potat in Helleboro.

Hoc eſt eâ lege, ut illud potet ſimul cum helleboro, qui inſaniam purgat; nempè, ſi fateatur ſe inſanire.

139. *Quo menſe libellum &c.* Varia profert argumenta, eademque demonſtrativa ad probandam fraudem novæ, peregrinæque editionis ejuſdem libelli, de quo ſupra &c. Primùm deſumitur, ex eo quod utraque editio ſit contemporanea, nec tam parvo temporis curriculo effici queat, libellum illum Amſtelodamum ire, & redire Romam poſſe, nedum ibi imprimi, typiſque excudi.

141. *Quo nomine &c* Ideſt, qua famæ, & operis celebritate meruiſſe potuiſti, ut hæc mulier propriis expenſis, ſuiſque typis opuſculum tuum denuò vulgaret? Hoc ſecundum Argumentum fraudis, & doli indicativum.

143. *Illum*

Illum mendacem gracilis membrana fatetur ,
Et certæ, vernæque notæ, nimiumque fidelis
Littera, quæ numeris reſpondet. Frigora Rheni
Ah ne te lædant, Viduæque fruaris amore
Felix Endymion , quamvis doleat tua Phœbe ,
Et doleat curvo, qui glabra poemata dorſo
Nocte laboravit, tanquam plus emerit æquo ,

Ne

Notæ.

143. *Illum mendacem gracilis &c.* Tertium , oritur ex ipsà papyri qualitate , quia Hollandica charta ſolidior , albiorque eſt , quam ea , qua Romani utuntur. Hanc autem in ſuà ſecundà , fictàque editione exhibet libellus , & ulteriùs vernas notas , cunctiſque benè cognitas .

144. *Nimiumque fidelis &c.* Quartùm , ex nimià correctione; in impreſſionibus ſiquidem , quæ longinquis fiunt in Regionibus , ubi diverſo populi loquuntur idiomate , opera quælibet Italicà linguà conſcripta plurimis mendis ſcatent , nec Orthographiam accuratè ſervant .

145. *Frigora Rheni &c.* Elegantiſſima , jocoſaque ad Endymionem interlocutio : Ipſe in Carià ortus , & educatus, ubi Cœli , Solique natura temperantiſſima;meritò debuiſſe timere fingitur , nè nimis ſibi moleſta ſint frigora Rheni , qui duobus alveis magnà ex parte Hollandiam includit , regionem frigidiſſimam , utpotè quæ ad Septemtrionem vergit . Præcatur autem , nè ab hujuſmodi frigore lædatur pulcher ephebus , & delicatulus .

146. *Viduæque fruaris amore &c.* Te amet , atque colat , undè maximè felix ſis , quamvis tua Luna , à qua tam deperditè amaris , zelotypa , tuoque , novoque amore dolens ſit .

148. *Et doleat curvo &c.* Nec non doleat ipſius Endymionis author Gibboſus , quod plus æquo ſuum Poemation , ſeu comœdiam emere coactus ſit : Carius enim proſtant libri exteri , quam qui Romæ excuduntur .

150. *Ne*

Nè Scombris tunicæ deſint, Piperique cuculli.
Hæc ego non patiar, ſalvâ mihi mente; nec ullus
Nobis verba dabit. Calami tentigine rumpor,

Et

Notæ.

150. *Ne ſcombris &c.*Ità ad ſuum librum Martial. lib. 3. Epigr. 2.

Cujuſvis fieri lielle munus?
Feſtina tibi vindicem parare,
Nè nigram citò raptus in culinam
Cordyllas madidâ tegas papyro
Vel thuris, piperiſque ſis cucullus.

Cordyllæ (de quibus hìc mentio) piſciculi ſunt, tynnorum videlicèt partus, qui poſt annum Tynni dicuntur.

151. *Salvâ mihi mente &c.* Mentem partem eſſe animi, ſicùt animum totam animam, nos Philoſophia docuit. Ita habet etiam Lactant. Firmi. lib. 7., ubi diſtinguens mentem ab animo, animum eſſe, quo vivimus, mentem autem eſſe quo cogitamus, ait. In dormientibus verò mens ſopitur, non animus, in dementibus mens extinguitur, non animus: Nec diſſentit Plaut. in Ciſtell. act. 2. ſcę. 1., loquens ex perſonâ juvenis Alceſimarchi præ amore delirantis.

Ità nubilam mentem
Animi habeo, ut ubi ſum, ibi non ſum: ubi non ſum, ibi eſt animus:

Similia habet Juven. Satyra 6. de amore Philtrorum vi inducto.

Quod deſipis, inde eſt
Inde animi caligo, & magna oblivio rerum
Quas modò geſſiſti.

Senſus igitur noſtri Poetæ hoc loco eſt, nunquam ſe talia impunè à Philodemo dici paſſurum, quoties erit ſibi ſalva mens, ideſt non evadet, fietque amens, eique non obnubiletur falſis phantaſmatibus intellectus.

152. *Verba dabit &c.* Accipe hìc vocem *verba*, ut rebus, & factis opponuntur, & quatenùs decipere important, & denotant;

Et peream, muriâ ſi non graviore fricabo

Sin-

NOTÆ.

notant; Ità etiam habent Cic. ad Attic. *Verba dari mihi facilè patior.* Id apud nos vulgariter dicitur: *Dar canzone, dar ciarle.*

152. *Calami tentigine rumpor &c.* Ideſt, ſcribendi pruritu diſcrucior, & impatiens efficior: per translationem à pruritu maximo venereo, qui tentigo propriè dicitur, de qua frequentèr in Priapeja, & pracipuè ibi.

Turpe quidem dictu, ſed ſi tentigine rumpar.
Falce mihi poſità, fiet amica manus.

Juvenalis in Saty. 6. v. 12. pro appetitu rei venereæ in fœminis uſurpavit, cùm ait, ut creditur, de Meſſalina.

Tamen ultima cellam
Clauſit, adhuc ardens rigidæ tentigine vulvæ.

153. *Et peream &c.* Imprecationis ſpecies ſæpè antiquis uſurpata, pro qua unum tantùm Varro. lib. 3. de re ruſt. afferam. *Peream, niſi ſpeciem putavi.*

153. *Muriâ ſi non graviore &c.* Æquivalet Italico adagio, quo dicimus, *Lavar la teſta ſenza ſapone*, pro vehementiſſimà increpatione; verba Sectani in idem reincidunt, ſed ſub fortiori ſignificatione vult Philodemi caput non quidem lavari, ſed fricari murià graviore, fricationemque adeò vehementem fore, tandiùque violenter duraturam, donèc & ſanguis ubertìm effluat, caputque ipſum, quod Aſini vocat, deducta, laceratàque penitùs pelle in calvariam deſinat. Muria autem idem eſt, quam, ut vulgus appellat, *Salamoja*, cujus conficiendæ rationem habes ex Columel. lib. 12. cap. 7.; Hanc muriam duram ipſe dicit quia aſperrimam, ſicut & Celſus l. 4. c. 9. & 15. Materiem autem ponit aquam, & ſalem; quantùm ſalſedinem, acredinemque aquæ marinæ ſimilem uterque facit, conſonatque Plin. lib. 31. cap. 6. Scio muriam etiam eſſe genus ſalſamenti, quod ex piſcium liquamine fiebat, præſertim tynnorum, cujus meminere Perſ. Saty. 6., & Horat. 2. ſerm. Saty. 8. Sed quidquid ſit, certè utraque muria ſalſa, acris, & mordax eſt; undè ulcera, & vulnera exaſperat vehementer,

ſi

Sinciput hoc aſini, donec cruor effluat, atque
Horrida detractâ fumet calvaria pelle.

Cerne,

NOTÆ.

ſi iis ſuperfundatur, multò magis ſi fricetur ſuper eâ, imò ſicut ſali cadavera ſervandi vis tribuitur, viva autem membra corrumpendi, quia virtutem quamdam corrodendi habet, ita benè Sectanus ex ejuſdem muriæ ſalſiſſimæ confricatione infert ſanguinis effluxum, ac calvariam pelle nudandam.

154. *Sinciput hoc &c.* Sinciput pars anterior capitis, aures, temporaque complectens, ut optimè ſcribit Cornutus in Perſium, nec ſolùm in homine, verùm etiam in brutis animantibus; Habemus enim ex Plin. l.8. c. 51. olim in deliciis fuiſſe ſincipitia verrina, ſive aprugna, aceto condita, & ad eſum præparatâ. Noſter autem Satyricus partem pro toto elegantèr poſuit, ideſt ſinciput pro toto capite, ut ex verborum contextu liquidè patet.

154. *Aſini &c.* Ideſt prædurum, craſſum, pelleque validâ contectum; vel potiùs refer ad Satyrici genium, quo acriùs Philodemum mordere proſecuturus aſinino capite præditum nuncupat, ideſt ſtolidum, obſtinatum, craſſiorisque Minervæ.

154. *Donec cruor effluat &c.* Iram auget, eamque uſque ad ſanguinis effuſionem producit.

155. *Horrida &c.* Ideſt deformis, & fœda, ad ſenſum Virgil. l. 1. Æneid., ubi furor Auguſti temporibus intra Jani templum clauſus, dicitur v. 300.

Horridus ore cruento.

Quod ſi non verbis, ſaltem verborum proprietate ſic explicatur à Chriſtiano Poeta Prudentio.

Stat procul ira tumens, ſpumanti fervida rictu
Sanguineâ intorquens ſuffuſo lumina felle.

155. *Calvaria &c.* Accipitur diverſimodè calvaria, nam Celſo lib. 8. c. 1. eſt moles illa oſſium capitis, in qua continetur cerebrum; aliis totum caput carne nudatum. Celſo noſter Sectanus potiùs adhæſiſſe videtur, quam quibus ſecunda ſententia arridet, quandoquidem ſi hos ſequutus eſſet, non

Hh ad-

Cerne, Lupe ; (Hæc inter manibus ſublata pependit

Cor-

N o t æ.

addiſſet *detractâ pelle* , nam vox *calvaria* per ſe id abundè explicaſſet, & conſequentèr in ſuperfluis addendis peccaſſe videretur Satyricus, quod ei minimè imputandum.

155. *Fument &c.* Ex naturali calore, qui pellis detractione evaneſcit ex ea membrorum parte, quæ adhuc calida, prout dixit Virg. lib. 8. v. 106. de ſanguine taurorum, quos Evander, & alii Arcades Herculi mactaverant in littore, cum ad eos Æneas appulit.

Tepiduſque cruor fumabat ad aras.

155. *Calvaria &c.* Caput carne nudum, quod Græcis τὸ βρέγμα dicitur, & κρανίον, quorum ſignificatio plerumque confunditur, licèt propriè βρέγμα anteriorem partem calvariæ, κρανίον calvariam totam dicat.

155. *Pelle &c.* Diſtinguit à cute pellem Juven. Saty. 10. v. 191. indigitans cutem hærere viviſ, pellem mortuis, aut potiùs illam juvenibus, hanc ſenibus; ubi vides ut benè Sectanus, etiam in minimis rebus morem ſervet, quod Philodemum inſectetur, ac acerrimè mordeat, quandoquidem vocem *pelle*, ad ejus turpidinem, quæ ſemper in mortuis, ſæpè in ſenibus viſitur, refert. Juvenalem audiamus.

Sed quæ continuis, & quantis longa ſenectus
Plena malis: defotmem, & tetrum ante omnia cultum,
Diſſimilemquè ſui, deformem pro cute pellem &c.

156. *Cerne, Lupe &c.* Obſerva quæſo, mi lector, ex ſtatim dictis, & ex his quæ ſequuntur, admirandum Poetæ genium, ut œſtro quodam, verèque Apollineo ferveat, itaut & dicendi majeſtate, & ſe explicandi facilitate non tantum ſeipſum, ſed & plurimos ex celebrioribus Poetis ſuperet. Non contentus dixiſſe ſe uſque ad ſanguinem cruciaturum Philodemum, modo ſibi ſuæ feritatis miniſtras, ipſas Muſas, ſublatâ cortinâ, tanquam in propriâ majeſtatis ſede collocatas, inſtrumenta, quibus illatas injurias ulciſcantur, parantes, exhibeat; de quo ut magis fidem augeat, ſi fortè aliqui fuerint increduli, Lupum ſpectatorem, teſtemque oculatum inducit.

157. *Cor-*

Cortina, atque omnes ſtabant ex ordine Muſæ)

Cer-

Notæ.

157. *Cortina &c.* Cortina propriè ad ſacra refertur, (vide quam benè, Muſæ, Apolloque quaſi in propriâ Regiâ repræſententur) Hæc autem erat integumentum, ſeu operculum Tripodis Apollinei, quem aſcendebat Pythia editura oraculum, quæ ideo dicebatur loqui ex tripode. Aperit hoc Prudentius Chriſtianus Poeta.

Delphica damnatis jacuerunt ſortibus antra:
Non tripodas cortina tegit &c.

Hinc Ammian. Marcell. lib. 29. *Conteximus magnifici Iudices ad cortinæ ſimilitudinem Delphicæ, diris auſpiciis de laureis virgulis infauſtam hanc menſam.* Hanc cortinam tripodi impoſitam Græci ὅλμον appellavere teſte Polluce lib. 10. *Delphici tripodis tegumentum, cui vates inſidet, holmos dicitur.* Itaque cortina Prudentii, & Ammiani, & ὅλμος Pollucis idem. Eam porrò ex ære factam habet Plin. lib. 34. c. 3. *Ex ære factitavere, & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam Iovis, maximè Apollinis Delphici dicebantur,* imo & ex auro prout ſcripſit interpres Ariſtophanis in Pluto. *Tripos ex auro erat, nam materia hæc pretioſa, & pretioſa quoque oracula, quæ canebantur.* Hinc nomen ad ſacra relatum, cum de velamentis ex lino, byſſo &c. factis agitur. Ita tranſtulit vulgatus Interpres exod. 26. *Tabernaculum verò ita facies: Decem cortinas de byſſo retortâ &c. variatas opere plumario facies.* Idem repetit, *Longitudo cortinæ unius &c. quinquagenas anſulas cortina habebit in utràque parte.* Hæc cortina idem eſt ac velum cooperiens Sancta Sanctorum in Templo Salomonis, de quo 2. Paralipom. 3. *Fecit quoque velum ex hyacintho, purpurâ, cocco, & byſſo, & intexuit ei Cherubim;* quamvis cortinæ, de quibus primo loco diximus, ad formandum tabernaculum inductæ forent, hæc verò ad Sanctuarium tegendum. Utræque enim eodem reſpectu, tegendi ſcilicet aliquid, quod ſemper populi obtutui ſubjiciendum non erat, conſtructæ, & appoſitæ fuere. Quidquid autem ſit, quod poſtmodum ad alia, diverſique generis operimenta ſignificanda vocem hanc induxerint, mens noſtri Poetæ ea fuit, ut conjicere poſſumus, tantùm primo modo, uti magis proprio,

 lo-

Cerne, inquã, ſtrigiles, cultros, cum forcipe runcas,
Et ſale conditum, ferven ſque in pyxide acetum,
Quæ Sacræ miſcent largo cratere Sorores.
Pharmaca, ſi neſcis, Philodemo multa parantur,
Quæ licèt invitus potet, Rulloque propinet.
Ipſe etiam Arcadiæ miſeratus Apollo ruinam
Accurrit, vireſque mihi, jaculumque miniſtrat,
Quo

NOTÆ.

loquendi, cum Muſas inſpiciendas ſublàtis cortinis propoſuit. Scio & cortinas Virgilio nuncupata vela, queis theatrum obtenditur, *& magni cortina theatri*; nec inſolens dictu hoc loco foret Muſas tanquam in theatro expoſitas ſub velo, tandemque à Sectano revelatas eſſe, ut eas ſibi arma contra Philodemum parantes Lupo patefaceret.

158. *Cerne inquam ſtrigiles &c.* Armorum enumeratio, quibus Philodemum invadere, probantibus Muſis, ipſiſque diſponentibus parat; ibique vides tàm ea, quæ ad radendum, quàm quæ ad ſcalpendum, incidendum, atque pungendum ſunt apta.

159. *Et ſale conditum &c.* Acetum plurimæ acrimoniæ liquor eſt, & maximè mordax, ejuſdem mordacitatis eſt quoque ſal; Hinc Authoris mens eſt demonſtrare, ſibi à Muſis res ex ſuâ naturâ mordaces parari, videlicet Satyras aculeatiores miniſtrari, inſpirarique, quæ non tantùm acres mordeant, ſed etiam exulcerent, dolorem afferant, & deglubant ex ipſius aceti ferventiâ.

160. *Pharmaca &c.* Fortè hæc tantùm apta ad ſanandam Philodemi dementiam, cum lenitiva non ſufficiant.

162. *Rulloque propinet &c.* Fidiſſimo ſodali, eâdemque ſtultitiæ ægritudine laboranti.

163. *Ipſe etiam &c.* Rectè vires, & jaculum ab Apolline miniſtrari ad occidendum Calâbrum Pythonem ait noſter Satyricus; nam primò certum eſt Phœbi arma tantùm eſſe arcus, & ſagittas, ut habent communitèr Poetæ, ſignantèrque Virg. Æneid. 8. v. 704.

Actius

Quo pereat Calaber Tyberino in littore Python.

FINIS.

NOTÆ.

> *Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo*
> *Deſuper.*

Aptiſſimè vires ab eo miniſtrari addit, ex antiquorum mente, quibus conſtantiſſima erat ea ſententia etiam jaculis ipſis vires, & ictus certitudinem, & efficaciam ab ipſis diſtribui, juxta illud Virg. lib. 6. v. 56. de Apolline.

> *Phœbe graves Trojæ ſemper miſerate labores,*
> *Dardana qui Paridi direxti tela, manuſque*
> *Corpus in Æacidæ.*

Undè Ovidius apertiùs.

> *Pelides utinam vitaſſet Apollinis arcus.*

Et Calaber lib. 1. *Sagitta* (Apollinis) *eum* (Achillem) *deprimebat*. Sagitta videlicet per Paridem arcu vibrata. Sic & Philoſtr. in Heoicis de Sarpedone *Supplicabat ſemper Apollini, cum arcum ſinuaret, magnæ rei cauſâ*. Videtur autem hæc vis tributa non tantùm Apollini, ſed & Lunæ, ſeu potiùs Dianæ. Sanè Lunæ ſupplicavit Niſus in Euryalum jaculum vibraturus apud Virg. Æneid. 9.

> *Tù Dea, tù noſtra præſens ſuccurre labori,*
> *Aſtrorum decus, & nemorum Latonia cuſtos &c.*
> *Hunc ſine me turbare globum, & rege tela per auras.*

Unde de utroque Phœbo, & Dianâ Euſtath. *Prodeſſe jaculantibus*, eos ad Solem, & Lunam referens, nimirùm *à radiis lucis, quos jaculantur*. De Pallade locum habemus apud Euripid. in Phœniſsâ, quem vide ſi lubet.

163. *Ipſe etiam Arcadiæ &c.* Apollo Muſarum Rex, cui cordi erat Arcadia, probè noſcens, Philodemi cavillationibus citò diſſolvendum cetum illum eruditum, miſeratus tantam litterarum jacturam, Sectano vires, & ſagittas ſuppeditavit, ut malum longiùs arceret.

165. *Quo pereat Calaber &c.* De Pythonis ab Apolline occiſi cæde Macrobii Saturn. l. 1. c. 17. locus inſignis eſt: *Apollinem, Dianamque Latonæ parienti Iuno dicitur obſtitiſſe. Sed ubi quandoque partus effuſus eſt, draconem ferunt, qui Πύθων vocaba-*

tur, Deorum cunas invaſiſſe, Apollinemque in primâ infantiâ ſagittis belluam confeciſſe. Hunc è lutulentâ ex diluvio terrâ procreatum aſſerit Ovid. lib. I. Metamorph., cauſamque propter quam ab Apolline confoſſus fuerit, aliam tradit, videlicet ad liberandum terrarum Orbem ab hac peſte.

Optimè igitur convenit Philodemo Pythonis nomen tàm barbare contra ingenuos adoleſcentium mores inſævienti, bonorum famam proſcindenti, miſeramque Arcadiæ ruinam meditanti. Gaude igitur Lector infeſtiſſimam hanc Reipublicæ litterariæ peſtem, bonoque juventutis nocentiſſimam toto Orbe deturbari, ac Pythonis in morem lepidis Satyrarum jaculis ab Authore noſtro confodi.

FINIS.



SA-

SATYRA
QUINTA.

ARGUM. Amici Ulpidii monitu Cellam Calidæ ſubit Sectanus ; ubi quamplurimos invenit de more ociantes , ac de rebus bellicis præcipuè agentes . In proximum ſecedit conclave Ligurinum Satyram numero quintam legentem auditurus . Verùm Barri declamationibus turbatur lectio , quibus opportunè reponit Sulcius . Multa exquiſito ſale conſperſa , & ingenii palato ſapidiſſima invenies .

QUo rapis Ulpidi ? Propera ; vicina taberna eſt ,
Hic

NOTÆ.

1. *Quo rapis &c.* Similis dialogizandi mos non inſuetus Satyricis, cujus rei teſtis Perſi. Saty.1. in princ.; habet enim quamdam in exprimendo efficaciam , quæ magis ad vivum id , quod proponitur, videtur ſignificare . Ad hujus porrò imitationem, licèt in diverſo ſubjecto etiam dialogizat Sectanus , qui quadam
quaſi

Hic ubi deſidiæ cultrix tunicata juventus

Pen-

Notæ.

quaſi vì ; non equidem voluntariè , & libentèr trahi ab Ulpidio conqueritur ad tabernam illam, de qua infra .

1. *Propera &c.* Verba trahentis Ulpidii , & ad tabernam urgentis .

2. *Tunicata juventus &c.* Deſumpta hæc verba ex Ennio lib. 7. Annal. de Cataginenſibus ; qui & ipſe ait .

Tunicata juventus .

quem & imitatus Plautus in Pœnul. ac. 5. ſcæn. 3.

Noviſtin tù illunc tunicatum hominem, qui ſiet ?

Nolim tamen credas me ita hallucinari, ut minimè dignoſcam Sectanum in diverſo ſenſu ab Ennio , & Plauto dictionem hujuſcemodi hoc loco accepiſſe . Certè & Ennius , & Plautus de tunicâ Cartaginenſium loquuti ſunt, quibus tunica pro veſte erat, teſte Tertulliano , & ex ipſomet Ennio patet , (notante Nonnio) qui loco citato Cartaginenſium juventutem , quia laſcivam, probro quodam tunicatam nuncupavit . Noſter autem Poeta hic Romam tantùm reſpicit,morem ideò Romanum,non exterum tangit . Pro quo ſciendum has tunicas ortum habuiſſe à Phrygibus, & Trojanis, ut diſcere eſt ex Virgil. Æneid. 9. v. 616.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ

Et ex Propert. lib. 2. Eleg. 2.

Cedite jam Divæ, quas paſtor viderat olim
Idæis tunicam ponere verticibus .

Uterque de Phrygibus agit , ex quibus oriundi Romani , ad quos idcircò & tunicæ commearunt, licèt non ſtatim , ut notat Agellius, qui antiquos Romanos togâ tantùm,non tunicis uſos affirmat . Duplicis autem ſpeciei eàs fuiſſe lego, alias ſine manicis, manicatas, ſeu, ut ſcribit Plautus , manuleatas , alteras . Prima apud Romanos in frequenti uſu , eaque interior veſtis , cui toga ſuperinduebatur . Secunda verò, ea ſcilicet, quæ manicàs habebat, licèt etiam Romæ introducta, geſtataque fuerit, attamen pro peregrinâ habebatur , & barbarâ , fuitque ſemper habita veſtis ad omnem luxuriam conformata, & ideò ignominioſa .

Penſitat in trutinâ, & naſo ſuſpendit adunc,

Bel-

Notæ.

nioſa. Id ſatis luculentèr habetur ex Cic. Orat. 2. in Catil., ubi ejuſdem ſociis objicit, quod ſe exhibuerint *pexo capillo nitidos, manicatis, & talaribus, ac tritis tunicis, velis amictos, non togis*. His poſitis clarè elucet, quod perſonarum genus hic indigitare voluerit Sectanus, comptulos videlicet, delicatuloſque quoſdam, ac otioſè vitam ducentes; atque in hujuſmodi tabernis deſidiâ tabeſcentes: forſan & tunicâ dum indutos eos deſcribit, quamdiù hæc apud ſæculo addictos jam diù deſiit, præ oculis habuit imberbes, laſcivoſque quoſdam, qui ſe denominant, & nomine tantùm ſunt, Abbatulos, quibus eſt animi, & mentis corruptæ index, fuco linita facies, & meretricius capillus.

3. *Penſitat in trutinâ &c.* Ad examen, & ad rationem revocat; Trutina enim ſæpè apud veteres per translationem poſita legitur pro judicio. Habent Perſ. Saty. 1. v. 7.

Examenve improbum in illâ
Caſtiges trutinâ.

Horat. lib. 1. Serm. Saty. 3.

In trutinâ ponetur eàdem.

Et nè hoc tantùm poeticè dictum cenſeas addam Cic. lib. 2. de Orato. *Quæ non artifici, ſed populari quàdam trutinâ examinantur.* Undè, Apulejus, *trutinatam ſententiam* vocavit, rectè examinatam.

3. *Et naſo ſuſpendit adunco &c.* Ex Horatii Satyris deſumptum, qui & ipſe ait.

Naſo ſuſpendit adunco.

Quod eſt vafrè, & ſubdolè aliquem irridere. *Adunco* autem *naſo* dicit, nam nares riſu ſoluto in rugas contrahuntur, & incurvantur. Tritum hoc fuit apud antiquos Authores proverbium, & in frequenti uſu; exemplumque habemus apud Perſ. Saty. 1. v. 40.

Et nimis uncis
Naribus indulges.

Namque naſus irriſioni dicatus, docente Plinio lib. 11. cap. 37.

Bellorum caſus. Pars altera Cæſaris arma,
Altera Gallorum ſequitur. Favet ille feroci
Alpino Juveni, portaſque, & clauſtra tueri
Im-

Notæ.

Et altior homini tantùm, quem novi mores irriſioni dicavere, naſus. In hoc ſenſu ſæpè loquutus eſt Martialis lib. 1. Epig. 4.

Et pueri naſum Rhinocerontis habent.

Lib. 5. Epig. 20.

Iam dudum tacito rides, Germanice, naſo.

Lib. 13. Epig. 2. in detractorem.

Naſutus ſis uſque licet, ſis denique naſus.

Idem & Græcis uſitatum, queis μυκτηρίζειν eſt *irridere*, à μυκτὴρ, *naſus* derivatum, ex quo μυκτηριστὴς eſt deriſor apud Athæn. lib. 4., ubi legitur: *Liber Platonis eſt plenus deriſorum ſe invicem mordentium*, imò & μυκτὴρ ipſe pro deriſu poſitum legimus apud Lucianum.

4. *Bellorum caſus &c.* In hujuſcemodi tabernis frequentiſſimi fiunt de Principum Chriſtianorum diſſidiis, & bellis ſermones.

5. *Pars altera &c.* Secundùm cujuſque affectum in varias ſcinduntur ſententias, & quiſque propriam opinionem validè tueri ſatagit, atque propugnare ſtudet.

5. *Cæſaris arma &c.* Ut plurimum dividuntur inter Cæſareos, & Gallos; hinc unuſquiſque acerrimè, ſed tantùm verbis dimicat pro eâ parte, cui favet.

6. *Alpino juveni &c.* Duci Sabaudiæ, qui fœdere cum Cæſare, aliiſque Principibus fœderatis junctus contra Gallos arma movit. Vocat Alpinum juvenem ab altiſſimis montibus, qui Galliam Tranſalpinam à Ciſalpina dividunt, queis dominatur. & propriè Alpes dicti, & hodiè promotis limitibus termini ſunt Italiæ. Quænam verò Alpinæ gentes antiquitùs dicerentur, quibuſve continerentur limitibus habet ſingularis, eademque celeberrima inſcriptio, ſeu elogium Auguſto dicatum

Imperat Italiæ. Magnis hic claſſibus æquor
Navigat, & Regi minitatur fata Britanno.

Dum

NOTÆ.

tum in tropheo Alpium, de quo Plinius lib. 3. c. 30. apud Grute. pag. 226. 7.

IMP. CAESARI. DIVI. F. AVGVSTO.
PONT. MAX. IMP. XIIII. TRIBVNIC.
POTESTAT. XVII.
S. P. Q. R.
QVOD. EIVS. DVCTV. AVSPICISQVE.
GENTES. ALPINAE. OMNES.
QVAE. A. MARI.
SVPERO. AD. INFERVM. PERTINEBANT.
SVB. IMPERIVM. P. R. REDACTAE.
SVNT.

6. *Portaſque, & clauſtra tueri &c.* Alpes ſupradictæ ſunt velut murus, quo Italia ab externis invaſoribus tuetur; Viæ autem, per quas in Italiam aditus patet & arctiſſimæ ſunt, & penè imperviæ, validiſque arcibus munitæ; undè rectè portæ, & clauſtra nuncupantur.

7. *Magnis hic claſſibus &c.* Reſpicit ingentes, formidandaſque maritimas claſſes, quæ maria navigant, de quarum potentia, & vi non unus ſermo apud illos deſides in partes, factioneſque diviſos.

8. *Et Regi &c.* Hoc eſt Principi Auriaco, qui modo Magnæ Britanniæ, Regio inſignitus titulo, dominatur. Hunc armorum vì, atque induſtriâ Regnum illud invaſiſſe, occupaſſeque expulſo Jacobo legitimo Rege pluſquam ſatis notum, inito cum pluribus potentiſſimis Principibus fœdere, quo Gallorum ſemper victrici potentiæ, virtutique ſub Maximi Regis Ludovici XIV. auſpiciis ſe opponeret; Hinc tàm atrox bellum, quod tandem Deo favente, pace apud Reſvichum initâ

Ii ij poſt

Dum ludunt, alboque niger committitur hoſtis,

Cor-

N O T Æ.

poſt plurium annorum ſeriem, atque populorum calamitates ſedatum fuit.

9. *Dum ludunt &c.* Ideſt, hæc, & plurima alia gravi cenſurâ penſitant de Ducum geſtis, & militaribus actionibus, dum ludunt latrunculis.

9. *Alboque niger &c.* Quis nam luſus ſit latrunculorum omnibus patet; Latrunculus igitur, qui & laterculus, & latro denominatur ſexdecim ſcrupis geminâ acie utrimque directis componitur, in quibus duo Reges ſunt invicem contendentes, duæ Reginæ, quatuor equites, ſexdecim pedites, quatuor ſatellites, totidem centuriones. Nec recens hoc inventum, quandoquidem & apud veteres fuit in uſu. Meminere ſiquidem Senec. *Latrunculis ludimus*, & alibi, *Ludebat latrunculis, cum centurio &c.* Ovid. 3. de Arte, & Martial. l. 14. Epig. 20., ac lib. 7. Epig. 71., quorum teſtimonia præſtat audire à Calcagn. de calculo. lud., qui ſic latronum ludum explicat. *Quin & latronum, & canum nomine celebratos calculos agnoſco: erant ſcilicet in abaco, quem & πλίνθιον vocaverunt, ſeu tù laterculum dixeris, regiones lineis diſtinctæ, has Urbes nuncupabant. Erant hæ regiones plerumque quinque lineolis, tranſverſariiſque, & decurſationibus alternatìm dimenſæ, quinque & viginti numero; Singulis latrones quinque inſidebant, præter mediam, cui tantùm quatuor tribuebantur: excubabant itaque utrinque latrones, ſeu canes mavis dicere coloribus diſtincti, hoſtili animo inſidiantes. Ea fuit ludi ratio; ut ſi unus ex hoſtili agmine incomitatus deprehenderetur, itaut circumveniri poſſet captivus ex acie traheretur*, & paulò infrà. *De calculis*, inquit, *meminerunt Martial. lib.* 14. *Epig.* 20.

Inſidioſorum ſi ludis bella latronum,
Gemmeus iſte tibi miles, & hoſtis erit.

Et Ovid. de Art. Amandi.

Sivè latrocinii ſub imagine calculus ibit,
Fac pereat vitreo miles ab hoſte tuus.

Nec tamen me præterit, ſic pergit Calcagninus, *gemmeos quin & vitreos*

Cornea & audaci rapitur Regina latrone,
Geſta Ducum expendunt. Malè tuto ſidere vallo

Hìc

Notæ.

vitreos à Martiale calculos appellari lib. 7. Epig. 71.

Si vincas Novium, Publiumve
Mandris, & vitreo latrone clauſos.

Mandras enim dictas puto, quas regiones Pollux vocat, & Euſthatius: cum verò diſtincti forent ſuis coloribus calculi, & ex iis ille deperiret, qui inter duos deprenſus facilè circumveniri poſſet hinc ab eodem Martiale dictum putamus.

Diſcolor hic gemino victus ab hoſte perit.

Hæc Calcagninus, ex quo diſcimus ludi rationem, colorum diſtinctionem, materiem vitream, quæ omnia conveniunt moderno ludo ſchaccorum, ſeu ut vocant Galli, *Eſchets*. Unicè tantùm numero differre agnoſcimus. An hac tantùm, vel pluribus aliis rationibus ſuffultus Calcagninus cenſuerit eumdem non eſſe ſchaccorum ludum hodiernum cum veteri ludo latrunculorum, conſulat Lector. Ego Calcagninum non legi, notamque hanc debeo erudito Colleſſo in ſuis notis ad Mart. Epigr. 71. lib. 7. editi in uſum Sereniſs. Delphini. Cœterùm ut hodiè differens numerus latrunculorum adhibetur, ita & communior materies lignum, aliquando ebur, ſeu os, color autem uſitatior albus, & niger, prout optimè habet Sectanus noſter.

10. *Cornea & audaci &c.* Reſpicit luſus artem, in quo non rarò Rex, ſeu Regina à ſimplici milite intercipitur. Corneam autem dixit, quia & è cornibus ſcacchi fabrefiunt.

11. *Malè tuto &c.* En quæ judicia de bellorum eventu præbeant homines hi otioſi. Reputantes primò deberi Ducis imperitiæ, ſi aliquid mali acciderit, incuſant, quod neſciverit intrà vallum ſe ſatis munire. Vallum ſiquidem eſt munitio caſtrorum: quod ex vallis, ideſt palis fiat. De quo Cæſ. 2. bell. Galli. *Caſtra in altitudinem pedum duodecim, vallo, foſſaque duo de viginti pedum munire jubet.* V. Cic. ad Cato. l. 15. 4., Claud. 2. ad Eutrop., Tibul. lib. 4. ad Meſſal. 1., & paſſim Authores

Hìc voluit; poterat campo decurrere aperto
Ille etiam meliùs. Figunt tentoria, turmas
Edu-

NOTÆ.

res alios; necnon Lipſium lib. de Milit. Roman., ubi de rè latè.

12. *Poterat campo &c.* Nempè, Dux ipſe poterat prælium in aperto campo committere cum hoſte, de victoriâ certus; meliuſque egiſſet, quam ſe vallo clauſum, ab hoſte circumveniri, atque intercipi pati.

13. *Figunt tentoria &c.* Proſequuntur ſermones hujuſcemodi, & primò figunt tentoria, *piantano gl'alloggiamenti*: nam tentorium eſt tabernaculum militare extenſis velis contrà æſtum, Cœlive injuriam excitatum, vulgò *Padiglione*. Tentoria *ponere* dixit tantùm Ovid. 3. Faſto., at meliùs Sectanus noſter *figere*, nam palis terra fixis ſuſpenduntur, ſequutus, imitatuſque Lucan. lib.1., qui ait.

Deſeruere cavo tentoria fixa Lemanno.

A verbo autem *tendo* derivata puta, quod ad militiam pertinet; undè eo nomine uſi ſunt Authores, cum ea loca connotare voluere, ubi miles permanſerat, atque tentoria fixerat; Loci inſignes ſunt apud Ovid. 2. de Arte in perſonâ Ulyſſis, & in Epiſtolis, apud Tacitum 1. Annal., mitto hos, quia longi ſunt. Ex Græcis Homerum tantùm affero.

Hìc tendit (κεῖται) *bellicoſus, hìc Achilles,*
Hìc autem Patroclus.

Ex Latinis Virg. l.2. Æneid. v.29.

Hìc Dolopum manus, hìc ſævus tendebat Achilles.

13. *Turmas educunt &c.* Exercitum in ſuos ordines diſtribuunt aperto Marte pugnaturum, ex imitatione Liuii 5. de Bell. Punic., cui eſt *educere in aciem copias, vel in expeditionem exercitus*. Conſonat Plaut. in Amphitr.4. *Legiones educit.* quod & alibi fortè per verbum *obducit* exprimit, inquiens in Pſeudol., ac.2. ſcæ.1. v.13.

Poſt ad oppidum hoc vetus continuò mecum exercitum protinùs obducam.

14. *For-*

Educunt, forteſque docent equitare Sicambros,
Atque arcem obliquo pedites circumdare calle,
Quâ latus infirmum, nec muri ſpiſſa corona.

Sed

Notæ.

14. *Forteſque docent &c.* Arguunt & de imperitiâ equites Germanos, quamvis communi peritorum conſenſu fortes, & acerrimi bellatores ſint. Sicambros certè pro Germanis univerſis poſuit, partem pro toto deſignans, nam Sicambri, ut alibi dictum, populi Germaniæ Menapiis finitimi, ad utramque Rheni ripam habitantes. Hodiè Gueldrienſes, & Clivanos eſſe volunt præcipuè Martianus; Sed quidquid ſit de hoc, ſemper fuiſſe feroces, & bellandi arte peritos innuunt Horat. 4. Carmi. Ode 14.

Gaudentes cæde Sicambri.

& Ovid. ad Livi. qui *indomitos* nuncupat.

15. *Atque arcem &c.* Modum, & arcium obſidendarum præſcribunt, quomodove viæ illæ ſubterranæ ordinentur, quas juxtà regulas modernæ militiæ, appellamus *approcci*. Has in veteri militiâ minimè requirimus, quandoquidem recens inventum eſt.

16. *Qua latus infirmum &c.* Videlicet, docere etiam præſumunt, quod nam latus debilius ſit, facilèque expugnari poſſit. Latus propriè homini tribuitur, eſtque pars corporis infra axillam. Translatum ad inanimas res, undè Cic. 2. de legib. *Latera inſulæ*, & Ovid. 10. Metam. *Campi latus*, pro extremis utrinque partibus tàm inſulæ, quàm campi; ſic & ad rem militarem traductum; hinc cum de arcium munimentis agitur frequens illa militibus dictio, *un fianco del baluardo, del rivellino &c.* eâdem ratione ab homine ductum verbum *infirmum*, nam qui infirmus, debilis etiam eſt; ſic Cic. 7. Verr.

Inops, & infirma claſſis.

16. *Nec muri ſpiſſa corona &c.* Indefenſa ex defectu neceſſarii militum numeri ad murum ab obſidentibus defendendum. Nam corona hoc loco eſt conventus circumſtantium, & veluti in circulum congregatorum teſtibus Cic. 5. Verr., Horat. 1. Epiſt. 19., & Virg. 9. Æneid. Vox hæc ſiquidem propriè, commu-

mu.

Sed niſi ſuccurrat, Pacis qui proximus ædi,
Flumina Pannoniæ, & graphio delineat Urbes,
Danubium Thameſi miſcent, Sennamque Tibiſco,
Creditur, & mediis conſurgere Buda Britannis.
In-

Notæ.

munique vocabulo ad rem militarem tranſlata, non ſolùm quando de Urbem obſidentibus agitur, quos coronâ eam cingere dicunt Virgil. 10. Æneid., aliique; ſed cum de obſeſſis loqui contigerit ex Silio lib.13., cui ſunt *mœnia vallata ſpiſsâ coronâ*, ideſt multis militibus in eorum defenſam ſepita.

17. *Pacis qui proximus ædi &c.* Moderno Templo D.O.M. in honorem Beatiſſimæ Mariæ Virginis, de Pace nuncupato, proxima eſt celebris Officina Ioannis Dominici de Rubeis, ubi venum exponuntur Chartæ Geographicæ affabrè delineatæ, necnon proſpectus Urbium, & Arcium mirâ diligentiâ, ac fide formis mandatæ. Hujus autem inſignis viri merita referre longum foret; ſufficiat tamen dixiſſe eum eſſe, cui Romana Templa, Statuæ, Picturæ, Fontes, Palatia ſuam debent celebritatem, cum ejus graphii ope, ac elegantiâ omnium oculis expoſitum fiat quidquid in Urbe rarum, ſeu antiquitas, ſeu præſens ætas priſcorum ſæculorum emula, elaboravit. Propterea Summi Pontifices eumdem Joannem Dominicum, tanquam de Republicâ optimè meritum non uno diplomate decorarunt, cæteriſque Graphiariis prætulerunt.

18. *Flumina Pannoniæ &c.* Inter cæteras Chartas Geographicas accuratiſſima eſt, quæ Germaniam, atque utramque Pannoniam deſignat; cui titul. *Corſo del Danubio*.

19. *Danubium Thameſi &c.* Ideſt: inſcii, imperitique iſti confundunt Provincias, & Regna, locant ſcilicet Danubium, qui Germaniam, & Pannoniam alluit in Angliâ, ubi Thameſis, Sennam Galliarum flumen in Pannonia, ubi Tibiſcus, & Budam Regiam Ungariæ Metropolim in mediâ Britanniâ ponunt, & ſic de cæteris; adeo rerum inſcitia eos torquet, dum præ-

Ingredere ò Sodes; forſan rediiſſe juvabit
Serò domum. Ut libet. Ingredior, Comitemque ſequutus,
Coccejum video, Novium, doctumque Fabullum,
Atque

Notæ.

præſumunt audactèr ſapientes videri, & ex hac præſumptione, qui prius indocti, indocibiles evadunt.

21. *Ingredere, ò Sodes &c.* Obſerva quæſo Lector, quanta ſit Sectano indicendo ars. Quid enim in eo deſideres, quod nedum poeticam, ſed & oratoriam artem mirabilitèr non redoleat, ac optimi oratoris partes omninò explentem non exhibeat. Hinc dum Ulpidium inducit deducere molientem Sectanum ad Tabernam, primò vim quamdam ſupponit, ſecundò locum vicinum, nè ex longinquitatis timore à ſequendo deterreatur, tertiò inſinuat delectationem ex plurimorum in eam concurſu, qui juvenes, & conſequentèr hilares, & deſidioſi; undè nec nimis ſerii effinguntur; quartò curioſitatem ex novitate caſuum, qui ibi referuntur, movet; quintò progreſſum; ſextò ingreſſum in eamdem ſcribit; ſeptimò commorantes plurimos nominat; octavò tandem ipſius tabernæ qualitatem, & tabernarii quale ſit exercitium docet. Sicque gradatim ad propoſitum, non per ſaltum pergit, propoſitum videlicet invehendi contra Philodemum, ut mox videbimus.

23. *Coccejum video &c.* Fortè per hæc nomina, aliqui ex ſatis Romæ notis indicantur, fictoque ſub vocabulo velantur. Ita placet Philodemo, & criticorum authori, penès illos ſit tota hujus ſententiæ fides; Nos verò ſi Sectano, ut par eſt, credimus, nomina hæc ab antiquis mutuata afferere nullo modo dubitamus, penès quos Nervæ Coccei agnomen impoſitum habemus. Iis autem, quibus prior opinio magis arridet, damus hujus vocis etymon ex Lamprid., cui Cocceus id quod colorem cocci habet, ſi fortè ex roſcidæ faciei venuſtate dignoſcere poſſis. Si minimè arrideat, characterem alterum dabo ex duobus celeberrimis inſcriptionibus marmoreis Romæ in Capitolio exiſtentibus, relatiſque à Grutero pag. 393., quarum

Atque Tigellinum, Panſam, Tarpaſque minores,

25 *Et*

NOTÆ.

rum unam tantùm, quia ſimillimæ inter ſe, refero.

COCCEIVS.PA
TRVINVS
PRINC.
PEREGRI
NORVM.

ac ſi dicere voluerit hominem exterum quidem, ſed inter exteros facilè Principem ingenuitate, virtute, & morum probitate.

23. *Novium &c.* Avarus captator apud Juvenal. Saty.12. v.111.

Nulla igitur mora per Novium, mora nulla per Iſtrum
Pacuvium &c.

Hujus & meminit Mart. lib.1. Epig.87., cui tit. de Novio Micropſycho, & ſordidè parco. Alterum ab hoc Novium illum eſſe puto, de quo loquitur idem Mart. l.7. Epig.71., qui peritiſſimus calculorum ludo.

Sic vincas Noviumque, Publiumque
Mandris, & vitreo latrone clauſis.

Selige igitur, an eum potius velis primo, an ſecundo modo &c.

23. *Doctumque Fabullum &c.* Hujus frequentiſſima mentio apud Martialem, quem conſule, illud de eo ex Epigr.51. l.12. tantùm afferam, quo quis nam fuerit, cujuſque ingenii vir dignoſcatur.

Tàm ſæpè noſtrum decipi Fabullum, quid
Miraris, Aule? ſemper bonus homo tiro eſt.

24. *Atque Tigellinum &c.* Nomen hominis perditi, & flagitoſiſſimi, de quo Juven. Saty.1. v.155.

Pone Tigellinum, tædà lucebit in illà,
Quà ſtantes ardent, qui fixo gutture fumant.

Et

25 *Et cum Malthino Barrum . Bombicina mappa*
Impli-

NOTÆ.

Et Martial. lib.3. Epigr. 20.

Titi nè Thermis , an lavatur Agrippæ ,
An impudici balneo Tigellini ?

De hoc fœdiſſimo homine , qui temporibus Neronis vixit , hæc habet Tacit. Annal. lib.14. cap.51. *Validior Tigellinus in animo Principis , ex intimis libidinibus aſſumptus* : fuſiùs autem Hiſtor. lib.1. cap.72. *Sophonius Tigellinus obſcuris parentibus , fœdâ pueritiâ , impudicâ ſenectâ , præfecturam vigilum , & prætorii , & alia premia virtutum , quia velocius erat vitiis adeptus , crudelitatem mox deindè, avaritiam , & virilia ſcelera exercuit : corrupto ad omne facinus Nerone , quædam ignaro auſus , ac poſtremò ejus deſertor , ac proditor .*

24. *Panſam &c.* Panſa Præfectus , ſed injuſtus ſpoliator uit, apud Juven. Saty. 8. v.95.

Cùm Panſa eripiat , quidquid tibi Natta reliquit .

Sectanus vel tale nomen ex hoc Juvenalis loco deſumpſit , vel potius ex Plin. lib.11. cap.45. , cui Panſæ ſunt , quibus lati , ac panſi ſunt pedes , qui à Græcis Πλατυπόδες vocantur .

24. *Tarpaſque minores &c.* Hujus nominis nulla , quod ſciam , mentio apud antiquos autores ; probabile eſt ab ipſomet Sectano effictum eſſe , ut & ſequens Maltini .

25. *Barrum &c.* Ejuſdem conditionis , & hoc nomen eſſè autumo , nullus enim Barrus apud Scriptores priſci ævi : Quia tamen ſæpiſſimè in eum noſter invehitur Satyricus , itaut inter primos , qui ejus ſales , jocoſque meruerint , reputandus ſit , non abs re erit de nominis origine aliquid divinare ; nàm etſi forſan ſcopum non attigerim, ſaltèm tentaſſe uon injucundum erit . Nolim opineris Lector Barrum pro Bardo , & ſtulto acceptum , fortè ex imitatione Perſii Saty. 5. v. 138. , qui pro Bardo dixit Barum .

Ebeu
Baro , reguſtatum digito terebrare ſalinum &c.

Etſi alibi de eodem Barro à noſtro Satyrico ſcriptum .

Craſſo de ſubere totus
Corticeus .

Implicat his lævam, ſummis digitiſque tenebant
Fictilia, & tumidis ſufflabant pocula buccis,
Pocula ab Odryſio multum laudata Tyranno.
Cur-

NOTÆ.

Quæ duo ſimul juncta non multùm inter ſe diſcordant. Potiùs dicam, quod cùm nomine Barri apud Poetas elephans intelligatur, ex quo Barritus dictus fuit mugitus ille, quem edunt Elephantes, probabile eſt ab emphatico, & ſonoro dicendi modo, forsàn & à mole corporis, à qua & craſſitiem, & hebetudinem, difficultatemque ingenii deducit, Barrum dixiſſe.

25. *Bombycina mappa &c.* Hactenùs tabernam, quam ſubjit Sectanus duce Ulpidio novimus, ſed quam tabernam penitùs ignoravimus, genericum ſiquidem id nomen, ſuoque egens diſtinctivo. Diſcimus modò eam eſſe, in qua potio ex illo fruticis Arabici ſemine, qui vulgò *Cafè* nuncupatur, confecta venditur.

25. *Mappa &c.* Ad abſtergendum os, ſi fortè ex illius potionis nigredine ſordeſcat: Dupliciter autem obſervandum peraptè bombycinam mappam dici: Primò, ad denotandum morem populorum Orientalium, qui tantùm bombycinâ tela, & quidem varii, ſed nigricantis coloris ad hoc opus utuntur; Secundò, ad inſinuandum hujuſmodi telam bombycinam ſic coloratam, & pictam magis aptam eſſe, quàm lineam, quæ alba utplurimùm eſt, & faciliùs exhibet maculas, ſi quæ impactæ fuerint ex ipſo hujuſmodi decoctionis colore.

26. *Summis, digitiſque tenebant &c.* Quia hæc potio ſorbetur valdè calida, imò dum ebullit, fictilia, in quæ transfunditur, adeò calefieri ſolent, ut manus ea ſumentium penè amburant, propterea ſummitate digitorum dicuntur teneri, hac enim de causâ maximâ cautela ſumuntur.

27. *Et tumidis afflabant pocula buccis &c.* Ad temperandum calorem ejuſdem potionis. Sic buccam pro oris flatu dixit etiam Juvenalis Saty.3. v.262.

Et buccâ foculum excitat.

28. *Pocula ab Odryſio &c.* Deliciarum loco habetur hæc potio apud Turcas, imo apud omnes Orientales, de qua re videre

Curſitat huc, illuc calidæ malus inſtitor undæ
Corradens loculos, & vafrâ callidus arte
Obſervat madidum labrum, nigramq; ſalivam.
Parte aliâ occurrit thecâ Criſpinus eburnâ,
Et

Notæ.

videre eſt Naironum in ſuo diſcurſu de Saluber. pot. Cahuè, ſeu Cafè, & apud eum pag.35. Alpinum lib. de Plantis Ægypti cap.16., qui ſic ait: *Ex his ſeminibus* (ideſt, quæ naſcuntur ex plantâ Bonn appellata) *omnes tum Ægyptii, tùm Arabes parant decoctum vulgatiſſimum, quod vini loco potant, venditurque in publicis œnopoliis, non ſecùs quàm apud nos vinum, illique ipſum vocant Cahua. Hæc ſemina ex felici Arabiâ aſportantur.* Uſus porrò ab Ægyptiis, & Arabibus ad Turcas, ab his ad totam poſtmodùm Europam promanavit; Quod autem dicatur multùm laudatus à Tyranno Odryſio, animadverte Turcarum Regem pro ipſis in univerſum Turcis accipiendum eſſe, omnes enim equè, ac ipſe Rex ſorbent, & laudant Cahuè, & ſimul obſerva in hoc dicendi modo quoddam Emphaticum, & magis ſublime, quando non vulgo tantùm, ſed Magnatibus, ipſoque eorum Dominatori chariſſima eſſe ſcribatur hujuſcemodi potio.

29. *Calidæ malus inſtitor undæ &c.* Inſtitor propriè dicitur, qui à Mercatore negotiationi alicui eſt præpoſitus, nos *Fattor di Bottega* nuncupamus; Hujus generis hominum eſt potantibus Cafè præbere, pretiumque redimere.

30. *Et vafrâ callidus arte &c.* Iis, qui biberunt Cahuè neceſſariò eſt nigra ſaliva, & madidum os, & eſt veluti ſignum inſtitori vafro notandi debitores ſuos inter cæteram turbam, quæ frequentat tabernam, nec tamen bibit.

32. *Parte aliâ &c.* Diviſim, ac ſeparatim ab his huc uſque recenſitis.

32. *Occurrit &c.* Fit obviam, ut moris eſt hujuſmodi hominum tales thecas præ manibus habentium.

32. *Criſpinus &c.* Hujus viri characterem è Juvenale diſce: Patriâ eſterum habet Saty.4. v.24., nàm Ægyptium Alexan-

xan-

xandrinum facit, ac Canopi vernam; Sorte ſervili natus, ut ibidem, & Saty. 1. v. 102. dicitur, maximas acquiſivit divitias, quas idem author recenſet, præcipuè cùm illius nimium, & intemperantiſſimum luxum mordet eàdem Saty. 4. arguens de piſce ſex ſextertiis ab eo empto.

Hoc tù
Succintus patriâ quondam Criſpine papyro,
Hoc pretio ſquamæ? potuit fortaſſe minoris
Piſcator, quam piſcis emi. Provincia tanti
Vendit agros.

Hunc porrò ſic natum inter equites Romanos aſcriptum fuiſſe narrat idem Saty.1. v. 27., imò & magiſtrum equitum factum Neronis tempore; ejus autem mollitiem ita reprehendit.

Cùm pars Niliacæ plebis, cum verna Canopi
Criſpinus Tyrias humero revocante lacernas
Ventilet æſtivum digitis ſudantibus aurum,
Nec ſufferre queat majoris pondera gemmæ.

Ubi legis Tyrias veſtes, ideſt purpureas, & annulum aureum ad equeſtria ſigna denotanda optimè appoſitum, Equitem Romanum deſignandum puta. Cæterum hunc initio Saty.4.acrius etiam perſtringit, ejuſque libidinem, adulteria, ſtupra, atque ſacrilegia deteſtatur, appellando eum,

Monſtrum nul'â virtute redemptum
A vitiis, ægrum, ſolâque libidine fortem.

Collige hæc omnia, ac fortè fateberis conditionem eſſe noſtro Criſpino vilem, ſed divitem fortunam, mores tandem corruptiſſimos.

32. *Theca eburnâ &c.* Capſulam eburnam, vulgo *Tabacchiera*, præ manibus habens. Apud veteres thecam poni pro capſulâ nummariâ, calamariâ, & pro quocumque loculo, in quo quid recondi ſolet, non me mentiri ſinunt Grammatici, teſteſque ſunt Mart. lib.14., cui eſt *theca calamaria*, Cic. ad Attic. lib.4. 76., qui habet *thecam nummariam*, & 6. Verr., ubi *theca vaſorum*; quam vocem ad rem frumentariam traxit Varro de re Ruſt. lib.1. cap.48., inquiens; *Proinde ut grani theca ſit gluma, & apex ariſta*; Quamvis autem theca hoc ſenſu ſumpta optimè ad noſtram, in qua Tabacus reconditur, referatur, attamen locum expreſſum ex veterum Scriptorum monumentis non damus, quandiù herba hæc, & ex eâ pulvis illis

Et naſi ſatiare famem de pulvere odoro
Invitat. Multos hæc capſula fecit amicos.

35 *Quam-*

NOTÆ.

lis penitùs incognita, modernoque uſu, ut ſtatìm dicemus, inventa, & in morem inducta eſt. Undè parcat Lector, ſi proximas notas, prout nobis eſſet in votis, eruditæ antiquitatis teſtimoniis exornare non liceat. Unum addo thecam hanc à Criſpino exhibitam, ideò eburneam vocari, quia Sectanus noſter moris ſervantiſſimus, hanc in præſentium poſitam, & quidem ad luxum pertinere agnoſcit. Eſt etenim etiam in hac minimâ re ſuus luxus, variatque non tantùm ejus forma, ſed & materies, prout fert quędam mali conſuetudo, quæ nil intactum relinquit, quod non corrumpat: Pridem enim thecas has vidimus aureas, argenteas, teſtudineas &c., his modo reprobatis eburneæ, & quidem affabrè elaboratæ ſucceſſere.

33. *Et naſi ſatiare &c.* Senſus eſt Criſpinum ſpontè pulverem ibi ſervatum offerre non petitum; eumque non ſim plicem, ſed odorum, & ad luxum maximè accomodatum. Quod ad phraſim pertinet, vides dari naſo famem hoc pulvere ſatiandam, & benè agnoſcis translatum à ventre ad naſum; & modo, quo tranſtulere ad aurum, Ovid. ad Piſonem.

Imperioſa fames auri.

& Virgil. 3. Æneid.

Auri ſacra fames.

ad honores Florus lib.3. cap.21.

Inexplebilis honorum fames.

ad cædes, & ſanguinem Stat. 2. Thebaid.

Luxuriata fames multò cum ſanguine.

Et ſic de pluribus aliis; vt benè percipis, fames, pro immoderatâ cupiditate auri, honorum, & ſanguinis, appoſita eſt. Ità & de tabaci pulvere noſter Author accipiendus, mordens quorumdam intemperantiam, qui ejuſdem capiendi tanto vitio laborant, ut quaſi rabidi, & inexplebili ejuſdem fame laborantes, nè momento quidem abſtinere queant.

34. *Multos hæc &c.* Satyricè: nam Paraſiti plures (ità liceat nuncupare) qui impendio parci, hujuſmodi tabernas,

aliave

Quamquam (deliciæ!) Phœbo fervente bovillum
Exiccare fimum ſoleat conductor, & ipſam
Latrinam, ſculpto, quæ mox condatur in auro,
Mul-

NOTÆ.

aliave publica loca frequentant, ut alienum pulverem naſo ſorbeant ſub amicitiæ titulo, vel prætextu, & interim proprio parcant; vel dic hos tandiù ſe amicos ei oſtentare, quamdiù de eodem pulvere ſe ingurgitandi illis commoditatem proprio ſumptu præbuerit, hac ceſſante amicitiæ etiam finem imponi.

35. *Quamquam, deliciæ &c.* Inſaniam pulverem hujuſcemodi ſumentium redarguit, qui eo deliciari cenſentes, neſciunt tamen plerumque putidiſſimam rem naſo excipere. Quidnam hoc? Sequentem notam conſule.

35. *Phœbo fervente bovillum &c.* Amore lucri capti venditores fimo equino, vel bovillo, ac etiam humano, ignis, vel Solis calore exiccato, & in pulverem redacto adulterant; Neſcio cur ſic turpiter confectum Anonimi liberculus nuper Baſileæ impreſſus, pulverem Batellianum vocet: niſi quia ruſticis, & bubulcis, qui parvi emere, & pluris accipere optant, tantùm à Conductoribus venundetur; Batillus enim ferreum inſtrumentum ſimilitudine palæ, quo paleæ, quo pruna ab Agricolis colliguntur, item ruſticum inſtrumentum, quo ad ſulcos, foſſaſque in agris faciendas utuntur, prout habet Varro de re ruſt. lib. 3. cap. 16., nec non meſſorium ligneum ex ejuſdem authoris teſtimonio lib. 1. cap. 5. Ita tantùm in incertâ, eâdemque obſcuriſſimâ re divinare licuit.

37. *Sculpto quæ &c.* Hic ſæpiſſimè, & ut plurimum pulvis ille tam quæſitus, adeòque celebris, qui in aureis, & eburneis thecis, plurimis odoramentis delibutus reconditur ad uſum, & ad luxum hominum.

38. *Multus ubi Mentor &c.* Ideſt in thecis affabrè ſculptis, & arte *ductili*, diligenter elaboratis; Mentor enim in vaſculis celandis fuit mirus Artifex, utì docent Martial. lib. 3. Epig. 41.

Inſerta phialæ Mentoris manu ducta
Lacerta vivit, & timetur argentum.

lib. 9.

Multus ubi Mentor, ſervat & opercula Amicas.
Hæc eſt, quæ nigris huc mitti dicitur Indis

Her-

NOTÆ.

lib. 9. Epig. 60.

Et ſi qua fuerunt
Pocula Mentoreâ nobilitata manu.

lib. 4. Epig. 39. ad Charinum.

Solus Mentòreos habes labores.

& tandem lib. 8. Epig. 51.

Qui labor in phialâ? docti Myos, annè Myronis?
Mentoris hæc manus eſt, an Polyclete tua?

Addo Juvenal. Saty. 3. v. 104., qui Provincialium rapinas redarguens, inter cætera habet.

Raræ ſine Mentore menſæ.

Cœlatoris hujus excellentiam refert Plin. lib. 3. cap. 11., quantoque in pretio ejus opera fuerint, inquiens: *Lucius verò Craſſus Orator duos ſcyphos Mentoris artificis manu cœlatos habuit centum ſextertiis.*

38. *Servant & opercula &c.* Ideſt, thecæ hæ eburneæ factę ſunt quoque luxuriæ irritamenta, & corruptiſſimo more in earum operculis amicas, meretriculaſque ad vivum pingendo; undè ſervare amicas, pro earum imagines exhibere poſitum.

39. *Hæc eſt &c.* Ironicè, ac ſi dixerit; hic eſt pulvis ex tam celebri herbâ confectus, quam ex Indiâ ad noſtras Regiones aſportamus, in uſum noſtrum convertimus, odoribus exquiſitiſſimis paramus, plurimo precio emimus, ac ſaluti prodeſſe autumamus; cùm cæteroquin è fœtido ſtercore compoſitus latrinæ potiùs, quàm naſo debeatur.

39. *Quæ nigris huc mitti &c.* Non ità latè accipienda hæc propoſitio, ut dicamus omnes Indos eſſe nigros, nam & plurimæ gentes ibi albæ ſunt, non ſecus ac Europeæ: Verificatur tamen de aliquibus, quod ſatis eſt ad noſtri Sectani defenſam. Undè habet Martial.

Quidquid Erithreâ niger invenit Indus in algâ.

Cùm autem non meum ſit Indiarum chorographiam inſtituere, nec de cauſis hujuſcemodi nigredinis, quas potius naturæ

Herba; tamen capiti prodeſt, fluidumq; cerebrum
Emungit, modò parcè utaris, nec tua damnet
Oſcula perpetuo conjux manantia mucco.

Illud

Notæ.

hujuſmodi populorum, quam Solis ardori tribuendas cenſeo; mitto libenter Lectorem ad Geographos, hiſtoricoſque quoad primam, quo verò ad cauſas oro, ut conſulat Philoſophos, meliuſque Sacræ Scripturæ interpretes, qui abundè ejus votis ſatisfacient. Ad rem noſtram redeundo, illud pro comperto habemus herbam hanc, quæ eorum idiomate *Picielt*, primum ex Indiis, quo nomine nouum Orbem à duobus ab hinc ſęculis detectum nuncupamus, advectam, & etiam nunc frequentiſſimè aſportari. Ejus hiſtoriam, virtutes, medicam vim qui ſcire cupiat, legat tractatulum Hiſpanico idiomate elucubratum à Nicolao Monardes Archiatro Hiſpalenſi, ubi fusè de re agitur.

40. *Tamen capiti prodeſt &c.* Lege herbæ hujuſcemodi virtutes apud eumdem Monardes, à quo diſces plurimum prodeſſe infirmitatibus, fluxionibuſque frigidis laborantibus, nec non ulceribus abſtergendis, ſanandiſque, ſicut & venenis expellendis, corpori à ſcabie purgando, Aſmaticis &c. At eo tempore, quo de eâ hic Author ſcripſit, nondum pulvis ad uſum naſi conficiebatur, imò & ipſis Indis incognitus, nam apud eumdem nulla illius modi mentio, quod non ſiluiſſet, utpotè qui Indorum mores benè noverat, apud quos diutiùs commoraverat. Pulveris igitur uſum Europei invexere, putantes plurimum prodeſſe ad purgandum caput, & cerebrum à ſuperfluis humoribus.

41. *Modo parcè &c.* Nam qui utitur intemperanter, incommodum ſentit ab hujus herbæ pulvere, eò quod nimium calorem capiti tribuat; undè plurima mala proveniunt.

41. *Nec tua damnet &c.* Uxores pleræque maritos pulverem tabaci ſumentes averſantur; Duplex ratio, utraque ex Sectano; prima expreſſa, altera ſuboſcurè indicata. Quantùm ad illam, dicitur apertis verbis ideò à mulieribus odio habitum, quia minimè mundiciei conveniat; hincque uxorem

hor-

Illud & alveoli præſtant, nè copia fandi
Deficiat. Nam poſtquam decidit imber, & hora
Sera eſt, dixiſti, ſermonem extendere neſcis;
Ni

NOTÆ.

horrere mariti oſcula frequenti, nigroque mucco vi pulveris è naricibus fluente ſordidati. Poſteriorem tibi dabunt medicæ artis periti, quibus nimia tabaci frequentia damnatur in maritis, qui ad opus conjugale tenentur, cenſentes ex nimiâ per eum humoris cerebri conſumptione virtutem ſpermaticam minui, & ad coeundum minus efficaces reddi.

43. *Illud & alveoli &c.* Jocus, ſi nunquam alius, pulcherrimus, in indoctos illos, qui ne quidem ſciunt quid loquantur: His ſiquidem, poſtquam duo, aut tria verba dixere de temporis, aëriſque intemperie, ac de horâ nuntiavere, vel, quota ſit, petiere, ſtatim fauces areſcunt, ac obmutire coguntur; unicamque opem recipiunt ab alveolo, ideſt thecâ hujus pulveris, ex quo novam ſermonis materiem capiunt; Id autem frequentiſſimum: Faveant huic pulveri Dii, qui non ſecus, ac alter Mercurius eloquentiam hominibus tribuit. Luſit in ſimili Horat. lib. ſerm. 1. cap. 6. loquens de ſermonibus, qui procedunt ex quadam conſuetudine, & uſu, quique præcipuè apud ineruditos obtinent, ait:

Cui concredere nugas
Hoc genus. Hora quota eſt? Thrax eſt gallina Syro par?
Mattutina parum cautos jam frigora mordent,
Et quæ rimoſà benè deponuntur in aure.

Cui, ſaltèm quoad phraſim conſonat Juven. Saty. 4. v. 87. ubi agens de tyrannide Domitiani, exagerat illius aſperitatem, cum quo ſi amicus non omnia grata loqueretur, ſed etiam in leviſſimis, ut de auræ mutatione, de pluviis hyemalibus, de calore æſtatis, de vere nimboſo, & inamœno, ex imprudentiâ quadam, diceret, in mortis periculum ſe conjiciebat. En Satyrici verba:

Sed quid violentius aure tyranni?
Cum quo de pluviis, aut aſtibus, aut nimboſo
Vere locuturi fatum pendebat amici.

 46. *Ni-*

Ni ſubitò nitidus coram te fulguret Orbis,
Qui preſſus dig tis cedat, ſonituque reſultet.
Tunc etenim medici patriam narramus, & ortũ
Pulveris, uncia quanti emitur, ſignumq; tabernæ.
Proxima ſed crebris reſonabat cella cachinnis;

Ob

Notæ.

46. *Nitidus coram te &c.* Ideſt theca orbiculata, & nitida ex auro, vel argento eleganter expolito fabrefacta, quam ideò fulgurare dicit, quia ſuo nitore quaſi quemdam ignem emittere videtur.

47. *Qui preſſus digitis &c,* Thecæ iſtæ, vulgò *à molla*, quæ ferreâ, ſeu argenteâ, aureâque quadam ligulâ clauduntur, cum pulvis depromendus, curvatis digitis, hoc eſt, indice, ac pollice ſimul junctis circumdatæ premuntur; ſtatimque operculum ab illo dente laxatum cum ſonitu, & vi quadam reſultat, merceſque, quas habent, adſtantibus exponunt. Sed adeò pellucida phraſis eſt hujus verſiculi, ut notis potius obſcuretur, quam lucem aliquam accipiant.

47. *Tunc etenim &c.* En quibus ſermonibus indè prebeatur occaſio: Et primò, de loco, ex quo petitus eſt pulvis; quo primùm herba, ex qua conficitur, advecta: De primo, ſtatim producitur Bononia, Hiſpalis &c., de ſecundo, tota Indorum Regio, & præſertim Inſula denominata *Tabaco*, à qua nomen ſumpſit, ut notat Monardes ſuperius citatus, ubi & virtutes, medicamque vim hujus herbæ latiſſimè proponit.

47. *Uncia &c.* Progreditur ulteriùs ad ejus pretium proponendum, quod pro rei qualitate varium.

47. *Signumque &c.* Poſtremò taberna proponitur, ejuſque ſignum indicatur. Porrò cuilibet tabernæ ſuum inſigne eſſe, ſcit quilibet: noſque abundè alibi diximus, ubi & eruditam vetuſtatem in teſtimonium rei non recentèr inductæ produximus.

50. *Proxima, ſed crebris &c.* Omnes hæ tabernæ utplurimùm cellam habent interiorem, ubi otioſa confabulatur juventa, nec aliorum famæ aliquando parcit.

51. *Ob*

Oh age! Quid ceſſas? recita Ligurine: coronam
Verſiculis recreas, quoties Philodemus in illis
Dulce, & grande ſonat. Percuſſus nomine tanto
Accedo propius. Cupidis Ligurinus habebat

55 *Præ*

NOTÆ.

51. *Oh age! quid ceſſas &c.* Vox ad aliquod opus hominem incitantis, hortantis, & excitantis, & adverbialiter ponitur, ut ex Plauto diſcimus in Sticho act. 1. ſcę. 3.

Age! licemini.

nec non ex Statio lib. 10. Thebaid. v. 33.

Ite age, & obſeſſis vigiles circumdate flammam.

& lib. 5. v. 137.

Age, adverſis thalamos purgate maritis.

51. *Coronam verſiculis recreas &c.* Corona pro conventu hominum circumſtante, ut diſcimus ex Cic. pro Milone: *Non corona veſter conſeſſus cinctus eſt, ut ſolebat.*

52. *Quoties Philodemus &c.* Harum Satyrarum lectionem inſinuat, in queis Philodemus, veluti heros proponitur, quævè grandem ſtylum lepidis, dulcibuſque jocis admixtum habent.

53. *Percuſſus nomine tanto &c.* Sectani Satyræ ſtatim ac prodiere in lucem tantâ eruditos affecere curioſitate, ut non tantùm præ manibus omnium hę verſarentur, ſed in ore quoque earum verſus aſſiduè eſſent, undè non ſolùm in privatis conventibus, ſed etiam in publicis Authoris fama celebraretur.

54. *Cupidis Ligurinus &c* De Ligurino nimis Poetâ, ideſt importuno habes Epigrammata 44. 45., & 49. Mart. lib. 3. Neſcio an hoc nomen ex his locis Martialis ſumpſerit Sectanus, an potius à verbo *Ligurio* deduxerit, nam cùm ligurire apud Grammaticos ſit ſuaviſſima quæque deguſtare paulatim, atque cum quadam morâ, & elegantiâ comedere, ut diſcimus ex Terent in Eunucho, ibi:

Quæ cum amatore ſuo cùm cęnant, liguriunt.

Sic fortè Ligurinus etiam dictus per tranſlationem, quod videlicèt Satyrarum verſus liguriat, ideſt ſuavitèr, & paulatim

degu-

Præ manibus chartam, numeruſque in margine Quintus
Inſpectus, turbæ plauſus, riſumque ciebat.
Dum ſedeo tacitus, ſitientique ore Camœnas
Expecto; Barrus (pereat mihi Barrus) Amici
Sit pudor, exclamat, Satyros, Muſaſque ſalaces
Au-

NOTÆ.

deguſtet, idque ex græco nomine λιγυρὸς confirmamus, quod Græci ſuave dicunt, & habet Ariſt. lib. 9. anim. inquiens λιγυρὰ φωνὴν ἔχει: *Dulcedine, & ſuavitatis voce valet.*

55. *Numeruſque in margine quintus &c.* Ideſt, quinta ex Sectani Satyris, quæ recentèr in lucem edita, ad plauſum auditores evocabat.

57. *Dum ſedeo tacitus &c.* Taciturnitas hæc attentionem ad audiendùm denotat, maximè cùm ei ſtatim ſubdat etiam audiendi maximum deſiderium, de quo proximâ notâ.

57. *Sitientique ore &c.* Maximo ſcilicèt deſiderio, etenim qui ſitit, maximâ aquæ cupiditate capitur; plurimumque valet phraſis hæc ad exprimendam uberrimam, efficaciſſimamque audiendi voluntatem, atque voluptatem. Et ſanè ſitire eſt etiam vehementer cupere, & ſitis vehemens alicujus rei cupiditas. Teſtes affero optimæ notæ authores: Juſtinum: *Satiare ſanguine, quem ſemper ſitiſti*; Cic. ad Q. Frat. lib. 3. *Non ſitio honores, nec deſidero gloriam*; & 5. Philip. *Qui ſanguinem noſtrum ſitiebat.*

58. *Barrus pereat &c.* Imprecatio Satyras noſtras deteſtantis ex duplici capite, videlicèt quod obſcænas voces habeant, turpeſque mentis conceptus, necnon alienæ famæ inſidientùr, ac detrahant.

59. *Exclamat &c.* Vox iraſcentis, qua habitus futuræ orationis indicatur. Eam habet Virgil. lib. 2. Æneid. v. 535. cum Priamus contra Pyrrhum acriter invehitur.

At tibi quo ſcelere, exclamat, pro talibus auſis
Dii (ſi qua eſt cœlo pietas, quæ talia curet)
Perſolvant grates dignas, & premia reddant
Debita.

Excla-

Audire, & læſo plauſus captare pudore.

Urba-

NOTÆ.

Exclamatio ſiquidem, uti habet Author ad Herenn. lib. 4. eſt, quæ conficit ſignificationem doloris, vel indignationis alicujus per hominis, vel rei cujuſpiam compellationem.

59. *Satyros &c.* Satyra à Satyris dicta, quos illotos, & petulantes eſſe legimus, vel quod in hoc genere carminis res ridiculæ, pudendæque ſcribantur, quemadmodum proferre à Satyris ſolent, vel quod in antiquâ Satyrâ introducebantur Satyrorum perſonæ, aut ſi quæ erant ridiculæ ſimiles Satyris. Ex quo ſatyricum ſignum Priapi effigies, quæ in hortis conſtitui ſolet veretro arrecto; undè & nomen accepit; nam σατυρίζειν arrigere eſt; Imò & apud Græcos σατύρικος idem ac *mordax*, quemadmodum habet Plutarch. in Pericl., *Quis miretur Satyricos homines aliorum vitæ obtrectantes.*

59. *Muſaſque ſalaces &c.* Muſæ Deę Poetis præſidentes, hinc vox hæc, ſive nomen ad verſus, & poetica opera ſignificanda translatum, plerumque tamen cum addito epitheto, ſive adjectivo, quo poeſis diverſum genus denotetur, genium, menſque Poetæ indicetur. Hinc *Jocoſa muſa* Ovid. 3. Triſt. Eleg. 2.

Quodque magis vitâ Muſa jocoſa mea eſt.

Agreſtis Virgil. Eclog. 6.

Agreſtem tenui meditabor arundine Muſam.

Jocoſa Mart. lib. 2. Epig. 22.

Ecce nocet vati Muſa jocoſa ſuo.

Hilaris eid. lib. 7. Epigr. 7.

Nunc hilares, ſi quando mihi, nunc ludite Muſæ.

Eadem ratione apud noſtrum Satyricum dicuntur Muſæ ſalaces, quia in Venerem propenſæ, verſus videlicèt immodeſti ſint, & ad libidinem homines, lectoreſque incitent.

60. *Plauſus &c.* Ideſt, laudem captare in detrahendo alieno honori, ac famæ, cujus pretium inextimabile, ut monet Perſ. Saty. 4. v. 47., ubi ſcribit omnes famam, paucos conſcientiam curare,

Egre-

Vrbanas ultrà leges, fineſque decoris
Tendit opus, creſcitque novum de carmine carmen.
Quod ſi tantus amor ſcribendi, gloria major
Naſcitur Authori, ſi fretus Apolline dextro
65 *Indi-*

NOTÆ.

Egregium cum me vicinia dicat,
Non credam? &c.
Nèquicquam populo bibulas donaveris aures.
Reſpue quod non es, tollat ſua munera cerdo,
Tecum habita; noris, quam ſit tibi curta ſupellex.

60. *Captare &c.* Eſt Grammaticis aliquid blandiendo, vel per dolum capere, ſic Sectanus ſervatâ locutionis proprietate dixit captare plauſus de homine, cui affingit Barrus honoris aucupationem ex detractione. Phraſis, qua utitur, non uno loco apud optimos authores legitur; ipſiſſima eſt Cic. in Piſon. *Inania ſunt iſta captare plauſus, vebi per Vrbem, conſpici velle.* Affines illæ Ovid. 5. Triſt. Eleg. 1. *Captare gloriam*, Plinii in Paneg. *captare gratiam*, & Horat. 2. Epiſt. 2. *Captare ſuffragia populi.*

61. *Vrbanas ultrà leges &c.* Queis omne quid inconditum, omne abſonum ſenſu, verbiſque vetatur, ſive ſcripto tradatur, ſive ore pronuncietur, ſive geſtu ſignificetur.

61. *Fineſque decoris &c.* Honeſti finem ex eâ deduc definitione, quam habes apud Ariſtot. lib. 1. Rhet. cap. 9. num. 2. cui id eſt honeſtum, quod, cùm per ſe eligibile ſit, laudabile eſt; & quod cùm bonum ſit, eſt jucundum, quia bonum.

62. *Creſcitque novum &c.* Ideſt, juxtà Barri mentem malo malum additur, malumque catena eſt, quæ ſecum mala in infinitum trahit.

63. *Quod ſi tantus amor &c.* Optimum conſilium, niſi ab homine ſuſpecto procederet, qui & à ſe, & à ſuo Philodemo tantum onus, quod utrique ex his Satyris incumbit, avertere ſtudet. Amor porrò hic ſumitur pro maximo deſiderio, vel pro ingenti ſcribendi libidine.

64. *Si fretus Apolline dextro &c.* Ideſt, propitio & fauſto:

Dextra

Indicat vitio bellum, & ſale perfricet Urbem.

For-

Notæ.

Dextra enim veteribus omnia propitia putabantur, ſiniſtra verò è contra infelicia; quandoquidem, ut innuit Ariſt. lib. de anim. inceſſu cap. 4.; *melius eſt naturâ dextrum ſiniſtro*. Indeque fit, ut actio motus detur parti dexteræ, paſſio rei motæ parti ſiniſtræ, quod ibidem ſcribit idem Philoſophus, inquiens: κινεῖν. γὰρ πέφυκε τὸ δεξιὸν, κινεῖσθαι δὲ τὸ ἀριστερόν. Itaque ab ipsâ rerum naturâ natum, ut dextra ſint fauſta, ſiniſtra infęlicia. Hac ratione ductus dexterum pro fęlici poſuit Juven. Saty. 10. v. 5.

Quid tam dextro pede concipis, ut te
Conatus non pœniteat, votique peracti.

Ideſt, quid tam dextero, aut proſpero conatu, aut auſpicio à Deis petis, concupis, & precaris, ut non olim tuæ petitionis, & voti te pœniteat? Sic ſiniſtrum pro adverſo, & infęlici, idem Saty. eâd. v. 129.

Diis ille adverſis genitus, fatoque ſiniſtro.

Addo Interp. Ariſtoph., cui in Equit. ſunt verba illa, *dexter, bonus, benevolus nobis*. Pervagata autem hæc locutio, ut propius ad noſtrum Authorem accedam, ad Deos ipſos, prout habet Perſ. Saty. 2. v. 10.

Dextro
Hercule

Et Virgil. lib. 8. v. 301.

Salve vera Jovis prole (Hercules) *decus addite divis,*
Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo.

Contra autem Dii ſiniſtri, de quibus loquutus Arnob. lib. 14. *Dii lævi ſiniſtrarum Regionum ſunt Præſides, & inimici partium dexterarum.*

65. *Indicat bellum vitio &c.* Satyra mores prauos, & vitia ſpectat, quæ mordet; id nemo negat; ſed non ideò ſemper Satyricus in corruptelas invehit, quin neceſſariò etiam homines perditiſſimos non mordeat; Contra aſſerens Barrus ſui Philodemi defenſor, Juvenalis, Perſii, & aliorum Satyricorum exemplo refellitur.

Forſan materies deerit, cum pumice vultus
Leviget Alcimus, corioque indutus odoro

Gen-

NOTÆ.

65. *Et ſale perfricet &c.* Ideſt, vehementiori ſtylo, & qualem Satyrum decet contra corruptiſſimos Romanorum mores adeò incitetur, ut uſque ad ſanguinem eos flagelles, & conteras.

65. *Urbem &c.* Romam, quæ per antonomaſiam ſic dicta, ut teſtatur Quintil. lib. 8. cap. 2., addens ejus reſpectu cæteras Civitates Oppida nuncupari.

66. *Cum pumice vultum &c. Pumices* (inquit Plinius l. 36. cap. 31.) *qui ſunt in uſu corporum lævigandorum fœminis jam quidem, & viris, atque liberis laudatiſſimi ſunt Melo, Scyro, Aeoliis Inſulis.* Hinc eorum uſum diſce, necnon qui ſelectiores ſint, atque aptiores ad expòlienda corpora: Plinio autem adde Martialis teſtimonium lib. 5. Epigr. 42.

Et pumicatâ pauperes manu monſtras.

& lib. 14. Epig. 205.

Sit nobis ætate puer, non pumice levis.

Ex quibus habes idem fuiſſe pumicatum, & pumice levem, & levigatum, ideſt expolitum.

67. *Leviget Alcimus &c.* Alcimus nomen pueri apud Martialem lib. 1. Epig. 89., cujus mortem deflet.

Alcime, quem raptum Domino creſcentibus annis
Labicana levi ceſpite velat humus &c.
Accipe chare puer noſtri monumenta doloris &c.

Alter etiam Alcimus apud Diogenem Laert. orator omnium, qui tum in Græciâ florebant, eminentiſſimus, in Stilponis vitâ. Forſan & hoc nomen è Græco vocabulo ἄλκιμος ductum, ideſt validus, & fortis, viribuſque præſtans; quod noſtro propoſito apprimè commodum, quia cùm membrorum robur ex diuturno labore acquiratur, ſanè noſtro Alcimo convenit, qui alendis, & expoliendis equis jam pridem exercitatus, nec dum mollis, fractiſque viribus evadere tam citò potuit.

67. *Corioque indutus odoro &c.* Ideſt, odoratis chirothecis, quam & Græci δακτυλοθήκας, ideſt dactylothecas appellant;

quaſi

Gentiles jactet digitos, flaviſque capillis
Conſpiciendus Eques agitet carpenta Varalli,
Qui nuper ſtabulis, mulæ viliſſimus unguem
Infuſis mundabat aquis, nigrâque farinâ
Vix avidos ſtomachi poterat compeſcere morſus.
Cum

NOTÆ.

quaſi manuum, vel digitorum vaginam, vulgus autem dicit, *Guanti lavati*.

68. *Flaviſque capillis &c.* Ideſt flavâ, ſed efficτâ comâ, ut pulchrior fiat, & magis conſpiciendus velut Eques incedat, eo tamen ornatu, qui laſcivienti, & effœminato viro proprior.

69. *Agites carpenta &c.* dixiſſet vulgaris Poeta: *Se ne và in birozzo*, qui propriè eſt parvus currus, ex quo ipſemet Dominus equos per ſe ducit, qui eum trahunt. Hujus autem frequens uſus, ſeu, melius dicam, abuſus apud Romanam juventam invaluit.

69. *Varalli &c.* Varalli nomen nullibi ſcriptum inveni. Tantùm Varilli meminit Juven. Saty. 2. v. 22., qui fuit vir vilis, & notiſſimæ infamiæ.

Ego te ceventem, Sextæ, verebor
Infamis Varillus ait?

At nullo indicio hanc notam inurendam Varallo cenſemus, de quo nil aliud conjicere ex noſtro Satyrico poſſumus, quam quod fuerit aliquis homo nobilis, & dives.

70. *Qui nuper ſtabulis &c.* Qui videlicèt priùs munus exercebat, ut vulgò dicitur, *di garzon, o di mozzo di ſtalla*.

71. *Nigrâque farinâ &c.* Pauperrimus vix nigri panis fruſtis famem ſedare poterat, qui modò tam ſuperbè, tumidèque incedit.

72. *Stomachi poterat &c.* Stomachus cibi receptaculum, inteſtinorum principium, qui à ſeptimæ ſpinæ vertebrâ incipit, ac circa præcordia cum ventriculo committitur. Impropriè tamen ſtomachus accipitur pro ventriculo, qui cibum concoquit. Hunc porrò cibo vacuum latrantem, dixit Horat. 2. Sermo. Saty. 2.

 La-

Cum Spado patricio tanquam de ſanguine clarus
Fœmineas intret ſerâ de nocte cathedras
Garrulus, atque duos Reges oſtendat amicos,
Acceptaſque legat feſſo curſore tabellas;
Dein calamum poſcat, puerumq; objurget inertem,
Et

NOTÆ.

Latrantem ſtomachum benè lenit cum ſale panis.

Et alibi

Jejunus ſtomachus rarò vulgaria temnit.

Plus aliquid habet noſter Satyricus, quam Horatius ipſe; nam plus eſt mordere, quàm latrare. Obſerves precor quàm efficaciùs loquatur, & ſeſe explicet, undè cenſorem redarguas, qui malè Sectanum habet, quaſi vulgarem, & triobolarem Poetam.

73. *Cum Spado Patricio &c.* Quis fuerit hic Spado, quem Sectani irâ dignum cenſet Barrus, inquirant, qui Romæ degunt. Quis etenim in Sectani verbis non agnoſcat petulantiſſimum Spadonem eſſe aliquem ex illis, quos paucis ab hinc annis canentes in ſuis theatris Roma audivit, cujus ſuperbiam, atque faſtum nemo fuit, qui non oderit?

74. *Fœmineas intret &c.* Eò audaciæ, & petulantiæ devenit hic Spado, ut vel in ipſos nobilium matronarum conventus recreationis gratiâ tanquam nobilis, & patricius ſæpiùs irrepſerit.

75. *Garrulus &c.* Spadones omnes garruli, & loquaces ſunt; ſed nullus unquam tam ineptè loquax, quàm ſemivir iſte; ii, qui eum norunt, teſtimonium perhibeant de veritate, ni conjectura fallax.

75. *Atque duos Reges &c.* Ideſt, ad oſtentationem effingat ſibi Reges amicos, prout ipſemet ajebat: cujus rei penès ipſum fides ſit.

76. *Acceptaſque legat &c.* Aut. ſaltèm legere ſimulet; & adſtantibus perſuadere nitatur ſe eas per tabellarium expreſsè, citatiſque equis miſſum accepiſſe.

77. *Dein calamum poſcat &c.* Omnibus audientibus, ut eo magis

Et cubito innixus diſcordes mitiget Aulas
Conſiliis, toto pacando laſſus in Orbe.
Tù tamen huic propiùs caveas adſtare loquenti;
Nam licet unguento lotus, myrrhâque laboret
Emen-

NOTÆ.

magis vim hujus arctiſſimæ amicitiæ admirentur, & ex celeri reſponſi neceſſitate negotii gravitatem apprehendant.

77. *Puerumque objurget inertem &c.* Moræ impatiens, quaſi quodlibet momentum tantæ rei maximum ferat præiudicium.

78. *Et cubito innixus &c.* Valde cogitabundus; cubito ſiquidem ex more inniti caput ſolent frequentèr, qui maximis curis anguntur, vehementique cogitatione capiuntur. Actionem hanc affabrè tribuit Didoni jam morituræ Virg. Æneid. 4., ajens.

Tum ſeſe attollens, cubitoque innixa, levavit.

Sic & Apollonius expreſſit: *Innixa manui lavæ*; quod gravem curam denotat.

78. *Diſcordes mitiget aulas &c.* Vah! magnum opus: Pacis inter Chriſtianos Reges negotia agit. Arcanum revelatum eſt. Quantò meliùs latuiſſet, nè nimio riſu tàm jactabundi hominis inſania exciperetur auditoribus.

80. *Tù tamen &c.* Petulantis Spadonis vitia aperire proſequitur, oris videlicet malè olentiam; quâ de causâ conſulit plurimum præſtare, ſi quis propiùs eum non accedat, ejuſque verba à longinquo audiat.

81. *Nam licet &c.* Fortè ejus mollitiem taxat, nam molles, & effœminatos dicimus unguentis, & odoramentis delibutos, quos ſues nuncupavit Senec. Epiſt. 86. *Quid? quod odore tanquam ſues glorientur?* eos videlicet, qui ad abuſum illius ævi ſæpiùs in die ungebantur, nè odor evaneſceret; undè fertur Diogenem calamiſtrato cuidam adoleſcenti, qui capillos unguento delibutos deferre minimè verebatur, dixiſſe: *Cave nè capitis bonus odor vitæ diſſolutionem afferat.* At meliùs

Emendare animam, gravis eſt, naſoſque ferire
Longiùs ille ſolet, quam nervo miſſa ſagitta.

Quid

·NOTÆ·

liùs ad propoſitum Mart. lib. 2. Epigr. 12. in Poſthumum fœtidum.

Eſſe quid hoc dicam, quod olent tua baſia Myrrham,
Quodque tibi eſt nunquam non alienus odor?
Hoc mihi ſuſpectum eſt, quod oles, Poſthume, ſemper:
Poſthume non benè olet, qui benè ſemper olet.

Ita Epigrammaticus carpit Poſthumum, qui animæ ſuæ fœtorem, atque oris graveolentiam unguentorum accito odore diſſimulare conabatur. Eadem habet de Coracino idem Mart. l.6. Epigr. 55., ſed nullibi ſatius exprimit parum, vel potiùs nihil prodeſſe hujuſcemodi odores ad auferendum fœtorem, qui venit è ſtomacho, quam lib. 1. Epig. 88. in Feſcenniam, de qua ſcribit.

Nè gravis externo fragres, Feſcennia, vino,
Paſtillos Coſmi luxurioſa voras:
Iſta liniunt dentes jentacula, ſed nihil obſtat,
Extremo ructus cum venit à barathro.
Quid quod olet graviùs mixtum diapaſmate virus,
Atque duplex animæ longiùs exit odor.

Hæc omnia quam benè conveniant cum noſtro Sectano pluſquam ſatis patet. Habet enim uterque unguentum, & myrrham, odorum immodicam profuſionem, impoſſibilitatem hac viâ emendandi oris fœtorem à ſtomacho venientem, habet denique conformitatem in phraſi; Hinc agnoſce optimam noſtri Satyrici imitationem.

82. *Emendare animam &c.* Elegantiùs fortè quam ipſemet Mart. Epig. ſtatim cit., ubi tantùm &c.

Animæ longiùs exit odor.

Secutus potiùs Plinium, cui frequentiſſimè emendare, procurare, & in ſimili lib. 4. c. 10. *Succus hederæ tædia narium, graveolentiamque emendat.* Animam porrò dixit elegantèr, latinèque pro halitu oris, licèt tranſlate, nam anima propriè eſt

ſpi-

ſpiritus, quo vivimus. Porrò pro oris halitu poſuere Virg. 2. Georg.

Animas, & olentia Medi
Ora fovent illo, & ſenibus medicantur anhelis.

Plaut. Aſin. 16.

An fœtet anima uxoris tuæ.

Terent. Phorm. 5.6.

Animam compreſſi, aurem admovi.

Et de putido Verris anhelitu Cic. 5. Verr. *Quæ non modo animum integrum, ſed nè animam quidem puram conſervare potuiſſet.*

82. *Gravis eſt &c.* Nempè, malè olet, quemadmodum de ſuâ puellâ dixit Ovid.3. de Art.

Cui gravis oris odor, nunquam jejuna loquatur,
Et ſemper ſpatio diſtet ab ore viri.

Indè *nitor gravis* Virgil. 3.Georg. de Galbano ſuâ graveolentiâ, ſi comburatur, ſerpentes fugante ex Nicand.in The., cujus verſus eſt.

Præterea graveolens candentibus indita prunis.

Ita apud Plin. lib.28. c.11. pro oris fœtore oris gravitas poſita.

82. *Naſoſque ferire &c.* Et hic efficaciùs noſter Satyricus, quam ſupra laudatus Mart., hic enim habet tantùm *longius exit odor*, Sectanus verò ferit, nec ſimplicitèr ferit, ſed acritèr, & violentèr, non ſecùs ac ſagitta tenſo arcu emiſſa. Ferire autem pro percutere; Tranſtulere Luca. lib. 1. ad clamorem.

Crebris feriunt ululatibus aures.

Virg.5. Æneid.5.

Ferit æthera clamor.

Alibi autem pulſare etiam dixit eod. lib.5.

Pulſati colles clamore reſultant.

En aures, æthera, colleſque percuſſi clamore, cur non naſus graveolentiâ oris percuſſus?

84. *Quid memorem &c* Nova Satyræ occaſio; Geſſia videlicet turpiſſima, quæ tamen linit vario medicamine faciem, ut amatoribus placeat; peſſimo exemplo eſt nubili filiæ, quæ ideo Monialis fieri detrectat, clauſtriſque includi Monaſterii, prout propoſuerat.

84. Me-

Quid memorem quantis medicaverit ora venenis,
Et quantum referat de fornice Geſſia, cujus
Dimi-

NOTÆ.

84. *Medicaverit ora venenis &c.* Medicare pro tingere ponitur; nec eſt hæc inſolens dictio apud antiquos. Teſtes adhibeo Ovid. primo Amor. eleg. 14., ubi capillos tinctos, medicatos appellat.

Dicebam, deſiſte tuos medicare capillos.

Et Plinium lib. 9. c. 38., qui medicamen dixit pro ſucco purpuræ, quo lanæ medicantur, hoc etiam tinguntur. *Singulis aqua amphoris centenas, atque quinquagenas medicaminis libras æquari*; & paulò poſt: *Summa medicaminum in libras vellerum, buccini CC. pelagii CXI. Ita fit Amethyſti color eximius.*

84. *Ora venenis &c.* Sciendum ex Euſth. in lib. 1. Odyſſ., quod Græcorum pharmaca, & Latinorum venena, non ſunt ſolùm *Deleteria, & mortifera, ſed pictorum colores, & generaliùs tincturæ omnes, atque infectiones*. Hinc Virgil. lib. 2. Georg. v. 465. alludens ad primum inventum purpuræ, quod apud Aſſyrios, & Phœnices, ait.

Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno.

Eumque ſecutus Mart. lib. 8. Epigr. 28. de toga loquens, quam ei Parthenius donaverat.

Te nec Amyclæo decuit livere veneno.

quæ ſivè colore viridis, ſivè purpurea, ut aliqui contendunt, parum refert ad rem noſtram; ſatis eſt poſitum venenum pro colore. Rectè igitur Sectanus noſter & ipſe venenum dixit pigmentum, ſeu colorem, quo faciem mulieres fucare ſolent, veteri, eodemque celeberrimo tàm apud Latinos, quàm apud Græcos vocabulo utens, ex quo tùm alibi, tùm hîc diſcat Philodemus utriuſque linguæ peritiam, melioriſque phraſis uſum benè noviſſe Sectanum, eoſque cæcutire, qui lucem in Sole quærunt, nec tamen vident.

85. *Et quantum referat de fornice &c.* Ideſt, quam ſimilis, & proxima ſit meretricibus, qua ut plurimum faciem, ſicuti

Geſſia;

Dimidium labri, naſuſque in Pyxide dormit,
Induit & dentes, ut ſerica, mane repoſtos;
Atque

NOTÆ.

Geſſia, colorant, veneniſque ſuper additis ad oculorum illecebras depingunt. Sententiam illuſtrat Juven. Saty. 6. v. 460., & ſeqq., quos lege, ſi lubet.

85. *Geſſia &c.* De Geſſiæ nomine ſatis ſupra dictum eſt, ea conſule, ſi libet.

85. *Cujus dimidium &c.* Imitandum ſibi propoſuit Marti. lib. 9. Epig. 38., cum hæc ſcripſit Sectanus. Author enim ille cum in Gallam vetulam, libidinoſam invehendum ſibi propoſuiſſet, eam ſic ad vivum exprimit, ſeu potius pictoris inſtar ejus imaginem repreheſentat, ut aſpicere putes.

Cum ſis ipſa domi, mediaque ornere Suburrà,
Fiant abſentes & tibi, Galla, comæ,
Nec dentes alitèr, quam ſerica nocte reponas,
Et lateas centum condita pyxidibus,
Nec tecum facies tua dormiat, innuis illo,
Quod tibi prolatum eſt mane, ſupercilio.

Habes igitur in Galla pictam, fucoque medicatam faciem, fictos capillos, factitios ex oſſe, vel ebore dentes, eoſque noctu repoſitos, quemadmodum ſericæ veſtes reponi ſolent, ejus mundum muliebre, fucos, medicamina in pluribns condita pyxidibus, & tandem adſcititium faciei colorem ſingulis noctibus abſterſum, novumque craſtinâ die ſumptum, qui elegantèr exprimitur per ea verba: *Nec tecum facies tua dormiat.* Abeat igitur quiſquis ille ſit putidulus criticus, qui blacterat Sectanum imitari voluiſſe Martialis locum, auſu tamen infelici, ea ſcilicet ratione, quod Epigrammatiſta de pigmentis loquatur, quæ venum proſtant, & pyxidibus conduntur, cum è contrà inaudita res ſit labra, & naſum adſciſſe, & dormitum ire. Has nugas nedum ei, qui primis labris Grammaticam hauſerit, ſed qui ſenſu communi etiam levitèr polleat, refellendas linquere placet. Certè quiſquis iſte ſit evidentèr docebit fœminas plurimas paſſas in facie cicatrices, tineas, & ſimilia, eaſdemque, ut plurimum, odorum ceroma læſæ parti tàm aptè adæquare

Atque etiam vitreum, quo nos inſlammet, ocellum.

Aſpi-

NOTÆ.

quare, ut oculos inſpicientium ſæpiſſimè fallant. Sic dimidium labri, & naſum adſciſci elegantèr dictum pro ſupplemento defectuum, qui & labro, & naſo inſunt; quod autem horum membrorum partes in pyxide dormire dicat, in idem reincidit, ſignificans videlicet partem illam adſcititiam naſi, & labrorum in pyxide, cum dormitum itur, reconditam, quandiù humanos vultus imitari deſierat, unde dormire potuiſſe rectè dictum; Nec inſolens metaphora, quando eâdem uſus fuit Martialis loco paulò ante citato. *Nec tecum facies tua dormit &c.*

88. *Atque etiam vitreum &c.* Alia in Geſſiâ maxima menda, nempè oculus aſcititius vitreus, qui ſerò in capſulâ conditus, manè reſumitur, tamque perfectè verum oculum imitatur, ut verus, non fictitius, videatur, ſicque cæcos facillimè decipiat amantes, qui hyperbolicè oculorum fulgore (cum de ſuis amaſiis agunt) uri, inflammari, fauciari, torqueri &c. exagerant.

88. *Quo nos inflammet &c.* Optimè æmulatus eſt veteres Poetas, qui oculos claros, nitidos, & quibus ineſt fulgor quidam in præcipuâ parte pulchritudinis poſuere. Ita Pindarus Od.5.Pyth. *Oculum lucidiſſimum dixit*, Ariſtænetus lib.1.Epi.10. *Decorant juvenem oculi lucidi quidem, ut pulchri*; & ut Poetas omittam, conſonant Philoſtr. in Epiſt., qui eos vocat *ſydera*, & Apulejus lib.3. inquiens. *Si tuis iſtis micantibus oculis*. Cauſa hæc eſſe inter alia poteſt. Ineſt præcipuè in oculis illecebra quædam, qua, quos amamus, ſolemus appellare *oculum noſtrum, noſtrumque ocellum*, teſte Plaut. in Aſina. 12., ubi: *Da meus ocellus, mea roſa &c.* De hac illecebrâ Heſiod. in Theog., *à palpebris intuentium amor diſtillat*. Athen. l. 13. latè oſtendit ſedem præcipuam dilectionis eſſe in oculis, propter eà quod (hanc rationem ex Ariſtotele adducit) in oculis habitet pudor. Certè Pindarus Ode 8. Nem. ait Venerem inſidere in virginalibus puerorum palpebris. Philoſtratus in Epiſt. oculis dat *intelligen-*

Aſpicit hæc, diſcitque genis foliata parare

90 *Fi-*

NOTÆ.

gentiam ad capiendum, & præſidium; nam indè movetur pugna atrox amoris. Comparat illos *caſtellis, & locis editis*; nam ut ex iſtis Reges ineunt oppugnationes, ita machinæ amoris in oculis ſitæ. Vocat illos *faciferos*, quia illi inflammant; dicit eſſe in illis *retia*; dat illis *expugnationem, tyrannidem*, qua omnia ſubjiciunt; Comparat cum Carybdi, quæ ſorbet omnia, ſic oculi formoſarum. His & aliis deliciis plenus eſt Philoſtratus. Non diſſimiles habet Pollux, à quo oculi dicuntur *lucentes, fluentes, acres, igniti, emittentes ſplendorem, fulgorem, lumen, jucundi, illecebroſi, amabiles*. Plato citante eodem Polluce, *oculos lucem ferentes* habet. Hanc notam debeo Ludov. de la Cerda è Soc. Jesu in comm. ad illud Virg. *Lætos oculis afflarat honores*. Æneid. 1. v.595. Addo apud Romanos, ut habet Turneb. lib.27., fuiſſe in maximâ extimatione nigros oculos, è contrà verò minimè reputari glaucos, quos ad ludibrium *noctuinos* appellat Plaut. in Curcul. act.1. ſcœn. 3. v.35.

Tun etiam cum noctuinis oculis odium me vocas?

de avis inauſpicatæ, cujus tales ſunt oculi, nomine petitâ illuſione. Juvat ad noſtrum Sectanum illuſtrandum Homer., qui Iliad.3. inter ſigna divinitatis dat Veneri *fulgentes oculos*, & de Pallade notat, *huic fulgere oculos*; necnon Virg. qui Æneid.5. Deæ tribuit *oculos ardentes*. Hinc Hippocr. in Epiſt. deſcribens Veritatem, quæ ſibi auguſtâ facie, uti Dea, apparuerat, inter alia Divinitatis ſigna, hoc ponit: *Cujus oculorum orbes claro lumine pellucebant, ut ſtellarum fulgores viderentur*; quidquid ſit de ſententiâ Heliod. lib. 2. Hiſt. Æthiop., qui cenſuit alitèr de Deorum obtutu, undè illi queant agnoſci à mortalibus, ſcribens: *Tuentur continuo obtutu, neque unquam concludunt palpebras*.

89. *Aſpicit hæc &c.* Ideſt, attentè videt, aſpicere enim eſt diligentèr oculis ſcrutari.

89. *Diſcitque genis &c.* Matris exemplo faciem dealbare, atque pingere, fucareque diſcit.

89. *Foliata parare &c.* Foliatum eſt unguenti genus, quod

Nn ij &

90 *Filia jam grandis, nec candida Pompejana*

Ne-

NOTÆ.

& Nardinum vocat Plinius lib. 13. cap. 1. Hiſtori. inquiens: *Nardinum, ſivè foliatum conſtat omphacio, balanino, junco, coſto, nardo, amomo, myrrha, balſamo.* Noſtro autem Authori foliatum pro quovis unguento ad fucandam faciem apto accipitur; Huc etiam videtur reſpexiſſe Martial. lib. 11. Epigr. 28.

At mea me libram foliati poſcat amica.

90. *Filia jam grandis &c.* Et conſequenter aptior corrumpi ex maternâ imitatione. Notavit ſiquidem Cicer. de Orat. *Magni intereſſe, quos quiſque audiat domi quotidiè, quibus cum loquatur à puero, quemadmodum patres, pædagogi, & matres etiam loquantur;* multò magis quid agant, nam *plus ex moribus* (inquit Senec. Epiſt. 6.) *quam ex verbis trahimur*, quandoquidem teſte Juven. Saty. 14., de filiâ malo matris exemplo educatâ, dicitur.

Velociùs, & citiùs nos
Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis
Cum ſubeunt animos authoribus.

90. *Nec candida Pompejana &c.* Pompejus nobilis in Urbe Unguentarius, ſicuti olim Coſmus, ſæpè Martiali memoratus. Ejus taberna propè Trivium Fontem maximè à Romanis nuptis frequentatur, cum ibi quamplurima ad medicandam faciem exquiſitè conficiantur. Puto autem Sectanum candida Pompejana dixiſſe unguentum illud, vulgò *Manteca*, quod præcipuè ex unionum pulvere compoſitum, quo nobiliores fœminæ ad liniendam cutem, nitoremque ſervandum utuntur. Quod autem ad veterum imitationem attinet; Juven. Saty. 6. v. 461. *Pinguia Poppeana* à Poppeâ, Martialis lib. 6. Epigr. 55. *Plumbea Nicerotiana* à Nicerote, & lib. 11. Epigr. 16. *Pinguia Coſmiana* à Coſmo, Sectanus *Candida Pompejana* à Pompejo, dixerunt. Sic habes pinguia, plumbea, & candida unguenta diverſimodè nuncupata, vel à materiâ, vel à colore, vel ab effectu compoſiti.

91. *Nec*

Negligit, aut pinguem Cererem, vitulæque ſaginam,

Atq; coquum Dominæ faciem incruſtare peritum;

Jam-

NOTÆ.

91. *Nec pinguem Cererem &c.* Cererem, quam Deam frugum nuncupavere, pro ipſomet frumento poſuere, Horat. Epod. 16., Ovid. 3. Amor. Eleg. 6., Lucan. lib. 3., Virgil. 1. Æneid., 2. Georg. & alibi, necnon Cic. 2. de Nat. Deo., ubi habet: *Fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum.* Hincque dicti Cereales Ædiles duo illi, qui rei frumentariæ apud Romanos præerant, quorum creandorum author fuit C. Julius, ut aliqui putant, referente Alex. ab Alex. lib. 4. c. 4., vel plebs florente adhuc Republicâ, ut videtur magis arridere Pomp. Læt. de Magiſtr. Pop. Rom. c. 20. Cęterùm à ſignificatione frumenti ad denotandum panem frumentaceum etiam translata Ceres; Ut benè innuunt Terent. Eun. 4. 5.

Sine Cerere, & Libero friget Venus.

Silius lib. 7., qui panes nuncupat *dona Cerealia;* facitque Plaut. Aulul. 11., ubi habet Cereri nuptias facere, ſe ad Latinorum morem referens, qui dicere ſolebant, Cereri ſacrificant, ſi quando in convivio vinum deeſſet; propterea quod in hujus ſacris nefas eſſet inferre vinum, ſoloque pane celebrarentur, ſicut apud Græcos in Larium ſacrificiis, unde apud eos ſimili, quam apud Latinos ſignificatione dictum ἑστίᾳ θύειν *Lari ſacrificant.* Sed ad rem noſtram: Ceres, quam pinguem vocat Sectanus, eſt panis lacte, ut plurimum, aſinino imbutus, qui ad faciem fucandam paratur. Meminit Juvenal. Satyr. 6. v. 461.

Pane tumet facies.

Hunc ad ſollicitandum candorem cutis adhibitum teſtatur idem Satyricus Saty. 2. v. 107., dum mollitiem Othonis redarguit, inquiens ſcopticè.

Nimirùm ſummi Ducis eſt occidere Galbam,
Et curare cutem ſumma conſtantia Civis;
Bebriaci campo ſpolium affectare Palati,
Et preſſum in facie digitis extendere panem.

De

Jamque odit clatros, ſeptumque ſubire recuſat
Cœnobii, horriduloque comas velare cucullo.
Digna tamen fragili pertranſeo crimina ſexu,
Communis quem ſtringit amor, ſtudiumque placendi.

Sed

NOTÆ.

De hac autem faciei incruſtaturâ ex pane lacte aſinino madido ſatyricè ipſemet Juven. Saty. 6.

Ac illo lacte fovetur,
Propter quod ſecum comites educit aſellas,
Exul Hyperboreum ſi dimittatur ad axem.

Poppeam intelligit Neronis uxorem, quæ adeò diligens in curandâ formâ fuit, ut eam in exilium miſſam quingentæ aſinæ ſequerentur, quarum lacte candorem corporis provocabat, prout teſtatur Plin. lib. 11. c. 41. ſic: *Conferre aliquid, & candori in mulierum cute exiſtimatur. Poppea certè Domitii Neronis conjux, quingentas per omnia ſecum fœtas trahens, balnearum etiam ſolio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutem credens.* Nec quia dicat eo uſum in balneo, quaſi ad lavandum, excludit panem ex illo madidum, referente in ejuſdem Poppeæ perſonâ de minus honeſtis mulieribus Juvenal. totiès cit. Saty. 6. v. 466., quem conſule.

91. *Vitulæque ſaginam &c.* An hoc faciei linimentum apud antiquos in uſu fuerit, nullibi, quantum ſciam conſtat; hodiernus mos apud mulieres ita invaluit, ut de adipe vitulino medicamentum, ut plurimum faciant, quo cutis levior, molliorque fiat: hinc benè, ſatyricè tamen ſubdit iam coquum artem unguentariam didiciſſe, cui talem adipem ad incruſtandum Dominæ vultum parare convenit.

93. *Iamque odit &c.* Ideſt, filia hæc, quæ prius profeſſionem, veſtemque monaſticam ſuſcipere habebat in votis, nunc matris exemplo ſæculi vanitatibus profanis addicta, alitèr omninò ſentit, oditque contineri ferreis clatris, ſeptoque Monaſterii, nigroque monaſtico cucullo caput velare.

95. *Digna tamen fragili &c.* Omnium mulierum communis culpa

Sed peccat Lauſella,& pluſquam fœmina peccat,
Vendere quæ potuit torquem, patrioſque ſmaragdos,
Atque novæ centum flavos donare monetæ,
Efferat ut nigrum tacitus veſpillo maritum.

Tem-

Notæ.

culpa eſt de propriâ pulchritudine opinio, ſivè eæ turpes, ſivè formoſæ ſint. Hinc fit ut cultum, & ornatum ament, quibus ipſæ magis lepidæ, venuſtæque inſpicientium oculis appareant. Hoc autem qualecumque ſit crimen, leve dicitur à Sectano, quandoquidem eſt vitium ſexus, & penè dixerim naturæ, non autem animi.

97. *Sed peccat Lauſella &c.* Lauſellæ meminit Mart. lib.3. Epig.72., apud quem eſt mulier meretrix, & fatua, nulloque lepore meretricio inſtructa.

Si verum eſt, vitium pejus babes, fatua es.

Noſter autem Author ſub nomine Lauſellæ fœminam crudelem, & viricidam repræſentat.

97. *Et pluſquam fœmina peccat &c.* Adeò enormitèr delinquit, ut vix credas tantùm peccare poſſe fœminam; ſed quid? nullum animal ad vindictam pronius, quam mulier.

98. *Vendere quæ potuit &c.* Ideſt vendidit pretioſiores margaritas ad comparandum venenum, quo maritum necaret, & ad conquirendos tanto delicto complices, & adjutores.

100. *Efferat ut nigrum &c.* Nigrum duplicitèr hoc loco interpretari poteſt; primum per translationem pro mortuo, quæ dictio frequens apud Poetas, eaque elegantiſſima. Unde & in mortuariis omnia nigra, quemadmodùm & in mortuorum ſacrificiis, nonniſi hoſtiæ nigræ cædebantur: ut docent ex Latinis Virg. l.6. Æneid.

Quatuor hic primum nigrantes terga juvencos
Conſtituet.

Et Lucret lib.3.

Et nigras mactant pecudes, quas manibus divis
Inferias mittunt.

Ex

Tempore quo major ſacris injuria tædis,
Secubituque viri conceſſa licentia nuptæ?
An non indignis Virtus mendica lacernis

Un-

NOTÆ.

Ex Græcis autem Ulyſſes apud Home.lib.11. Odyſſ., ubi promittit Tireſiæ jam defuncti manibus ſe

Ovem ſacrificaturum totam nigram.

Eâ ſcilicet ratione ductus, quam inſinuat Hippocrat. in lib. de morb. ſacro, cum ait.

Colore nigro ſignificari mortem.

Secunda autem interpretatio ſecundum ſenſum litteralem fit. Cùm agatur de Marito ex vi veneni ei ab uxore propinati extincto, benè nigrum cadaver dicitur; omnia enim cadavera venenatorum nigreſcunt, cum potiſſimùm ſignum veneni ſit corporis nigredo. Undè ab effectu ipſum venenum dictum, *atrum*. Mart. l.7. Epig.71.

Si quiſquam mea dixerit malignus
Atro carmina, quæ madent veneno.

necnon *obſcurum* lib.1. Epig.79.

Nec tamen obſcuro pia polluit ora veneno.

100. *Tacitus veſpillo &c.* Nè prodatur reatus, venenumque marito ab uxore miniſtratum, tanti emptus videlicet centum aureis, veſpillo fuit.

101. *Tempore quo major &c.* Proſequitur Barrus more ſuo loqui, nempè maximis, ut ſolet, declamationibus accuſare ſæculi, & Urbis corruptelas; & præcipuè invehitur in maritos illos, qui ſecubando à propriâ conjuge adulterii anſam præbent, modeſtumque lenocinium exercent. Tantum flagitium nè credas in Urbe vigere, ſed potiùs irrationabili Barri eloquentiæ tribuas velim.

103. *An non indignis &c.* Reſpondet illi Juvenal. Saty. 1. *Probitas laudatur, & alget.* Optimè igitur eſſe Satyræ digniſſimam materiem virtutis ſpretæ miſerabilem ſtatum Barrus, ipſiuſq; ab aulis Magnatum exilium dicit. Nil mireris; ſemper eadem infelix temporum conditio fuit, nam cum *nemo virtuti faveat, niſi qui ſequi poteſt,* teſte Lactan. lib.5. Divi. Inſtit., quo

nam

Und'que poſcit opem ? Procerumque per atria mœret

105 *Læſa*

NOTÆ.

nam modo à divitibus virtute prædití favorabilitèr excipi poſſunt, apud quos, ut ait Bion. apud Volat. *non habitat*, quique ex invidiâ duriorem ſpectatæ virtutis, quam incognitæ faciunt conditionem, ac mendicare, pannoſamque eſſe ſinunt, imò & cogunt. At an non ſibi ipſi virtus pulcherrima merces, nonnè peregrina in terris, nonnè viliùs argentum eſt auro, virtutibus aurum ? Manet igitur publicâ religione conſecrata virtus, nullius privatæ laudationis indigens, *quæ in tempeſtate ſævâ* (ſcribit Cic. pro Sext.) *quieta eſt, & lucet in tenebris, & pulſa loco manet tamen, atque hæret in patriâ, ſplendetque per ſe ſemper, nec alienis unquam ſordibus obſoleſcit*; imò etiam *impios* in amorem ſui rapit.

104. *Procerum per atria &c.* Simili infortunio laborat Fides apud proceres, qui dedignantur ſecum cohabitare, ſed partes exteriores domus, vulgatioreſque tribuunt, quales ſunt atria, unde benè mœrere dicitur, quæ à penetralibus pellitur, reiciturque, ut inviſa, & abjecta. Deflet hujuſcemodi jacturam Virg. Æneid. 6. v.878. in morte Marcelli.

Heu pietas, heu priſca fides.

Deflevit & Juvenal. Satyr. 3. in Romanâ Republicâ exclamans.

Cedamus patriâ: vivant Arturius iſtic,
Et Catulus: maneant, qui nigrum in candida vertunt.

& paulò poſt

Quid Romæ faciam ? mentiri neſcio: librum
Si malus eſt, nequeo laudare, & poſcere: motus
Aſtrorum ignoro, funus promittere patris
Nec volo, nec poſſum: ranarum viſcera nunquam
Inſpexi: ferre ad nuptam, quæ mittit adulter,
Quæ mandat, norunt alii; me nemo miniſtro
Fur erit, atque ideò nulli comes exeo, tanquam
Mancus, & extinctæ corpus non utile dextræ.

Læſa Fides, Pietaſque genas ſuffuſa rubore

Eju-

NOTÆ.

Minùs acritèr ſe habet Horat. 1. Carm. Od. 35., nam fidem tantùm raram dicit.

Albo rara fides colit
Velata panno.

Ubi adverte, erudite Lector, ad morem Deæ Fidei ſacrificandi albo panno involutâ, vel velatâ manu, per quod oſtenderetur, prout ſcribit Servius in 1., & 8. Æneid. Fidem eſſe debere tectam, & ſecretam. Placet autem ſententia Lævini referentis ad ſtolam integram candidam, qua fides velata erat; ex qua, ut puto, Virgil. 1. Æneid. 269. *Canam* nuncupavit, ni placeat potiùs ita dictam, quod fide nil ſit puriùs, candidiùs, ſimpliciùs. Probo etiam Artemid. lib. 1. c. 3., qui alba veſtimenta ad ſacrificia refert, quia Sacerdotes fuerint albati. Addo antiquos veritatem, quæ virtus Fidem parit, nudam pinxiſſe, ipſo tantùm corporis, & carnis candore conſpicuam; quaſi nihil magis Fidei, ac Veritati repugnet, quam obvolutio veſtium, & implicatio. Alciatus quidem in fidei ſymbolo (quod expreſſum ex antiquiſſimo marmore vult Mazochius) Veritatem Fidei Matrem depingit ab hoc candore nudam.

105. *Pietaſque &c.* Huic notæ conveniunt quæcumque diximus in ſuperiori. Addimus Pietatem ad Religionem referri, teſte Auguſt. Epiſt. 52., cui *Pietas eſt verus Dei cultus*, cujus primum gradum eſſe vult Ambros: *ut quos authores nobis voluit eſſe Deus, honoremus obſequiis, abſtineamus contumeliis, nec vultu lædamus pietatem parentum.* Unde Hierony. ad Paul. ſcripſit, *Rectus ordo eſt, ut poſt Deum amemus patres, & amicos*, quam ſententiam ipſa veterum Ethnicorum Theologia amplexa eſt dicente Cic. 2. de Nat. Deor. *Pietate erga Deos ſublatâ, fides etiam, ac ſocietas generis humani, & una excellentiſſima virtus juſtitia tollatur neceſſe eſt.* Rectè igitur hujus pietatis decrementa dolet Sectanus, quod videat in juventâ Romanâ corruptos mores, irreverentiam erga Sacras Ædes, religioſum cultum peſſundari, reverentiam, honoremque parentibus debitum non adhiberi, amicis fidem non ſervari, plurimoſque recenſeat,

qui

Ejulat, & medios quærit peregrina Gelonos?

Quid?

NOTÆ.

qui à SANCTISSIMI PRINCIPIS exemplo admirabili abhorrentes *prægrandi in ſuos pietate impii in Deum*, ut notavit Hierony. in Epiſt., *evadant*.

105. *Genas ſuffuſa rubore &c.* Translatè ab homine pro pudore, qui ruborem ſolet genis excitare: Unde *Virgineus rubor* Virg. 1. Georg., *Pudorem rubor conſequitur*, Cic. 4. Tuſcul., & *ſubitus rubor ora notavit* Ovid. 6. Metamor. Hinc ruborem abjicere, eſt eſſe perfidum, & verecundiam commiſſorum criminum amiſiſſe. Sic Juvenal. Saty. 13. de homine ſcelerato.

Quando recepit
Ejectum ſemel attritâ de fronte ruborem?

Et Mart. l. 11. Epig. 28. de Flacci amicâ.

Aut cum perfricuit frontem, poſuitque pudorem.

106. *Ejulat &c.* Ideſt voce elatâ acerrimè deflet. Favent Plaut. Aulula. 25. *Qui nam homo hic ante ædes noſtras, ejulat, conqueritur mœrens*, & Cic. 2. Tuſcul. *Ingemiſcere non nunquam viro conceſſum eſt, idque rarò: ejulatus verò nè mulieri quidem*.

106. *Et medios quærit &c.* Et peregrina abit inter barbaras gentes, quales ſunt Geloni, ubi fortè tutiùs, & honeſtiùs hoſpiterur. Gentem hanc Thraciæ populum affirmat Vivius, at omnes Geographi inter Scythas enumerant, ex quibus Turneb. pluribus relatis optimè cenſuit Vivium erraſſe. Favet Philon περὶ μέθης, qui habet. *Ferunt apud Scitharum gentem, quam vocant Gelonos*. Scio alios eam rejicere ad Sarmatas Scythis proximos, & in argumentum adducere Stephan. Byzantium, qui Gelonum Urbem Sarmatiæ facit conditam à Gelono Herculis filio; quem ſimul cum Agathyrſo, & Scythâ ſuſcepiſſe tradit Herodo. lib. 4., ex quadam Virgine naturæ ancipitis, humanæ, & ſerpentinæ; Ab his autem totidem dictos eſſe populos recenſet naturæ ferocis, & qualem decet ex homine, & ſerpente progenitos. Hîc nota, Lector, totam hujuſcemodi dictionis vim, & luce meridianâ clariùs aſpicies nil

Quid? Satyram poſcunt ſacri quoque marmora templi
Plena avibus, clariſque feris: extructa Tonanti,
An Domino, dubium eſt. Videas ſignare columnas,
Ut pulli femur Aſturiæ, nitidæque patellæ.

Imo

NOTÆ.

dictorum ad SANCTISSIMUM PRINCIPEM referri, cui pietas, & fides adeò cordi, mentique inſita ſunt, ut non uno loco harum Satyrarum noſter admiretur, celebretque Sectanus ejus inſignes virtutes, miram religionem, in pauperes miſericordiam, in reliquis juſtitiam, & æquitatem; itaut bono Chriſtianæ Reipublicæ natum, & ad ſummum Sacerdotii culmen evectum nemo ſit, qui non agnoſcat, & confiteatur etiam apud gentes quaſcumque exteras, nec Romanæ communioni Fidei, religioniſque vinculo copulatas.

107. *Quid? Satyram &c.* Novæ Satyræ dignam materiam proponit tot inſignia familiarum, quæ in Sacris Ædibus ſuſpenſa viſuntur, arte plaſticâ ſculpta, vel in marmore, vel in ære: itaut eaſdem videre ſit plenas avibus, ideſt aquilis, columbis, pavonibus, turturibus &c. & feris, videlicet leonibus, pantheris, cervis, canibus, apris &c. tali abuſu, luxu, & frequentiâ, ut rectè dubitare contingat ignorantibus res noſtras, an hæc ad religionem ſpectent, & Templa hæc potiùs quam Deo, earum Dominis ambitioſiſſimis extructa ſint.

109. *Videas ſignare columnas &c.* Ideſt, in ſculpendo talia familiarum Principum inſignia non in ipſis tantùm Templis, ſed ubi occaſio ſe dederit.

110. *Ut pulli femur Aſturiæ &c.* Non ſecùs ac fit in equorum pullis; pullos autem Aſturiæ dixit ad aliquam nobilium equorum ſtirpem connotandam. Hos in maximo pretio ſemper fuiſſe, non tantùm noſtrum ævum teſtatur, ſed tota antiquitas fatetur. Hos, inquam, qui eos agnoſcimus ſub nomine *di Ginnetti di Spagna*, veteres autem, qui Aſturçones dixere,

vel

Imò & fictilibus, fœdiſque adjecta cloacis

Stem-

NOTÆ.

vel Thieldones. Habet Plin. lib. 8. ſic: *In Hiſpaniâ Gallaica gens, & Aſturica, equini generis, quos thieldones vocamus, minori formâ appellatos Aſturcones gignunt: quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: unde equis tollutim carpere incurſus traditur arte*. At alitèr Aſturconem intellexiſſe videtur Petron. in Satyr., qui Macedonicum facit: Verba ſunt: *Pro hac felicitate cras puero Aſturconem Macedonicum optimum donabo*. Longam diſputationem Gonſalii adversùs *Macedonicum Aſturconem*, quem ille *Struthione* mutandum cenſet, mitto; eam deſtruit Plutarch. lib. 5. Sympo., & Achill. Stat. lib. 1. Tantùm animadverto in magnâ dignatione fuiſſe equos Theſſalos, ut notat Euſtath. in Diony., inquiens: *Athenienſes quidem circa artem occupatos eſſe nauticam, Theſſalos peritiæ ſtudere rei equeſtris, Beotos verò ex colore gymnaſticem*: Theſſalia porrò primaria Macedoniæ Regio: Qui igitur ex altero Aſturico, altero Macedonico provenit, vel ex Aſturicis in Macedoniâ genitus, rectè Aſturco Macedonicus dictus. Hæc ſe debere erudito Gronovio fatetur Michael Hadrianides in notis ad hunc Petronii locum, nos ex eodem Hadrianide accepimus.

110. *Nitidæque patellæ &c.* Idem fit in patinis argenteis menſariis, ut dignoſci queant cujus ſint.

111. *Imò & fictilibus &c.* Senſus eſt: non tantùm hæc inſignia vaſis in argenteis, aureiſque inciduntur, ſed pinguntur, effinguntürque argillaceis.

111. *Fœdiſque adjecta cloacis &c.* Immo & cloacis, quæ ideò fœdæ, quia omnes Urbis fœditates in ſe recipiunt; ſunt etenim loca cava, ſivè ea publica ſint, ſivè privata, quo ſordes confluunt: Undè Plaut. in Curcul. ſtomachum immundæ vetulæ, & alvum, cloacam nominavit.

Propere prolue cloacam.

At quoniam de cloacis ſermo incidit; illud notandum, Romæ in cloacarum ædificiis ſemper plurimum inſumptum; earumque ſumptuoſitatem oſtendi pluſquam ſatis ex veſtigiis Cloacæ ma-

ximæ,

Stemmata Pontificum; lotioque, & ſtercore plenum
Nomen Alexandri quoties non vidimus Urbe?
Hæc ſale Lucilii, Venuſinâ digna lucernâ

Hæc

NOTÆ.

ximæ, quam L. Tarquinius conſtruendam curavit integri exercitus labore, cui operi, inquit Livi. l. 1. *Nova magnificentia vix quicquam adæquare potuit*; Quodque admirandum, eidem religionem addidere ſub Deæ Cloacinæ tutelâ, & præſidio; Hanc enim Deam cloacis præſidem conſtituere. Refero inſigne Senecæ fragmentum in ſuperſtitionem veterem ex Lipſ. Electo. lib. 2. c. 18., ubi idem Philoſophus habet. *Quid ergo tandem? Veriora tibi videntur T. Tatii, aut Romuli, aut Tulli Hoſtilii ſomnia? Cluacinam T. Tatius dedicavit Deam.* Quod etiam docet noſter Lactantius lib. 1. de falſ. relig. *Cloacinæ ſimulacrum in cloacâ maximâ repertum Tatius conſecravit; & quia cujus eſſet effigies, ignorabat, ex loco illi nomen impoſuit.*

112. *Stemmata Pontificum &c.* Hoc loco Satyricus mordet acritèr nimiam famæ cupiditatem, & propriæ familiæ gloriam, qua nonnulli Summi Pontifices elapſis temporibus ferebantur. Appoſitis quippè etiam vilioribus locis marmoreis armorum ſcutis, nomen in poſteris diuturnius victurum crediderunt. At quantò meliùs tùm famæ, cùm Pontificiæ dignitati conſuluit SS. INNOCENTIUS XII., qui licèt ampliſſima ædificia ære proprio conſtruxerit, & publicæ utilitati ſacraverit, nequaquam paſſus eſt avitæ domus inſignia parietibus ſuſpendi, maluitque amore populorum, quam Tiburtino lapide victurum nomen mandare.

114. *Hæc ſale Lucilii &c.* Poetæ vetuſtiſſimi nomen, qui primus inter Latinos Satyram ſcribere aggreſſus eſt; de quo Horat. lib. 1. Serm. Saty. 4.

Hinc omnis pendet Lucilius, hoſce ſequutus.

& Perſ. Saty. 1. v. 114.

Secuit Lucilius Urbem.

ideſt linguæ flagellis corripuit, culpavit, laceravit, momordit,

Sal

Hæc ſunt . At contra male lex Scatinia ſurgit,
Inguinibus Calaber ſi quid peccaverit udis .
Nam Philodemus homo bonus eſt , & pellice lævâ
Uti-

NOTÆ.

Sal autem habet pro dictis ad riſum , & ad facete arguendum compoſitis . Huc ſpectat illud Cat. Epigr. 81. de Quintil.

Non eſt in toto corpore mica ſalis .

Hoc etiam nihil venuſtum, nihil facetum . Sic Cic. de Claris Orat. *P. Scipio omnes ſale , & facetiis ſuperabat .* Et Juvenal. 9. v. 11. dixit ſalibus vehementem, hominem , qui facetis , acribuſque ſermonibus morderet .

Et ſalibus vehemens intra pomæria natis .

Scilicet urbanis , & lepidis , natis intra muros Civitatis , ubi erant pomæria .

114. *Venuſinâque &c.* Optima Juvenalis imitatio , qui Satyra 1. v.51. ſcripſit .

Hæc ego non credam Venuſinâ digna lucernâ?

Hæc cum flagitioſiſſimâ ſint meritò exiſtimat digna Venuſinâ , ſeu Horatianâ lucernâ , & diligenti lucubratione nocturno tempore, magnâque acritate confectâ .

115. *At contra male &c.* Sequitur Barri pro Philodemo apologeticus , dicitque propterea nullam culpam ab eo commiſſam , quæ gravis ſit , pro qua puniendus veniat in vim legis Scantiniæ,quotiès venerea tentigine pruriens ei peccare obvenerit, cùm enim ea lex teſte Val. max. lib.6. c. 1. in pædicones lata fuiſſet,ut ſuperiùs dictum fuit,nequaquam Philodemus unquam tali legi contraveniſſe contendit ex cauſis infrà recenſitis.

117. *Nam Philodemus homo &c.* Brevis, & æquivoca laus ; quid ſi ſcopticè hæc ſcripſerit Sectanus , nonne & Demon bonus dici verè poteſt, ſi tranſcendentalitèr, ut loquuntur Philoſophi, tantùm intelligatur ? Forſan Sectanus reſpexit Italicum proverbium notiſſimum,quo frequentèr uſurpatur illud: Bonus vir eſt, ac ſi dictum è un C. . . .

117. *Et*

Utitur, ut fugiat ſtantes in fornice mœchas,
Caſtalidumque queat contingere purior amnes.
Finierat Barrus; quem torvo lumine figens
Sulcius, & medium protendens callidus unguem
In vultus; Gratamur, ait, dulciſſime Barri,
Quod tibi contigerit magni tutela Bionis,

Con-

NOTÆ.

117. *Et pellice lævâ &c.* Nec pædicatur, nec fornicatur Philodemus, ſed manu lævâ proſcorto utitur.

118. *Ut fugiat &c.* Cauſam voluntarii reatus addit, eam videlicet; quod à gravioribus ſtudiis fœminarum amor, & converſatio divellat; undè hac viâ ſtatim ac vis libidinis emollita fuerit, nullum remanet impedimentum, neque ullum diverticulum, quin liberâ mente ad Muſas, & ad conſueta ſtudia redeat.

120. *Finierat Barrus, quem torvo &c.* Finem Orationis Barri excepit Sulcius non ſine maximâ indignatione, aſpectuque ferociam præſeferente.

121. *Sulcius &c.* Hujus nominis nulla apud veteres mentio, quod ſciam; Certè apud eoſdem nullum unquam Sulcium legi, nec legere potui, quemadmodum nec hanc denominationem ex aliquo ethymo deducere, qui valeat indigitare ſaltem probabilitèr hominis characterem.

121. *Et medium protendens &c.* Hujus locutionis exempla plurima apud veteres Scriptores. Dò Juvenal. Satyr. 10. v. 53.

Interdum & lacrymas, cum fortunæ ipſe minaci
Mandaret laqueum, mediumque oſtenderet unguem.

& Mart. lib. 2. Epig. 28.

Rideto multùm, qui te Sextile cinædum
Dixerit & digitum porrigito medium.

Errant ii, qui putant per hæc verba notari actionem illam, cum interjecto pollice inter medios proximos digitos, obſcænum in modum probrum objicitur; ſiquidem ex veriori ſen-

tentiâ

Conſcia mens ſcelerũ, pathicus quem fecit amicum
Carinus, tremulæque nates, Titique mariſcæ.
Sed qui non laudat Parthorum bella, ſuperbum,
Inſulſumque caput Philodemi devovet Orco.

Et

NOTÆ.

tentiâ, genuinoque veterum uſu aliter rem eſſe conſtat, nam apud eos contumeliæ indicium fuit medius digitus porrectus in aliquem, quod Priapum repræſentaret, ideòque infamis, impudicus, & cinædus dictus, prout habent Martial. lib. 6. Epig. 70.

Oſtendit digitum, ſed impudicum
Alconti, Daſioque, Symmachoque.

Et Perſ. Saty. 2. v. 33.

Frontem, atque uda labella
Infami digito, & luſtralibus ante ſalivis
Expiat

Undè ab Athenienſibus medius hic digitus catapygos denominatus fuit, quaſi cynædus & ſcortum, quod infamiam incuteret, & contumeliam faceret: Et quamdiù Græcorum tetigimus uſum, illud obſervandum in promptu venit, quod etiam apud eoſdem, contractis reliquis digitis, medium ignominiæ causâ protenderetur, quod σκιμαλίσαι dixere à verbo σκιμαλίζειν nam quamvis propriè ſignificet medio digito prætentare, an gallinæ ova conceperint, attamen translate eſt infamem digitum porrigere, atque oſtendere cæteris digitis compreſſis, quod in ſummo contemptu fiebat, & per ignominiam; Hinc καταδακτυλικὸς libidinoſus apud Ariſtoph. in Equit. Addam tandem ex Laert. in vit. Diog., Diogenem hoſpitibus Demoſthenem non indice porrecto, ſed medio digito commonſtraſſe, quo effœminatam ejus mollitiem notaret. Verba audi: *Hoſpitibus, ſive peregrinis Demoſthenem videre cupientibus, medium intendens digitum: Hic, ait, vobis eſt ille Athenienſium orator.*

124. *Conſcia mens ſcelerum &c.* Quod ſcilicèt ideò Philodemi defenſionem ſuſceperit, quia ambo eidem culpæ communicent, indè amicos factos eſſe.

124. *Pathicus &c.* Qui præpoſterâ venere ſe iniri patitur à verbo Græco παθεῖν: Juven. Saty. 6.

Et meritò. Teſtes, o formoſiſſima Tempe,
Et juga Telegoni, viridique in margine Nymphæ,
Quas

N o t æ.

Ille tenet ſpeculum pathici geſtamen Othonis.

125. *Charinus &c.* Hujus nominis apud Romanos Imperator fuit, de quo dicere ſuperſedeo, nam nihil ad rem noſtram facit, niſi quantùm ex eo patet nomen hoc ab antiquitate deſumptum: potiùs ex eo deducam, quod urbanus, venuſtuſque ſit, nam χάρις Græcis eſt *gratia, venuſtas, & lepor*, undè χαρίεις *elegans, & gratioſus*.

128. *Teſtes o formoſiſſima &c.* Deliciatum ivit, ut hìc innuitur, Philodemus Tuſculum, ubi ad oſtentationem proprii leporis, & virtutis plurima ridenda egiſſe dicitur; Undè, ſi vera ſunt, quæ hoc loco ei objiciuntur, meritò, ſi unquam alibi, à noſtro Satyrico deridetur.

128. *Tempe &c.* Pro ipſo Tuſculo, & fortè meliùs pro aliquâ ex ameniſſimis ejuſdem loci Villis, utì ſunt præ cæteris Pamphilia, & Burgheſia, quarum prima *Belvedere*, ſecunda, *Mondragone* nuncupantur, quas in deliciarum copiâ ſequuntur Ludoviſia, de Montalto, Roccia, Falconeria, vulgò *la Ruffina*, & plures aliæ notiſſimæ, quæ Exterorum curioſitati, admirationique quotidiè exponuntur; Romæque accolas ad deliciandum aeris temperie, ſitus opportunitate, & operis elegantiâ, ac magnificentiâ invitant. Tempe autem locus Teſſaliæ ameniſſimus Peneo amne irriguus, de quo Ovid. lib. 1. Metam.

Eſt nemus Æmatiæ, prærupta quod undique claudit
Sylva, vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumantibus volvitur undis.

Ab jis porrò Tempe dicta, *quaſi abuſivè*, qualibet loca amena, nemoroſa præſertim, & aquas habentia: Quemadmodum habet Virgil. 2. Georg. v. 470.

Speluncæ, vivique lacus, & frigida Tempe.

129. *Et juga Telegoni &c.* Telegonus ex Circe ab Ulyſſe genitus, qui poſt patris necem ex Ithaca in Italiam profugus ibi Tuſculum in Latio condidit, prout innuit Ovidius.

Et jam

Quas ille enormi toties ſermone coegit
Mingere, dum crocitat. Latebroſæ tædia linguæ
Ferre nequit, Mundi qui pondera ſuſtinet, Atlas,
Cen-

NOTÆ.

Et jam Telegoni, jam mænia Tiburis udi
Stabant, Agricolæ, quæ poſuere manus.

129. *Viridique in margine Nymphæ &c.* Intelligit de aquis copioſiſſimis, quæ ibi abundant, & quaſi inter virentes herbas ludendo excurrunt, & fluunt; Nymphæ aquarum Deæ; imò Græcis Nympha dicebatur, quæ nobis mutatione unius litteræ lympha, ideſt aqua. Hic ſanè genuinus videtur hujus loci ſenſus: Sed ſi ludere aliquantiſper liceat, quis nam vetat pro Nymphis, quæ propriæ Sponſæ, & nubiles interprætantur, rectè intelligi poſſe fœminas, & quidem venuſtas, ad eum audiendum adſtantes, & viridi hærbæ accubantes? quæ tot, tantarumque ineptiarum, quas raucâ, rudique voce proferebat Philodemus, clamori irridentes, præ riſu ad exceſſum exuberante eo compulſæ fuerint etiam nolentes, contraque nitentes, mingere.

131. *Dum crocitat &c.* Crocitatio de voce Corvi dicitur teſte Feſto, undè crocitare vocem Corvi emittere eſt, ut habet Plaut. in Aulul. act. 4. ſcen. 3.

Et voce crocitabat ſuâ.

Benè ad ſignificandam raucam hominis vocem translatum.

131. *Latebroſæ tædia linguæ &c.* Obſcura, & impervia, nec non vilia, putidaque loquentis; à latebroſo loco derivatum, quod non ſolùm nigrum, & obſcurum eſſe ſolet, ſed vile, & mille inſidiis pervium.

132. *Mundi qui pondera ſuſtinet Atlas &c.* De Atlante Mundum humeris geſtante notiſſima fabula ex Ovidio, aliiſq; quæ indè orta eſt, quod Atlas Rex Mauritaniæ agnitus fuerit peritiſſimus Aſtronomus, & qui Solis, Lunæque curſus, nec non omnium Aſtrorum motus optimè calleret. Hujus imaginem referre videtur celeberrimum Numiſma Trajani in Otthoboniano Muſeo aſſervatum, ubi conſpicitur figura hominis

 bar-

Centauruſque ſibi concham, cornuque marinum

Cre-

NOTÆ.

barbati, & ſedentis, qui adſtante Minervâ armatâ, caput Elephantinâ proboſcide anterius prominente veſtit, actuque contemplare videtur rotundam tabulam baſi cancellatæ ſuperimpoſitam, in qua duodecim ſigna Zodiaci in gyrum poſita effinguntur. Hæc enim omnia Atlanti mirè conveniunt, nàm Minervæ armata figura, quam finxere primum in Lybiâ apparuiſſe propè paludem Tritoniam, & proboſcis, qua caput hominis ſedentis ornatur, symbola ſunt Africæ, in qua Atlas regnavit; Tabula autem, in qua duodecim ſigna exhibentur, ejus ſcientiæ Aſtronomicæ reſpondet. Hic autem intelligi debet de maximâ Atlantis marmoreâ Statuâ, quæ Tuſculi in medullitio pulcherrimi Theatri Villæ Pamphiliæ, cæterarum omnium amęniſſimæ, cernitur, quæ quamvis è marmore conſtet, attamen futiles Philodemi dicacitates ferre neſciens ipſum Orbem concutere videtur. Vide nunc Sectani peritiam, artemque dicendi; certè derivavit ex opinione veterum Poetarum, qui cenſuere terręmotus inde fieri, quando laſſus pondere Atlás ſe concutit, atque movet, aut alterum humerum oneri ſubjicit.

133. *Centauruſque &c.* Altera Statua ibi poſita Centaurum exhibens cornu marinum inflantem, eo tamen artificio, ut aquarum vi, vento per quoſdam canaliculos impulſo, fiat, ut maximus inde ſonus, qualis cornu marini proprius eſt, erumpat. Si talis Philodemi vox, certè terribilis, & moleſta. Porro Centauri dicti, effictique à Poetis mixti ex homine, & equo. Hos Theſſaliæ Montes inhabitaſſe tradunt Homerus Iliad. 1., qui nuncupavit *feras monticolas*, nec non Stat. 12. Theb., qui dixit *Oſſeos bimembres* à Monte Oſsâ: Verùm, ſi Hiſtoricos ſequi placuerit, illud ſuccurret Theſſaliæ populos primos in equis conſpectos, & quia de longè videntibus à mediâ parte ſurſum versùs humanam formam habere, deorsùm equinam fabulæ de Centauris locum datum. Equitandi arte celebres primi etiam fuere, qui ex equis pugnare cœperunt, indèque inter ferociſſimos bellatores enumerati, prout ex eorum

rum

rum pugnâ cum Lapithis conjici poteſt ex Ovidio in Metam. lib. 2.; Genus tamen agreſte, & ruſticum, nec Civitatem incolere ſolitum diſcimus ex Solino cap. 13. *Pindum, & Othrin agitent, qui Lapitharum originem proſequuntur; Oſſam, quos Centaurorum ſtabulis immorari juvat.*

133. *Concham, cornuque &c.* Centauris cornu præ manibus geſtationem antiquitùs tributam fuiſſe certiſſimum eſt, idque clariſſimè ſuadet rariſſimum Muſei Carpinei Cameum à Bonarroto in ſuo jam à nobis in Not. ad Saty. 2. laudato tract. *Oſſervazioni &c.* exhibitum, ubi cum Bacchi triumphalis pompa repræſentetur, currumque trahant quatuor Centauri, alterum ex his ſiniſtrâ geſtantem cornu poteris ibi conſpicere. Fateor tamen id ſenſui hujus loci parùm convenire, quandoquidem, ut benè animadvertit idem Author, cornu illud, quod ad Bacchi triumphum pertinet, calicem potiùs ſapit, prout veterum ſimplicitas temporum poſcebat, teſte Athen. lib. 10. cap. 7., & de populis Septentrionalibus habet Plin. lib. 11. cap. 37., nec non innuit Nemeſian. Eclog. 3. inquiens.

Cantharon hic retinet; cornu bibit alter adunco.

Undè Bacchus ipſe cum cornu in caput hinnuli deſinente viſitur in altero excellentiſſimo ejuſdem Muſei Cameo; Ut enim noſtro Satyrico propiùs accedamus, non cornu bibere, ſed cornu, ſeu concham marinam inflare, veluti tubam dixit, & re verâ Centauri ſtatua ſic efformata cernitur in hortis ameniſſimis Pamphiliis. Utrumque autem, uti reor, rectè pronunciatum, nam concha ad clangendum cornu etiam per translationem nuncupari poteſt, ſicut utrumque de tubà dictum. Teſtem affero Virgil. 6. Æneid. de conchâ.

Sed tum fortè cava dum perſonat æquora conchâ.

Et Varro. de ling. lati. qui ait, *cornua dicta, quæ nunc tubæ vocantur, eo quod ea, quæ jam ſunt ex ære, tunc fiebant ex bubulo cornu*; Verùm à tubis diſtinguit Horat 1. Serm. Saty. 6.

Magna ſonabit
Cornua, quod vincatque tubas.

At quod concham marinam, quæ ineſt ſtatuæ nuncupaverit cornu noſter Sectanus indè factum cenſeo, vel quia concha rugata, contortaque ad inſtar cornu ſit, vel quia ambo promiſcuè ad uſum tubæ inſervirent. Quia tamen in rebus maris ſola conchæ mentio apud Authores, aptè cornu additus, ubi

de

de Centauro: & quidem id convenit, ubi de bellatore aliquo, putà Centaurum, agitur, nam veteribus ſęculis in uſu fuiſſe cornua ad pugnam ciendam notant, Horat. lib.1. Ode 1.

Jam jam minaci murmure cornuum.

Livius lib.30. *Tubæ, cornuaque ab Romanis cecinerunt*; & Veget. lib.3. cap.22. *Quoties pugnatur, & tibicines, & cornicines pariter canunt*; eorum etenim raucedine, fragoreque excitantur milites ad arma, ac idcircò *minax murmur*, de jis dixit Horat. ſtatim laudatus; raucedinemque ſtrepentem tribuere Lucret. lib.2.

Rauciſono mirantur cornua cantu.

Sil. lib.13.

Raucoque tumultu.

Cornua

Tandemque Virg. lib.8. Æneid. lib.2.

Et rauco ſtrepuerunt cornua cantu.

Si non probes, quoad Centauros, hanc interpraetationem, ſubdam jis, veluti hominibus agreſtibus cornu benè quadrare, eo etenim ruſtici inflare dicuntur, ſive ad cogenda armenta, ſive ad venationes, ſive ad alios proprios uſus. Refero etiam geſtationem, & inſufflationem cornu ad eorum ferocitatem, quandoquidem ad eam oſtentandam cornibus ſuperimpoſitis galeæ uti ſolitos veteres duces priſca ferunt monumenta. Hinc galea Pyrrhi apud Plutar. ornabatur *hircinis cornibus*: eàdemque de causà Ammon, & ejus filius Oſiris, qui antiquiſſimus eſt Liber, fingebantur cornuti, teſte Diodoro, quod in bello geſtarint galeam hac figurà, nempè pellem capitis bubuli pro galeà habuiſſe: Antiquiſſimis enim temporibus ex pellibus mutorum animalium fiebant galeæ, ut innuit Homer. Iliad.20. Mitto cornua fuiſſe regia capitis inſignia, prout docent de Phœnicum Regibus Pignor. de Menſ. Iſiac. cap.30., de Seleuco, à quo Seleucidarum genus, Appian. in Syriac., de Alexandro M. Clem. Alex admonit. ad gent., & de Attilà plurima ejuſdem numiſmata, fortè idcircò appoſita, quia fortitudinem, incolumitatem, felicem, proſperumque rerum ſucceſſum ſignificabant, teſtibus Henrico Salmuth ad Pancirol. de reb. deperditis tit. 45., & Carol. Paſchal. de Coro. lib.10. cap.4., quibus adhærent Hottingerus, & Ouzelius; mitto pariter inducta fuiſſe ad altiores ſignificationes, & ad honeſtos

pro-

Credidit ablatum, Calabrum dum tinnit ahenū,
Reſpexitque ſuam converſo lumine dextram,
Altaque curvatis nutabat villa caminis,

Quæ-

NOTÆ.

proficuoſque uſus: Defleo nunc tantùm eorum infortunium, quod in opprobrium virorum, quibus uxores adulteræ ſint, ceſſerint, undè cornua vituperantur, ex quo ab Andronici tempore, prout notat Salmaſ. ad Pancir. to. 1. pag. 373. ex Nicetæ lib. 2. de Impe. Andronici, ideſt ab initio decimitertii ſęculi, ut ſymbolum eorum, qui conjuges vel malitiâ, vel injuriâ adulterari permittunt accepta fuere; Cauſam dat Renod. lib. 3. de Mat. Med. cap. 3. *Quia ſolus hircus noſtra inter animantia in rebus venereis ſocium patienter admittit. Undè qui non agrè idem patitur, cornutus hircorum inſtar, per Sarcaſmum dicitur &c.* At quo per invia feror? Ad Sectanum redeo.

134. *Credidit ablatum, Calabrum &c.* Ideſt, credidit ablatam ſibi marinam concham, ſeu cornu, ex eo quia audivit Philodemum non diſſimili vocis fragore reboantem, nec aliter rauco ſonitu ſtrepentem, quam qui redditur ab aheno æreo, cum ferro repercutitur; undè Calabrum ahenum ipſa ejus vox, quia tinnienti aheno ſimilis.

135. *Aſpexit &c.* Ideſt, adeò firmiter opinatus eſt, ut non ſenſui, manuumque tactui fidem præſtiterit, ſed dextram propriam inſpexerit, an adhuc ei eſſet amplius eadem concha, quam ſuſpicatus fuerat furto ſublatam: Lumen pro oculo metaphoricè poſitum, quod oculorum beneficio lumen conſpiciamus. Hinc ſimiliter Ovid. 2. Metam.

Obliquo lumine cernit.

Silius lib. 7.

Circumfert lumina campo.

& Virg. 1. Æneid.

Sic vertice cœli
Conſtitit, & Lybiæ defixit lumina regnis.

136. *Altaque curvatis &c.* In maximo fragore tremere muros domorum non inſolens exageratio, ſed veritati conſona: con-

Quæque reportandis frondent pomaria conchis.

Qui

NOTÆ.

convenit tamen huic loco, ubi expreſſurus Poeta raucedinem, vimque vocis Philodemicæ, adeò validam repræſentat, ut ipſi camini ad eam tremerent, non ſecus, quàm faciant ad tonitrum, ad fragorem bombardæ, & ad aliam hujuſcemodi violentam aeris repercuſſionem, ſeu malis ad terræmotum, ac ſi dixerit Philodemum recitando tantam aeris vim ex ore emiſiſſe, ut reſpectu domorum proximarum eundem effectum, quàm ſi terræmotus evenerit, produxerit. Sic de gradiente Neptuno Homer. Iliad. 16.

Tremebant Montes magni, & Sylvæ
Pedibus ſub immortalibus Neptuni euntis

Et de Marte ruente ad bellum Calab. lib. 1.

Ejus ſub pedibus
Convalles longæ tremuerunt, & præruptæ voragines,
Amneſque, & cunctæ, immenſaque radices Idæ.

Poteſt & ad Atlantem referri, de quo ſtatim dictum ad verſ. 132.

136. *Villa caminis &c.* In hortis Tuſculanis præcipuè *di Belvedere, e Mondragone* ypocauſta lapideà, & inſigni ſtructurà fabricata viſuntur, adeout Turres, vel pyramides potius credas. Hinc propriè dicitur Sectano Alta-Villa nutare caminis curvatis, quia eorum proceritas facit, ut quicumque vel minimus motus in radice cacumen maximè concutiat, & incurvare cogat.

137. *Quæque reportandis &c.* Arbores malorum aurantium innuit, quæ, utplurimum, vaſis fictilibus terrà, & fimo repletis ſervantur, & coluntur in Viridariis. Hoc autem factum eſt, nè plantæ delicatulæ Brumæ rigoribus urantur; effluxo quippè Autumno, cùm Hyems adventare cœpit, hæc vaſa cum ſuis arboribus in angiportu domus, aliiſque locis à pluvià, & frigore tutis reponuntur; ideoque Author noſter dixit frondere pomaria reportandis conchis; optimè imitatus llud Juvenalis Saty.

Quæque reportandis poſita eſt orcheſtra cathedris.

138. *Qui*

Qui lepor, & qualis perfricta in fronte venu-
ſtas!
Gratia quanta, cui, dum cornicatur ineptè,
140 *Os*

NOTÆ.

138. *Qui lepos &c.* Scopticè, & ironicè dictum, quod proprium, lepidumque in Satyrico.

138. *Perfricta in fronte &c.* In facie ſedes pudoris eſt: Hanc enim, cùm pudor invadit, primùm rubore ſuffundi videmus, pudibundumvè animum ex illâ penſitamus. Quare in pueris rubere genas, & ingenuo pudore affici probitatis ſignum eſt; in his enim pudor, integritas, & virtus oſtenditur. Ex quo proditum memoriæ fuit, Populum Romanum tantùm pudori tribuiſſe, ut Philippo Regi Macedoniæ pluribus criminibus impetito nihilſeque profuerit, quam Demetrii filii pudor, in Senatu objecta minimè diluere valentis. Sic Domitiano Cæſari crebra oris confuſio pro modeſtiâ tributa fuit, cùm eſſet ſumma immanitas. Ideò, qui pudorem abjecere, perfricuiſſe faciem, ſeu frontem, & os, dicti Teſt. Cicer. 3. Tuſcul. *Quid tergiverſamur Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem, cùm os perfricuiſti, ſoles dicere?* Plin. in præf. 2. lib. *Perfricui faciem nec tamen profeci*, & tandem Mart. lib. 11. Epig.

Aut ſi perfricuit frontem, poſuitque pudorem.

Undè factum eſt, ut, cùm Juvenalis deplorare voluit Saty. 2. ſuis temporibus penitùs pudorem periiſſe, dixerit v. 8.

Fronti nulla fides.

Et Perſius Saty. 5. v. 99. addiderit.

Exclamat Melicerta periſſe
Frontem de rebus.

139. *Dum cornicatur &c.* Ex imitatione Perſii Saty. 5. v. 12.

Neſcio quid tecum grave cornicarit ineptè.

videlicèt, dum garrit, & more cornicum obſtrepit, & obmurmurat.

Os hiat, ut podex crudæ bovis! oh mihi largus
Si foret hîc pulmo, naſiſque timenda matella,
Aut vetulus venter, ruptique omenta caballi!
Quam bene dicentis rictus, fœdaſque linirem
Terque, quaterque genas! Non his meliora meretur
Unguenta, atque roſas: petit hoc ſibi crinis amomum.

Certè

N o t æ.

140. *Crudæ bovis &c.* Ideſt indigeſtæ; crudum enim hominem, cujus ventriculus probo concoctionis officio non fungitur, dixit Cic. 2. de finib. *Aſoti, qui in menſam vomant, crudique poſtridiè ſe rursùs ingurgitent.*

140. *Oh mihi largus &c.* Prælargum pulmonem habet Perſ. Saty. 1. v. 14.

Grande aliquid, quod pulmo animæ præ largus anhelet.

invehens in aliquorum grandiloquentiam, itaut jis, in aliquid recitando, pulmo animæ prælargus, & vento abundans, & ſpiritu plenus, turbidus, & diſtenſus anhelet, & defatigetur, ac penè rumpatur. Alitèr noſter Satyricus intelligendus, qui hoc loco pulmonem, & quidem largum ponit, non ahelantem, & ſpiritu plenum; ſed largum, & forſam putrem, qualemque in faciem Barri tam putidè Philodemum defendentis præ irâ jacere poſſe optat.

141. *Naſiſque timendæ matella &c.* Præ fœtore; & hanc optat in eumdem uſum, ſicut & reliqua, quæ ſequenti verſu enunciantur, quæ reſpondent Italico adagio: *Dar una trippa ſu'l moſtaccio.*

145. *Petit hoc ſibi crinis amomum &c.* Ideſt, unguentum ex amomo, arbore odoriferâ expreſſum. Ad morem veterum alludit, qui ſoliti erant caput odoratis unguentis præ deliciis madefacere: Deſumpſit ex Mart. lib. 5. Epig. 65., apud quem legitur.

Pingueſcet nimio madidùs mihi crinis amomo.

&

Certè ego, qui nuper campo, cæloque Latino
Urbanis feſſus ſtudiis, curiſque fruebar,
Ferre diù nequii Philodemum: more Dianæ
Succinctus, volucri dum figit harundine damas,
Ambu-

NOTÆ.

& lib. 8. Epigr. 77.

Si ſapis Aſſyrio ſemper tibi crinis amomo
Splendeat, & cingant florea ſerta caput.

Huc reſpicit Juven. ajens:

Hirſuto ſpirant opobalſama collo.

Undè teſte Laert. lib. 6. demirantibus, quod, unguentum nactus, ſibi pedes præter morem publicum inunxerit, Diogenes dixiſſe fertur: *Quoniam unguentum capiti infuſum exhalatur in aerem, à pedibus autem aſcendit ad nares*; Reprehendenſque aliquem habentem capillos unguento delibutos. *Cave, inquit, nè capitis tui ſuaveolentia vitæ maleolentiam adducat*: Morem hunc ita probans viguiſſe, & ſimul redarguens, quod in viro vitæ mollities non deceat, & famæ, quæ verus hominis odor eſt, detrahatur, ex quo illud Mart.

Non benè olet, qui benè ſemper olet.

Plurima alia in hanc rem apud Authores priſci ævi inveniet curioſus lector, ſi hæc ſatis eſſe non cenſuerit.

146. *Certè ego &c.* Duo præcipuè colligenda ex hoc loco occurrunt. Primò, Sectanum urbanis curis, & ſtudiis eſſe addictum; undè quiſquis ille ſit, qui ſub hoc nomine latet, illud pro certo habendum, magnæ exiſtimationis, & famæ virum eſſe oportere, quandiù publicæ negotiorum curæ jis non demandantur, qui inutiles ſint reipublicæ, gravioribuſque rebus gerendis inhabiles: Imò Romanæ Curiæ cognitum eſſe, prout ſunt omnes illi, qui in aliquo publico officio conſtituti conſpiciuntur. Secundò, harum Satyrarum ſcribendarum unicam fuiſſe occaſionem, maximam Philodemi petulantiam, intolerabilemque ſuperbiam.

148. *More Dianæ &c.* Succinctus, quo expeditior fiat, corporiſque diſpoſitionem optimam, & membrorum agilitatem oſtentet. Sic venatricem Dianam pinxerunt, finxeruntq;

Ambulat, & culti myrtetum deſpicit horti,
Nudaque vix clauſo dignatus Signa labello,
Cor-

NOTÆ.

antiqui Poetæ, prout teſtatur Claudi. 2. de rapt. de Diana.

Criſpatur gemino veſtis Cortynia cinctu
Poplite fuſa tenus.

Inſinuatque Virgil. 1. Æneid. v. 323. Venerem ſub venatricis Dianæ habitu ſe Æneę oſtendentem inducens, & inquiens:

Namque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum
Venatrix, dederatque comas diffundere ventis
Nuda genu.

Id notant, & noſtri Authores Arnob. lib. 6. adverſ. Gent. *Semitectis ſemoribus Diana*, & Prudent. hymn. 10. περι.στεφ: qui Dianam vocat *molle ſuccinctam*, ideſt, ex nudato genu. Ita omnes effingebantur venatrices, ut habemus ex Philoſtr. Jun., qui de Athalantâ venante, *accincta eſt veſte ſuper genu*, ex Valer. 15. Arg., qui dat Nymphis venantibus *ſumma pallam genu*.

150. *Et culti myrtetum &c.* Nempè delicias exquiſitas ejuſdem Villæ, quæ apud alios tanti extimantur.

151. *Nudaque &c.* Nuda ſigna, ideſt, ſtatuas pulcherrimas, quæ viſuntur in hortis Tuſculanis. Convenit autem epithetum *nuda*, quia Græci, ſculptores excellentiſſimi, ſtatuas utplurimùm nudas elaboravere, cùm plus artis, & operis in his, quàm in veſtitis eluceat.

151. *Clauſa labello &c.* Actum illum valdè frequentem innuit, quo compoſitis, preſſiſque inter ſe labris, elatoque ſupercilio, ac collo in latus diſtorto aliquid miramur. Quod etiam aliquando fieri ſolet per contemptum, & irriſionem, ut accidit in Philodemo, qui marmorea ſigna, ut fortè artis ſculptoris peritum ageret, deſpiciebat: undè ſequentia verba, *corrugat nares &c.* Cæterùm Juven. Saty. 3. v. 185.

Ut te reſpiciat clauſo Vejento labello?

non aliâ de causâ dixit, quam ut monſtraret hominis ſuperbiam, qui à Clientibus munera accipiebat, ut illos prætereuntes talis dignationis notâ, ac peculiari ſalutatione, nempè clauſis labris reſpiceret.

152. *Cor-*

Corrugat nares, & ſingula nauſeat, æquè
Ac dives Monalus, bicolor cui ſudat Ephębus
Plurimus, & niveâ currit laſcivus alutâ,

155 *Et*

NOTÆ.

152. *Corrugat nares &c.* In rugas contrahit præ quadam Indignatione, & faſtidio, ſic & dixit Horat. 1. Epiſt. 5.

Nec turpe toral, nec ſordida mappa
Corruget nares.

152. *Et ſingula nauſeat &c.* Nauſea propriè ſtomachi ad vomitum concitatio, inde translatum ad eos, qui aliquid moleſtè ferunt, ſtomachanturque; ſic de Philodemo dictum, quod ſingula, licèt excellenter fabrefacta, delicatulus homo deſpiciat, & faſtidiat, ut dicitur de cibo reſpectu eorum, qui nauſeant, ad imitationem Cice. 1. de Nat. Deor. *Quam bellum erat Vellei confiteri potius neſcire, quod neſcieris, quam iſta efficientem nauſeare, atque ipſum ſibi diſplicere?* nec non Martial. lib. 4. Epig. 37. ad Afrum divitiarum oſtentatorem.

Numeres oportet aliquid, ut pati poſſim:
Quotidianam refice nauſeam nummis.
Audire gratis, Afer, iſta non poſſum.

153. *Ac dives Monalus &c.* De nomine Monali nullum apud Authores veſtigium, quod ſciam; potuit Sectanus efformare ex μόνος, & ἄλος, quaſi hac dictione ſolitarium, genjique melancholici virum, ſeu potius unicum ſuæ familiæ germen denotare voluerit.

153. *Bicolor cui ſudat &c.* Qui incedit ſociatus plurimo famulitio juvenum, qui vulgò *Lacchè*. Horum inſtitutum eſt Dominum rhedâ, ſeu equo vectum currendo ſociari, quocumque pergat; inde benè ſudat, nam ſudor ex motus violentiâ cauſatur; quia autem tunc, cùm currunt ante Dominum veſte duplicis coloris, ideſt centone albo, rubeiſque femoralibus veſtiri ſolent, idcircò ad morem reſpiciens Sectanus bicolorem ephebum eleganter dixit; ſicut & ad idem reſpicit illud laſcivus niveâ alutâ, nam & iidem utplurimum albâ alutâ ad luxum utuntur.

155. *Et*

Et carruca nitet longas imitata carinas .
Cumque habeat faciem,qualem nõ vellet habere,
Appoſuit nigrum cui Prætor theta ,furores
Quartillæ laudat, laterique innixus adhæret
Her-

NOTÆ.

155. *Et carrucâ nitet &c.* Errant qui putant rhedas ad modum naviculæ efformatas modernum inventum eſſe: nam de ſuis temporibus idem teſtatur Juven. Saty.3. v.239., ubi de divite ſuperbo, & in luxum prono .

Si vocat officium, turbâ cedente vehetur
Dives, & ingenti curret ſuper ora Liburno .

Quandoquidem Liburnus, ſeu rheda, ſeu potiùs lectica fuerit, in formam navis fabrefactam, vox ipſa Liburnus aperit,quandoquidem Liburna erat ſpecies navis à Liburnis populis , & quidem leviſſimæ , velociſſimaque , prout advertunt Plutarch., & Liv. 3. Decad. lib.4., Sueton. in Auguſ., & Horat. in Epod., ubi

Ibis Liburnis inter alta navium
Amice propugnacula .

157. *Appoſuit nigrum &c.* Æquivalet Italico proverbio: *Hà una faccia d'impiccato .* Phraſis autêm hæc deſumpta ad unguem eſt ex illo Perſii verſ. Saty.4. v.13., ubi

Et potis es nigrum vitio præfigere theta .

Judices enim literam theta apponebant ad eorum nomina , quos ſupplicio ultimo afficere mandabant. Undè θ damnationis littera mortiferum , & infalix ſignum dictum fuit, quia laqueum refert ; rectèque nigrum denominatur , omnia enim nigra infęlicia , & infortunata putabantur ; vel ut aliis placet , eo quod quaſi habeat telum: ideoque optimè ſcripſit quidam .

O multum ante alias infalix littera theta .

157. *Furores Quartillæ laudat &c.* Amores videlicet,queis penè furibunda effecta eſt , quia *amor hominibus furor eſt* teſte Menandro .

158. *Quartillæ &c.* De nomine Quartillæ alibi dictum , quod vide &c.

158. *La-*

Hermopilæ, & dextram gradienti porrigit ultro

Offi-

Notæ.

158. ***Laterique innixus adhæret &c.*** Nunquam à latere diſcedit, vel tamquam amaſium ejuſdem ſe gerens, vel ſtudio ei inſerviendi, ad hoc ut apud omnes credatur ſe eſſe ***il Cicisbeo della Sig. Hermopila.***

159. ***Hermopilæ &c.*** Nòmen Hermopilæ è duobus Græcis dictionibus compoſitum indubitatum eſt: Ἑρμῆς ſcilicet, & πῖλος: Ex quibus ἑρμῆς Mercurius eſt, à quo ἑρμαὶ dicta fuere ejus ſimulacra ſivè ænea, ſivè marmorea fuerunt, queis caput tantum eminebat, cæterùm verò corpus rude, & informe. Item ἑρμῆς, ſivè Mercurius, ut eloquentiæ Deus reputatus, & veneratus; unde de viro inſignitèr eloquente, & omnibus doctrinæ numeris abſoluto habet Syneſius Cyræneus in Epiſt. ad Pylæmenem, quod ſit Mercurii eloquentiæ Præſidis typus, ſivè exemplar: ex quo ***Mercurii catena*** adagiali ſpecie uſurpatur ab Eunapio Sardiano de invictæ eloquentiæ homine, qui, quo velit, linguæ lenocinio auditores rapere, & tranſducere poſſit. Πῖλος autem eſt pileus, petaſus &c. capitis ornamentum, ſeu potiùs indumentum, ut placet Ariſt. lib. 1. c. 5. de Gener. Anim., & Athen. lib. 7., & quidem propriè pileolus Mercurio tributus, velut inſigne, cum duobus hincindè prominentibus alis, prout videre eſt apud Poetas, & Mythologos. Adde pileum veteribus Romanis libertatis ſymbolum fuiſſe, & bellatoribus datum, præcipuè Laconibus, quemadmodùm tradit idem, dum agit de ſimulacris Caſtoris, & Pollucis, ſcribens: ***Pilea Caſtori, & Polluci dederunt antiqui, quia Lacones fuerunt, quibus pileatis pugnare mos eſt.*** Hinc ſi licèt in re tàm obſcurâ meas urgere conjecturas, ac hujus fœminæ characterem indigitare, quid nam impedire poteſt, quominus eas eo traham, ut Sectanus noſter ſub nomine Hermopilæ mulierem conceperit, eamdemque ſolidâ, virilique, ac penè Divinâ eloquentiâ præditam? Quiſnam vetat, quin eam crediderim, ex additione verbi πῖλος factam eſſe majorem huic nomini efficaciam, quia ſemper cum pileo Mercurius effictus cernitur? eamque nobilem, ingenuam, liberamque, prout ex pilei ſymbolo ad

ſen-

160 *Officioſus homo. Quis ſermo? Bionis in ore*

Sem-

NOTÆ.

ſenſum antiquorum denotatur? inſupèr & maſculâ virtute prædicam, qualemque Viraginem eſſe decet? Quiſnam prohibet, ut quoque opiner ſimul & Hermopilam ſatyricè, ſcopticèque dictam fœminam cæteroquin vanam, criſtato, prout hodiernus fert mos, capite prominentem, nam πίλος etiam galerus eſt, quo caput fœminæ in ſublime ornabant veteres, teſte Juven. Saty. 6. per illa verba v. 120.

Et nigrum flavo crinem abſcondente galero.

Sed fœminam, inquam, cui totus in capite decor, & luxus, at reliquum corpus malè compactum, rudè, & penè dixerim informe? & quæ potiùs Hermetis ſtatuam, quam Veneris imaginem repræſentet; vel forſan dicam meliùs, ſi totam hanc rem ad animum potius referam, atque interpreter Sectanum ſub hoc nomine denotare voluiſſe mulierem aſpectu quidem venuſtam, omnibuſque externis corporis partibus benè diſpoſitam, ſed animo, menteque turpem, & criminoſam; optimè ſiquidem huic explicationi favet Juvenal. Saty. 8. v. 52., cum degeneres Romanorū à proavorum virtute mores reprehendens, hos Hermæ aſſimilat, non tantùm ſenſu carenti, ſed penitùs, detracto aſpectu, in reliquis informi. Sic igitur Juvenalis.

At tù

Nil niſi Cecropides, truncoque ſimillimus Hermæ.

Parcat Lector ſi longior in hac notâ, quam par ſit, fuerim, nec me Davum dicat, cum neque Ædipus reputari curem. Teren. in Andr.

159. *Et dextram gradienti porrigit &c.* Conſuetum benè morati hominis erga nobiles fœminas officium, brachium, undè inter deambulandum ſuſtentari valeant, porrigere. Sed cur dextram dixerit Sectanus, indè eſt quod Philodemum ſuperbiæ, ambitionis, & vanitatis voluerit redarguere; Nobilium enim virorum ſolùm eſt Matronis manum officiosè porrigere, non vilium perſonarum, queis hoc agere non licet.

159. *Ultrò &c.* Nec vocatus, ſed impudentèr inverecundus ſeſe eidem offert &c.

160. *Quis ſermo &c.* Quem Philodemus cogitet magis poſſe

de-

Semper habet crambe, menſaſque Bione coronat,
Rancidulumque facit ſerò cœnare Bionem.
Dira venena bibam potius, gelidaſque cicutas,
Et noſtro potius ſapient aconita palato,

165 *Quam*

NOTÆ.

delectari deambulantem Hermopilam; ſic ſolent honeſti homines, iidemque eruditi, amæniſſimis, floridiſque locutionibus nedum uni fœminæ, ſed integro cætui ſe jucundos reddere, ſeriis etiam jocoſa miſcendo.

160. *Bionis in ore &c.* Alitèr de Philodemo accidit, cui nullus lepidus ſermo, nullus jocus, ſed ſemper in ore eſt tantùm illepida illa elucubratio, quam ſub nomine Bionis Cratei præfixit infelici illi Endymioni adeò ab eo malè habito, ut totam ſuam pulchritudinem, quâ Lunæ dilectus fuit, amiſerit.

163. *Gelidaſque cicutas &c.* Venenum potentiſſimum, ea enim herba venenoſiſſima teſte Plin. l.25. c.13., cujus famam Athenienſes auxerunt, qui ex ejus ſucco capitali judicio damnatis necem inferebant, prout docet Juvenal. Satyr. 7. v. 205.

Et hunc inopem vidiſtis Athenæ,
Nil præter gelidas auſæ conferre cicutas.

Confirmatque Perſius Saty.4. v. 1. eâ Socratem extinctum recenſens.

Barbatum hoc crede Magiſtrum
Dicere, ſorbitio tollit quem dira cicutæ.

164. *Sapient aconita &c.* Aconitus herba venenata, de qua Dioſcorides lib.4.& 6. De ea fabulantur, quod Cerberi ſpumâ conſperſa maximum contraxerit venenum, quo tempore eum Hercules ab Inferis traxit. De ejus nomine habet Theophraſtus lib.9. Hiſt. c.16., referens ita dictum ab Aconis pago Periandinorum ad Heracleam Ponti, ubi naſcitur; atque huic ſententiæ adhærere aſſerit Mercurialis Aelium Promotum, Athæneum, & Antigonum. Alii autem, inter quos Plin. l.27. c.2. ejus denominationem ſumptam cenſuere, quod naſcatur

165 *Quam tuus iſte Bion totiès, Philodeme, recoctus.*

Tù

NOTÆ.

in nudis cautibus, quas Aconas vocant; quia videlicet κόνις *pulvis* eſt, & ἀκόνιτα *ſaxa, nè pulvere quidem conſperſa*. Favent Ovid. 7. Metam.

> *Quæ, quia nnſcuntur durâ vivacia caute,*
> *Agreſtes aconita vocant.*

& Lucan. lib. 4.

> *Naſcentia ſaxis*
> *Infundas aconita palam.*

Animadverte, Lector, hæc omnia pro quolibet veneno ab Authoribus rectè ſumi, ponique; Exemplo ſit illud Juven. Saty. 10. v. 25. ubi nomen, aconita, generalitèr pro quovis veneno ſcriptum legimus, ut benè obſervat ejus commentator; En Satyrici verſus.

> *Sed nulla aconita bibuntur*
> *Fictilibus: tunc illa time, cum pocula ſumes*
> *Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.*

Nominum iſtorum varietate noſter Satyricus non tantùm voluit varia venenorum genera indicare, quam mirificam ſui in dicendo artem ſervare.

165. *Quàm tuus iſte Bion &c.* Ideſt opuſculum illud ſub nomine Bionis Cratei ab eo editus, quod veneno quoquam deterius putat, adeò ejus frequens facta repetitio Sectani palato moleſta, ut minus malum mortem ferre dijudicet, quam amplius tantas ineptias audire.

165. *Totiès, Philodeme, recoctus &c.* Recoctus, propriè denuò coctus, per translationem uſurpatum legimus à Quintil. l. 12. c. 6., pro iterum polio, & formo tamquam aurum, & ſimilia, quæ iterum coquuntur, ut meliora fiant. Verba Quintiliani ſunt de hoc: *Apollonio Moloni ſe formandum, ac velut recoquendum tradidit.* Quintilianum ſequutus Sectanus, voluit forſitan ſignificare Bionem pluriès, malèque à ſuo Authore reformatum, & correctum eſſet. Sed ſi huic loco hujuſmodi detur intellectus videtur frigère ſententia, nec ſenſus benè exprimitur.

Tù tamen exultas, Rullo palpante bilibre
Ingenium, Superiſque negas concedere primas,
Cum de litterulis agitur, Graiiſque camœnis,
De Jove Grammaticus ſi fiat Juppiter ipſe.

170 *Ad-*

NOTÆ.

tur. Potius igitur crederem referendum ad proverbium illud, de quo ſupra, *Crambe* ſcilicet *repetita*, de qua Græci *δὶς κράμβη θάνατος*. Cum etenim per illud ſignificare voluerit antiquitas erudita Braſſicam recalfactam, bis terve in cibum appoſitam, faſtidium & nauſeam penè morte moleſtiorem parere; indè deductum eſt ad connotandum moleſtiâ, & tædio penè occidere ea, quæ quidem ſunt inſulſa, & inepta, & tamen ad nauſeam repetuntur, prout de ſuo Bione facit Philodemus, quem rectè recoctum, ſervatâ antiquâ adagii metaphorâ, dictum puto.

165. *Rullo palpante bilibre &c.* Maximo ſcilicet Philodemicorum operum, dictorumque adulatore, cui Philodemus eſt pluſquam Plato, pluſquam Homerus.

167. *Superiſque negas concedere &c.* Superbiâ elatus, etiam Diis te præferendum arbitraris, Cœloque præ illis te dignum cenſes; talia de illis vaniſſimis jactatoribus, qui magna de ſe prædicant, inaniterque venditant, habet Æneid. 10. Virgil.

Dixerat ille aliquid malum, vimque affore verbo
Crediderat, Cœloque animum fortaſſe ferebat.

167. *Primas &c.* Ideſt primas ſedes, & primatus, præeminentiæque prærogativam, æqualitatem vix admittens, cui ſimile vetus illud adagium *Iovi paria intonat*; ex quo in ferocem, & ſuperbe grandiloquum illud Rhiani Cretenſis apud Stobæum.

Par Iovis imperio fremit, & capite arduus exit.

168. *Cum de litterulis &c.* Cauſam ſuperbiæ, qua tumet Philodemus, refert: Vah quam ridenda inter eruditos homines! aliqualis litterarum Græcarum cognitio, eaque ejus tantùm conditionis, & emiuentiæ, qualis ſimplici Grammatico

Addit & inſanæ Titus calcaria menti,
Et Citiſus, dextrâque nitens Teleſinus eburnâ,
Quæque lacernatæ cevent tibi ſemper amicæ.

Has

NOTÆ.

vix ſatis ſit, tantæ arrogantiæ origo, & fundamentum. Nonnè *Laureolam ex muſtaceis quærit?* ut ait Cic. ad Atticum, dum ex tàm frivolis rebus famam captare ſtudet?

170. *Addit & inſana &c.* Addere calcaria, eſt currentem equum incitare, metaphoricè autem adhortari quempiam ad id, ad quod ſuâ ſponte tendit. Translatio hæc quidem ab equitibus ſumpta, qui non nunquam etiam ſpontè currentibus equis, quo currant celeriùs, calcar àddunt; Ita nobis cæteroquin currentibus calcar addere dicitur, qui cupiditatem, & ſtudium noſtrum auget, & acuit. Phraſis autem hæc non tantùm benè Poetis uſitata, ſed etiam Oratoribus. Ex his Plin. Epiſt. ad Pompejum Saturninum, inquit: *Flagitabas, ut tibi aliquid ex meis ſcriptis mitterem, cum egò id ipſum deſtinaſſem; addidiſti ergo calcaria ſponte currenti.* Ex illis Ovidius.

Non opus admiſſo ſubdere calcar equo.

Eſt igitur inſanæ menti Philodemi calcar addere, eum jam inſanientem ad majora deliria vanis laudibus, atque gloriæ incitamentis impellere, & inſtigare.

170. *Titus &c.* De Tito, & Citiſo, quibus in maximo pretio Philodemus, alibi dictum.

171. *Dextrâque nitens &c.* Teleſini nomen apud Juvenal. invenio Saty. 7. v. 26., ad quem ea Satyra dirigitur, in qua excepto Cæſare, apud Romanos Poetarum, & Hiſtoricorum ſtudia, & labores pro levi, & vili eſſe deplorat. Sanè Teleſinus, cujus ibi mentio, Poeta fuit, ſed infelix, ſic ejus ſæculi moribus corruptis cogentibus. An autem & Poeta ſit Teleſinus noſter incertum eſt, ſed tamen probabile: Juvenem, eumdemque venuſtum, ac delicatulnm eſſe ex ſenſu horum verborum ſatis conſtat.

172. *Quæque lacernatæ &c.* Ad imitationem Juven. Saty. 1. v. 62.

Puer

Has inter medius prandes, frangiſque trientes,

Et

NOTÆ.

Puer Automedon nam lora tenebat,
Ipſe lacernatæ cum ſe jactaret amicæ.

Nam lacernatam amicam uterque dixit, pro amicâ maſculâ, ideſt, quæ vir omninò erat; nam lacerna veſtis eſt virilis, qua Romani in ſpectaculis præcipuè utebantur, ut diſcimus ex Mart. Epig. 2. l. 4. ad Horatium ſpectaculorum die indecentèr veſtitum.

Albis ſpectat Horatius lacernis.

Et Epig. 137. lib. 14.

Amphitheatrales nos commendamus ad uſus,
Cum tegit algentes noſtra lacerna togas.

Ejus autem uſus erat ad arcendum frigus accommodatus, quemadmodum habent Plin. lib. 8. c. 25. de Vergiliarum occaſu agens, & Cic. in 2. Philip. Marco Antonio reſpondens, qui ſibi objecerat, quod nimio feſtinandi ſtudio ordinis, magiſtratuſque ſui oblitus, non togâ, & calceis ornatus, ut Conſulem decuit, ſed gallicis, & lacernâ, ut quivis è vulgo, in Urbem rediiſſet; undè & caſtris accomodata fuit pro militum uſu; Ovid. enim 2. Faſt. id non obſcurè indicat, apud quem ea Lucretiæ verba puellas ſuas ad opus adhortantis, ſic habent.

Quam primum noſtra facta lacerna manu.

172. *Cevent tibi &c.* Clunes agitant, ſi verbi hujus proprietatem, & ſenſum genuinum ſervare volumus: at mitiùs agamus cum Philodemo, cevere etiam adblandiri eſt, quandoquidem propriè hoc de canibus dicitur clunes blandiendo agitantibus; undè ut plurimum ad res venereas translatum.

173. *Has inter medius &c.* Non ultimo loco aſſidet in menſâ, ſed primum, nobilioremque occupat. Veterum menſæ accumbendi ritum Sectanus tangit, quibus medius locus, idemque primus, qui nobiliori, honeſtiorique convivæ tribuebatur, digniſſimuſque cenſebatur. Advoco teſtimonia ex Lipſio antiq. lect. lib. 3. c. 1., Ciceronem Epiſt. lib. 9. ad Pæt. *Accubueram*

ram borâ nonâ. Ubi? apud Eutrapelum, & quidem ſupra me Atticus, infrà Verrius, familiares tui. En, addit Lipſius, ſummus Atticus fuit, medius Cicero. Quid autem clariùs Ciceronem Conſularem ſenem digniſſimo loco accubiſſe? Ità apud Virg. l. 1. Æneid. v. 502.

Aulæis jam ſe Regina ſuperbis
Aureâ compoſuit ſpondâ, mediamque locavit.

Ubi cum tres in uno lecto fuerint; Dido in medio, Æneas in ſummo, Aſcanius falſus in imo. Idem habet Saluſ. 3. Hiſtor. *Igitur diſcubuere, Sertorius interior in medio, ſuper eum Tuſcus Fabius Hiſpanienſis, Senator ex proſcriptis: in ſummo Antonius, & infrà Scriba Sertorii Verſius, & alter Scriba Mæcenas in imo. Medius inter Tarquitium, & Ovium Perpena.* Ecce è duobus lectis alterum medium Sertorius occupat, ut Imperator, alterum Perpena, ut convivii Dominus. Ad hunc morem reſpexit Plaut. in Stich., ubi Paraſitus.

Haud poſtulo equidem medio in lecto accumbere,
Scis tù me eſſe imi ſubſellii virum.

Hoc non tantùm ſtabile fuit apud Romanos, ſed apud exteras gentes invaluit, nam Xenoph. 2. Pæd. tradit, Cyrum medium diſcubuiſſe, & de Afris teſtatur Saluſt. in Jugurth. *Nè medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Jugurtha foret.* Addo anxiè locorum diſcrimen antiquis ſervatum fuiſſe, præcipuè in menſâ, de quo adi Senec. 1. de Irâ, ſic ſcribentem. *Minus honorato loco poſitus iraſci cæpiſti convivatori, vocatori, ipſi, qui tibi præferebatur. Demens, quid intereſt, quam lecti premas partem? Honeſtiorem te, aut turpiorem poteſt facere pulvinum?* Addo Juven. Saty. 3. v. 82., ubi indignatur peſſimos adulatores honeſtis viris præferri, & ſignate digniore in conviviis loco recumbere.

Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille
Signabit, fultuſque thoro, meliore recumbet
Advectus Romam, quo pruna, & coctona vento?

173. *Frangiſque trientes &c.* Triens calix quatuor continens cyathos, de quo Perſ. Saty. 3.

Calidumque trientem
Excutit è manibus.

& Mart. lib. 10. Epig. 49.

Cum potes amethyſtinos trientes,

Et

Et culpas vivo ſignatas Conſule trullas,

175 *Nec*

NOTÆ.

Et nigro madeas Opimiano.

lib. 11. Epig. 7.

Miſce dimidios puer trientes,

Quales Pythagoras dabat Neroni.

& alibi, quæ videat Lector, ſi lubet. Quod autem trientes frangere dicat, eo reſpicit, morem ſcilicet, quo in cœnis tunc calices frangere in uſu, cùm maximè præ vino, & ebrietate caput incaluerit; vel potiùs cum in alicujus Principis honorem propinatur. Puto tamen hìc *frangere trientes* ſimplicitèr accipiendum pro frequenti vini hauſtu.

174. *Et culpas vivo &c.* Antiquitatis tantùm extimator quæcumque moderna ſunt pro nihilo reputas. Anni enim jam per conſulatus numerabantur, ideò, vivo Conſule, eſt idem, ac eodem anno, vel ſaltem paulò ante. Huic explicationi lucem præfert Martial. lib. 8. Epigr. 45., apud quem vini amphora centeno conſule, eſt amphora, in qua vinum centum annorum erat. En illius Poetæ verſus.

Deſluat, & lento ſplendeſcat turbida limo

Amphora centeno conſule facta minor.

174. *Trullas &c.* Trulla magnum vas potorium, quo veteres Baccho, ebrietatique operam dantes, uti minimè verebantur. De trullâ, deque Græculorum aſſentatione, qui etiam quod incivile erat laudabant Juven. Satyr. 3. v. 104. ait.

Si benè ructavit, ſi rectum minxit amicus,

Si trulla inverſo crepitum dedit aurea fundo.

& Horat. Saty. 3. bibonum ebrietatem redarguens.

Qui Vejentanum feſtis potare diebus

Campanâ ſolitus trullâ, vappamque profeſtis.

Vide Mart. lib. 9. Epig. 28. in Medicum, Plinium lib. 37. c. 2.; & lib. 3. de legat. ff. de Auro, & Argen. legat. l. Sejæ, & alios.

175. *Nec*

Nec niſi Setinum laudas, Chiique ſenectam,
Aut potius patrio diffuſum rure liquorem.
Scis etiam Leporis dulces ſectarier armos,

Oſtrea,

Notæ.

175. *Nec niſi Setinum &c.* Optima vini ſpecies, quod producitur in montibus Setiæ, quæ eſt Urbs Latii juxta Pontinas Paludes, cujus frequens mentio Mart. lib. 10. Epig. 74.

Nec quæ Paludes delicata Pontinas
Ex arce clivi ſpectat uva Setini.

Lib. 4. Epig. 69.

Tù Setina quidem ſemper, vel Maſſica ponis
Pamphile.

Lib. 8. Epig. 51.

Ceſte decus menſæ miſce Setina.

Et alibi paſsim. Vinum hoc cæteris præferebat Auguſtus, uti narrat Plin. lib. 14. c. 6.

175. *Chiique &c.* Vinum paritèr optimi ſaporis ex Chio Urbe Joniæ, ex qua Chium vinum.

175. *Senectam &c.* Vinum commendat vetuſtas; sìc Juven. Saty. 5. v. 3. Setinum laudans, ita ejus vetuſtatem deſcribit, ut non poſſit ampliùs dignoſci ex ſuperſcriptione præ vetuſtate delatâ, ex quo morem habes amphoram, & cados, in quibus vinum condebatur, notis, & titulis ſignandi. Ità Juven. loco cit.

Cras bibet albanis, aliquid de montibus, aut de
Setinis, cujus patriam, titulumque ſenectus
Delevit multà veteris fuligine teſtæ:
Quale coronati Thraſea, Helvidiuſque bibebant
Brutorum, & Caſſi natalibus.

167. *Et patrio jactas &c.* Felix cui datum ex hujuſcemodi vino ſorbere, potiùs hydrops fiet, quam unquam inebrietur. Dic quæſo Philodeme, ubi nam rus hoc, ubi dolium, ubi vinum? Lunæ regionem pete, ſpatia imaginaria quære, fortè ibi ea omnia reperies. Apage Ardelionem iſtum.

177. *Scis etiam leporis dulces &c.* Inter leporis partes armi

deli-

Oſtrea, & aſparagos, bulbos, cluneſquè palumbi,
Quæque ſiligineis pingueſcunt cruſta farinis.
Miratur frugi ſtomachus, dominæque culinæ
Igna-

Notæ.

delicatiores ſunt, iique maximè à guloſis, & helluonib[u]s expetiti: Hoc loco noſter Author Horatium imitatus eſt, qui Saty. 4. ait:

Fæcundi leporis ſapiens ſectabitur armos.

Benè in Sanctram helluonem Mart. l. 7. Epigr. 19.

Ter poſcit apri glandulas, quater lumbum,
Et utramque coxam leporis, & duos armos.

178. *Oſtreaque &c.* Non tantùm guloſitatem, ſed & petulantiam ejus redarguit, cum in concurſu aliorum, & quidem ſibi dignitate, divitiis, nobilitateque majorum audet ex cibis delicatiores partes ſeligere, nullo habito nec decoris, nec pudoris reſpectu. Hęc autem omnia pro quovis cibo delicatiſſimo ponit.

179. *Quæque ſiligineis &c.* Hæc ſunt, quæ nos vulgò appellamus *Croſtate*, quæ ut plurimùm, quoad interiorem compoſitionem ex fructibus fiunt, exteriùs autem tenuiſſimis cruſtis ex farinâ, butyro, ſaccharoque confectis veſtiuntur. Quod porrò ad vocem ſiligineis pertinet, eâ denotari cruſtam puriore tritici farinâ confectam, indè conſtat, quod Plin. lib. 2. c. 8. dicat, *Siliginem eſſe propriè tritici delicias.*

180. *Miratur &c.* Admiratio eſt actus intellectus, quippè oritur ab ignorantiâ cauſarum, quæ per ſcientiam diſpellitur; undè propriè non competit nec ſtomacho, nec alicui parti corporis, ut patet ex Ariſt. lib. 1. Metaph. c. 2. n. 8. Cęterùm de ſtomacho, ſicut & de aliquibus rebus etiam ſenſu carentibus per translationem dici elegantèr poteſt, quod admirentur, quando contingit aliquod magnum, ad cujus explicationem aliquà emphaſi uti opportunum ducamus.

180. *Frugi ſtomachus &c.* Antehac parciſſimo victui aſſuetus.

180. *Dominæque culinæ &c.* Nempè lautæ, & opiparæ ad

Ignarus, timiduſque dapes interrogat, undè ,
Et quà parte fluant, teque unum jam putat eſſe,
Qui

N o t æ.

diſtinctionem propriæ ipſius Philodemi, quæ vix ſervæ nomen mereri potuerat.

181. *Timiduſque dapes &c.* Ex novitate incertus, quanam causâ tanta in melius mutatio emerſerit.

181. *Interrogat undè &c.* Vide quàm optimè in eodem figuratè loquendi modo perſiſtat, nec perſiſtat tantum, ſed quo ulterius proſequitur in dicendo, eo magis elegantiam, vimque dictioni augeat; Dixit primum ſtomachum admirari ciborum excellentiam, & novitatem, conſequenterque ſupponit, & inſinuavit eorumdem ignorantiam; modò ſcientiæ deſiderium, voluntatemque per hanc interrogationem intendit, ut depulsâ ignorantiâ ceſſet etiam, quæ ex eâ prognata eſt, admiratio.

182. *Quà parte fluant &c.* Fluere de aqnis dicitur, nec non de reliquis liquidis; ab his autem derivatum ad ſignificandum *procedere*, & *naſci*. Lact. lib. 2. *Ab hac gente proximi quique populi multitudine increſcente fluxerunt.*

182. *Teque unum jam putat eſſe &c.* Juxtà veterum Ethnicorum Theologiam duodecim fuere Dii magni, cæteri gregarii, minores, & plebei dicti. Penès illos ſumma rerum mundanarum regendarum poteſtas eſſe putabatur, apud reliquos, aut eadem poteſtas ad aliqua tantùm particularia procuranda erat determinata, aut Magnorum Deorum famulatui quodam veluti miniſterio addicti erant. Inter eos, quibus aliqua hujuſmodi poteſtas ad certos actus limitata tributa fuerat, numerat, & irridet Lactant. Firm. lib. 1. cap. 20. Divin. Inſtit. de Falſa Relig., Fornacem, Mutam, Laram, Sterculium, Mutinum, Terminum, & ſi quæ alia legeris monſtra ſimilia: Adde ſilveſtres, Deos, Paganos, Ruſticos, Fluviatiles, Æquoreos; Item & miniſteriales habes Hebem, Ganymedem, Vulcanum, pluresque alios, quos ſibi minores confixerat Deos impia, cæcaque Græcorum, & Romanorum Theologia; qui omnes verè plebeii reſpectu magnorum fuere, ac reputati ſunt ex idololatrarum ſententiâ. Huic diſtinctioni ad-

Qui lambunt Cœli patinas, de plebe Deorum.
Qui facies chari cum ſportula ceſſat Ephębi,
Atque

Notæ.

adſtruendæ eximiè favet Virg. ix. Æneid., ubi diſcordes Deos Cœli conſilio, ſenatuque coacto reprehendens, & ad concordiam revocare ſtudens, inducitur Juppiter, ut Præſes, ſtatimque ab initio orationis dicens.

Cælicolæ magni, quænam ſententia vobis
Verſa retrò &c.

Certè magni minoribus opponuntur, prout ab aliis Juppiter diſtinguebatur, & Maximus dicebatur; is enim ut ibi ſcribit idem Author nuncupari ſolitus.

Divum pater, atque hominum Rex.

Sed ad rem noſtram redeamus: Stomachi Philodemici humilitati tribuit, quod contentus ſit inter Deos infimæ notæ ponere Philodemum ſuum, de quo non ita pridem dictum parùm ſibi videri etiam cum Jove æqualitas. Ita admirabili quadam armonià Sectanus in uno, eodémque ſubjecto ſenſus cum ratione pugnam ponit, ſententiamque diſcordem conciliat, itaut certo, elegantique ratiocinii nexu profiteri videatur, quod novo quodam, & præternaturali ordine rectius ſe habeat ſenſus, quàm intellectus Philodemi.

182. *Qui lambunt patinas &c.* Dixiſſes Italicè: *che ſono i lecca piatti del cielo*: Sub hac loquendi phraſi comprehenduntur Helluones, & Paraſiti, qui menſæ aſſidentes divitum, nè ciborum quidem quiſquiliis præ nimià voracitate parcunt; ſicut & ji de ſervorum ſorte, quibus comedere datum, & conceſſum ſolùm eſt quidquid cibi de dominorum menſâ dimidiatum, ſeu penè abſumptum jubentibus ipſis aufertur.

183. *De plebe Deorum &c.* Idem eſt, ac infimum locum tenere inter Deos. Prçivit Sectanum Ovidius Metamor. 1. agens de Deorum gradibus.

Plebs (Deorum) *habitat diverſa locis.*

& infra.

Nec de plebe Deo, ſed qui cæleſtia &c.

184. *Quid facies chari &c.* Aliquem ex illuſtribus, divi-

185 *Atque Tarentinæ nondum venere Kalendæ,*

Exi-

NOTÆ.

tibuſque Ephebis, quorum in his Satyris, frequens mentio, indicare videtur, penès quem Philodemus aſſiduè prandebat.

184. *Sportula &c.* Sportula propriè vaſis genus ex vimine, aut juncis, aut ſimili levi materia, quæ græcè σπυρίδιον dicitur, ut habes ex Plaut. in Curcul.

Qui incedunt ſuffarcinati cum libris, cum ſportulis &c.

Quoniam verò in ſportulis pecunia, quandoque etiam cibus in quotidianum uſum deferri ſolebat, factum eſt, ut ſportula pro jis cibis, & pro ea pecuniâ acciperetur, quæ à Magnatibus quotidie dabatur illis, qui ipſos officii gratiâ eſſent concomitati, aut domi ſalutaviſſent. Sequutus eſt Sectanus Juven., qui Saty. 1. v. 95.

Nunc ſportula primo

Limina parva ſedet turba rapienda togatæ.

Et Saty. 3. v. 249.

Nonne vides quanto celebretur ſportula fumo?

Hanc Græci δεῖπνον ἐν σπυρίδι, ideſt, *cœnam in calatho* appellavere, de qua re vide Athenæum lib. 8., qui apud Græcos ſervorum cœnam eſſe affirmat. Hujus autem loci talem eſſe ſenſum patet; Quid facies, ò Philodeme, ſi tandèm fortè nequibis menſas tam lautas frequentare, certè ſtomachus tuus te non amplius dicet de grege Deorum eſſe, ſed ad priſcam veſcendi conſuetudinem redactum te propriæ conditionis memorem faciet.

185. *Atque Tarentinæ &c.* Ideſt, nondum menſis elapſus eſt, quo menſtrua tibi ſolvatur merces, quæ è Tarento mitti ſolita ſingulis Kalendis. Morem tangit, quo ſervi, famulique ad finem cujuſcumque Menſis ſalarium à Dominis reportant, velùt famulitii mercedem. Licèt autèm Kalendæ primus dies Menſis ſit, elegantèr, poeticèque pro eodem Menſe ponuntur; at magis congruè in noſtro caſu, nam uno verbo commodè, aptèque ſignificatur Menſis jam exactus, novique initium jam cœpiſſe.

186. *Exi-*

Exiguoque tibi tepet olla domeſtica farre ?
Octobres properate dies, & perlita muſto
Tempora, quæ vacui rugas extendere ventris
Sufficiant, rabidique famem pacare poetæ.

190 *Iam*

Notæ.

185. *Exiguoque tibi &c.* Quod à Plinio lib. 18. cap. 7. ſcriptum fuerit, Populum Romanum per CCC. annos farre pro cibo uſum fuiſſe, ad frugalitatem illius gentis referendum: At poſtmodùm luxu invaleſcente, à nobilium Menſis far exulavit, tantumque vilibus perſonis in cibum tributum fuit. Id innuit Perſ. Saty. 4. v. 30.

Tunicatum cum ſale mordens
Cæpe: & farratà pueris plaudentibus ollà
Pannoſam fæcem morientis ſorbet aceti?

Undè Juven. Saty. 14. v. 169.

Sed magis fratribus horum
A ſcrobe, vel ſulco redeuntibus, altera cœna
Amplior, & grandes fumabant pultibus ollæ.
Nunc modus hic agri noſtro non ſufficit horto.

Adde, quod & idem Juven. ad priſcorum Romanorum frugalitatem referat Saty. 11. v. 109. illud:

Ponebant igitur Tuſco farrata catino
Omnia tunc:

Undè poſtquam luxus crevit benè Mart. lib. 13. Epigr. 8. de farre, ait:

Imbue plebejas Cluſinis pultibus ollas,
Ut ſatur in vacuis dulcia muſta bibas.

Tunc enim far muſto condiebatur non tantùm, quod ad ſanitatem proficeret, ſed quod ſaporem augeret, vt animadvertit Turneb. lib. 25. cap. 28.

137. *Octobres properate dies &c.* Vindemia ſiquidem fit, uvęque ad maturitatem devenere, quæ quia ex unâ parte minimo venduntur pretio, ex aliâ verò ſuâ dulcedine, ac ventoſitate ſatiant, & tumefaciunt ventrem, idcircò ſunt cibus maximè accomodatus illi, qui eodem tempore ſumptui parcere, & largitèr, opiparèque commeſſari exoptat.

190. *Jam*

Jam ſatis eſt, Sulci, fruſtrà me vincere tentas:
Nil mihi cum pueris, nec multum ſcire laboro
De cute quid faciant Titus, molliſque Cuminus
Et quantùs Circæ ficus naſcatur in hortis.

Quam-

NOTÆ.

190. *Jam ſatis eſt Sulci &c.* Sulcium interrumpit Barrus, neſciens ulterius ferre ea, quæ in Philodemum dicebantur: quemadmodum ab initio propoſuit per totam hanc Satyram dialogizat Sectanus.

190. *Fruſtrà me vincere &c.* Ideſt: Nil moror quæcumque contra Titum, & Cuminum dixeris; ſatis eſt mihi nullo modo ſuaderi poſſe, & convinci, quo minus faveam Philodemo, de cujus virtute ita plenè ſum certus, ut nil à conceptâ ſententiâ movere me valeat, quidquid in contrarium oſtendere, probareque nitaris.

192. *De cute quid faciant &c.* Nempè an cutem faciei unguentis, fuciſque exornent.

192. *Molliſque Cuminus &c.* Cumini nomen nullibi legi apud Authores, niſi quatenùs exilem herbam, quæ maximè in Æthiopiâ naſcitur, folio feniculo non diſſimilem, velit ſignificare, de cujus ſemine ajunt, quod in vino epotum pallorem generet, uti eſt teſtis Horat. lib. 1. Epiſt.

Biberent exangue cuminum.

Et poſt eum Perſ. Saty. 5.

Pallentis grana cumini.

Ex hac igitur exilitate, & ex effectibus, qui huic ſemini inſunt duo obſervanda occurrunt, quæ quia forſan ad characterem hujus viri, quem Cuminum vocat Sectanus, accommodari poſſunt, non injucunda Lectori obvenient: A cumini igitur exilitate ortum habuit adagium illud Græcis communiſſimum; κυμινοπρίστης, ideſt *cumini ſector*, quo connotatur impendio parcus, ac ſordidus homo: prout meminere Ariſtot. lib. moral. 4. inquiens: *Ex hoc genere cumini ſector, & quiſquis ejuſmodi*; Theophraſ. Idyll. x.

Lenticulum coquere, paſtor tibi præſtat avarè,
Nè fodias digitos, cupiens ſecuiſſe cuminum.

Et

Quamquã vanus homo noſter Calaber, tamen ille
Doctrinâ Cynicos, & Stoica menta reliquit

Poſt

NOTÆ.

Et tandem Alexis in Philocalo apud Athęn. lib. 8. inquiens:

Cæterùm novi probè
Cyminopriſtæ olìm eſſe jam mores ſibi.

Si igitur antiquorum Græcorum voce loquendum eſt, nil impedit, quo minus Cuminum noſtrum ſordidum hominem putemus; ſi autem ſeminis ab hac herbâ procedentis effectus jam ſupra enunciatos conſideremus, eumdem pallidum, penèque colore exanguem dicamus. At jam & illud ſuccurrit de Cumino herbâ, ex Teophraſ. doctiſſimo Philoſopho lib. 8. de Plant. Hiſt. *Peculiare eſt, quod de eo memorant. Ferunt namque imprecationibus, & maledictis opus eſſe, ſi, qui ſerunt, illud copioſum, pulchrumque provenire velint.* Undè ab hujus herbæ natura ortum eſt proverbium, *Cuminum ſerere*, de homine virulentæ linguæ, quique effreni oris petulantiâ maledicus convicia, diraſque ſeminat. Hoc autem me docuit Demetrius Phalereus, qui ſcribit Sophronem mimographum eò uſum, inquiens, *Cuminum ſevit.* Forſan ſub Cumini nomine hominem maledicum Sectanus occuluit, imò etiam impendio ſordidum, colore exanguem, & ſimul effęminatum, faciemque coloribus fucare ſolitum.

194. *Quamquam vanus homo &c.* Peſſima Philodemi defenſio, quæ à probris incipit, licèt per modum excuſationis relatis; quis enim eſt, qui neſciat illam eſſe veram maledicendi rationem, quando culpa cum bono mixta breviter tangitur, nec tamen vindicatur? Ita ex hac regulà Barrus vanitatem primùm in Philodemo fatetur, antequam de eo aliquid laudabile proferat.

195. *Doctrinâ Cynicos &c.* Imitatus videtur Juven., qui Saty. 13. v. 121.

Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit
A Cynicis tunicâ diſtantia.

At ſenſus diverſus eſt: Quandoquidem Juvenalis proponit amico furtum paſſo non quærendum ſolamen è doctrinâ Philoſo-

Poſt ſe. Qui melius conſtanti pectore anhelat
Pin-

Notæ.

loſophiæ Stoicæ, & Cynicæ, ſed aliud longè diverſum contra animi, corporiſque paſſiones; At noſter Sectanus ſcientiam cunctorum dogmatum, quæ ex Cynicis, Stoicisque monumentis depromuntur in Phlodemo ineſſe ſupponit, laudantemque Barrum probat, ſi tamen non ironicè id factum. Crederem tamen Stoicæ, & Cynicæ Philoſophiæ mentionem hîc factam ſine excluſione dogmatum reliquorum Philoſophorum, & propoſitionem hanc de quacumque doctrinâ Philoſophicâ genericè ſumendam, itaut dicere voluerit Philodemum ſummum Philoſophum eſſe. Quo autem ad utramque ſcholam pertinet, ſciendum, quod Cynica hęreſis Stoicæ mater fuit: Illam Anthiſtenes Socratis diſcipulus incępit; Diogenes, & Crates Thebanus abſolvere. Tam Cynici, quàm Stoici opes contemnebant, virtutem nullâ re indigere, & ſibi ſufficere ad beatam vitam profitentes, undè illa ad quæcumque tam bona, quàm mala ridenda inſenſibilitas. Itaque ſenſus, hujus loci eſt, quod quamvis Pilodemus aliquâ ſui vanitate deceptus ſit, attamen nullum ex eâ ſibi crimen ineſſe, prævalente virtute, qualem Cynici, Stoicique oſtentabant.

195. *Stoica menta &c.* Menta eleganter pro barbis poſuit, barbas autem haſce pro dogmatibus à barbaris Philoſophis profeſſio intelligit. Prolixam, incultamque barbam ferre, veterum Philoſophorum mos fuit, quod ea quamdam gravitatem, omniumque deliciarum contemptum oſtentaret, ſi non re, ſaltèm aſpectu mundi oſores apparere cupientes. Conſtans fuit adeò hæc conſuetudo, ut inde originem habuerit adagium illud: Ideſt, *Barba tenus ſapientes, & barba tenus Sophiſtæ, & Philoſophi*, de jis dictum, qui præter barbam, & pallium nihil haberent Philoſophi. Cui alluſit Horat. cùm ait:

Juſſit ſapientem paſcere barbam.

Indè Luciani jocus in Philoſophorum profundam barbam: *Si Philoſophum oporteat ex barbâ metiri, hircos primam laudem ablaturos.* Adde, & Mart. illud

Derpendet mento, nec tibi barba minor.

196. *Qui melius conſtanti pectore anhelat &c.* Pindari verſus

Pindaricos æſtus? Linguâ nam dives Acheâ
Grande ſonat, totaſque ſapit cum Elicone Sorores.
Nil ne referre putas, quod nuper Fœmina tanti
Mota

NOTÆ.

ſus tantâ efficaciâ, tantâque vi pronunciat, ut vix reſpirare queat; anhelare enim nil aliud eſt, niſi maximo cum labore reſpirare. Eſt hæc alia parte laudis Philodemicæ.

197. *Pindaricos æſtus &c.* Videlicèt, Pindari carmina quodam quaſi æſtu, ſeu furore poetico à ſuo Authore compoſita; cùm enim æſtus maximum calorem denotet, benè Poetis tribuitur, quibus & Phœbeus dicitur ineſſe furor à maximo calore procedens, ſeu potius mens vi quadam divinâ concitata, negante Democrito quempiam Poetarum magnum eſſe poſſe ſine furore. Undè Cic. de Divinat.: *Ineſt animo præſagitio extrinſecus injecta, atque incluſa divinitùs, ea ſi exarſit acrius, furor appellatur, cùm à corpore animus abſtractus divino inſtinctu concitatur.*

197. *Linguâ nam dives Acheâ &c.* Solita & Philodemi, & eorum, qui ei adulantur cantilena, ad nauſeam recocta; eſſe ſcilicèt eum in literis Græcis verſatum, idque ſatis eſſe ad efforđum hominem, ſi è Græco fonte ſcientiarum puriſſimas aquas ebibetit, cùm omnia reliqua extrà Græciam poſita putida, & vilia ſint, atque inſulſa, exceptis Lucretio, & Baccone.

198. *Totaſque ſapit &c.* Ideſt, qui Muſarum, cæterorumque Numinum Poetis præſidentium ſapientiam refert; Phraſis hæc deſumpta videtur ex Perſio Saty. 1., ubi.

Cùm ſapimus patruos.

Videlicèt, cùm tantùm ſapimus, quantùm patrui &c.

199. *Nil ne referre putas &c.* Et hæc non minima Philodemi gloria, quod ejus fama, ut celeberrimi viri, Italiam tranſgreſſa, monteſque, in ſui admirationem etiam longiſſimos populos pellexerit.

199. *Quod nuper fœmina &c.* Sed quid ex tot exteris gentibus ſola fœmina famam, virtutemque Philodemi agnovit? *Ex Deo famam mimum fecit.* Quid poſteà, ſi hæc fœmina

Mota viri famâ, lucem donaverit ultrò
Sermoni egregio, quo ſoſpite vindicat ævum
Endymion? Oh belle! quæſo dic mihi, ſodes,
Quanti emit Viduam? Nugas cudiſſe meracas
Si

NOTÆ.

quoque, quæ profertur, vanum, mendax, ſuppoſititiumque nomen fuerit? Rem enarremus prout eſt, nè aliquis veritati fucus ſit. Editus Romæ Endymion, & poſt eum Bionis Cratei, ſeu potius Philodemi diſcurſus Typis Komarek anno 1692, ut diximus ad verſ. 192. tertiæ Satiræ. Philodemi ambitionem torquebat, quod Opuſculum illud ſuum tantùm ut Appendix Endymionis fuerit poſitum, ex quo majeſtas ejus imminuta appareret, quod non ſtatim titulus, & nomen legentibus obvium, penè lateret; Antidotum tanto malo ſtatim excogitavit. Novam editionem apud Batavos à Viduâ quadam vulgatam ſimulavit, non juſſam, ſed ſpontè factam; At re verâ eadem erat, ac prima, papyro, charactere, omnibuſque aliis Notis indicantibus; Solus autem libri titulus, & is quidem iiſdem Typis impreſſus, differebat, nam ubi prius in fronte ejuſdem Endymion ſeſe offerebat, jam non Endymion, ſed Bionis diſcurſus eſſet, ex cauda caput factus, parique modo Amſtelodamenſis Viduæ nomen in extremo primæ paginæ habebat. Duplicem hinc, deſideratumque finem ſe conſecutum eſſe cenſuit Philodemus. Primò, nimirum inſinuandi libellum hunc apud exteros in magno fuiſſe pretio. Secundò, nomen ſuum in ipſa fronte libri locatum ante Endymionem, contra id, quod in prima editione actum fuerat cum maximo ſui dolore.

201. *Quo ſoſpite vindicat &c.* Quaſi ipſe Endymioni vitam dederit, aut ſaltèm hoc ſuo diſcurſu protulerit.

202. *Quæſo dic mihi &c.* Verba Sulcii redarguentis hujus fabulæ aſſertorem, irridentiſque ejus credulitatem.

203. *Quanti emit Viduam &c.* Nempè quantùm pecuniæ ſolvit Viduæ, ut novæ huic æditioni operam daret? emere enim eſt, quicquid pretio venditur, & locatur: Typographi

autem

Si gratis voluit, digna eſt amittere dotem
Juſſu Prætoris. Sed paruâ mole libelli
Iam properent Dominæ contingere mœnia Romæ,
Et plaudat reduci Umbricius, Maculoque Bioni.
Expe-

Notæ.

autem non ſolùm locant operas ſuas, ſed ipſam characterum impreſſionem vendunt certo pretio conſtituto.

203. *Nugas cudiſſe meracas &c.* Dixere Plaut. in Menec.

Nugæ ſunt meræ.

& Apulejus: *Folia ſunt artis, & nugæ meræ.* Idem eſt meræ, ac meracæ. Quid autem nugarum nomine intelligendum ſit, ipſum ſcias hoc titulo nuncupari Philodemi diſcurſum poſt Endymionem ſub nomine Bionis Cratei vulgatum: *nugæ* appellatum, quia nugæ proverbialitèr dicuntur verba frivola, & nihil ad propoſitum facientia, ridicula, parum ſeria, ſuperflua, inania, futilia &c. ſic nuncupatæ, quod nihil agant, & nullius ſint precii, nec ponderis. Teſtem habes Plaut. in Trin.

Hic poſtulet frugi eſſe, nugas poſtulat.

& Perſ. Saty. 1.

Nè mihi Labeonem prætuleris. Nugæ.

204. *Digna eſt amittere dotem &c.* Curatore dato velut prodigæ, & ſubſtantiarum ſuarum diſſipatrici in typis ſuis mandando tales libros, qui nullius pretii ſint, nec facilis venditionis, unde certum damnum.

205. *Iuſſu Prætoris &c.* Prætoris officium etiam ad dandos prodigis curatores pertinebat. Hujus facultatis, & poteſtatis originem nè tædeat petere ab Opuſculo docti viri Ja: Gravinæ, cui titulus, *Specimen Iuris.*

205. *Sed parva mole libelli &c.* Fingit libellum hunc è Batavis reducem, ironicè quidem, nam nunquam Româ egreſſus: Plauſuque maximo excipiendum prædicit à Maculone, & Umbricio. Qui hi ſint, conſule notas, quas dedimus ad Satyr. 2. v. 171., ubi pro viliſſimis ex imâ plebe hominibus, proque fructuum, ſalſamentorumque venditoribus accipiuntur.

207. *Reduci Bioni &c.* Ideſt libello huic Bionis Cratæi nomen ferenti.

Expectatus ades; Scombrũ nam frigora mordent,
Rugoſumque piper tunicam ſuſpirat, & alec
Nudus trans Tyberim fœdâ putreſcit in orcâ.
Endymion miſerere Gari, vulvæque ſuillæ,

Ut

NOTÆ.

208. *Expectatus ades &c.* De illius libelli ficto Romam adventu gratulatur. Expectare autem pro deſiderare poſitum ad imitationem Cic. 14. Philipp., ubi ait: *Ea res, quam avidiſſimè civitas expectat*: In eo tantùm Sectanus hoc loco à Cicerone diſtat, quod ironicè loquatur, Cicero ſerie &c.

208. *Scombrum nam frigora &c.* Cauſam affert, qua tantùm hujuſcemodi adventus deſiderium inſit: videlicet, ut ex hujus libelli foliis fiat tunica ſcombris, Aleci, cęteriſque ſalſamentis tàm ex piſce, quàm ex carne confectis, conſarcinatis, necnon aromatibus. Scombrus autem marinus piſcis, de quo Plin. lib. 31. cap. 8. Admirare, Lector, quanta ſit vis in verbis Sectani, quomodove etiam in minimis rebus ſervet jocum, nec tamen vileſcat. Quod enim maius argumentum, quam dicere piſcem frigore corripi, cum ei pro involucro, & quidem ex more charta determinatur, quæ propriè hujuſmodi rebus adhibetur ex eo genere, ubi futilia, & inania, nulliuſque pretii ſcripta continentur.

209. *Et Alec &c.* Piſciculus, & ipſe marinus, Græcis teſte Theodo. μαίνις, Latinis ex Cic. Maenis, ſicut & Perſio Saty. 3. v. 76., apud quem legitur.

Maenaque quod primâ nondum defecerit orcâ.

210. *Tranſtyberim &c.* In Regione Tranſtyberinâ propè fluminis ripam hujuſmodi ſalſamentorum putida promptuaria cernuntur.

210. *Orcâ &c.* Vas ligneum ſpecie tereti, & uniformi, de quo nil attinet plura dicere, ex hoc ſiquidem genere adeò frequentèr noſtro obtutui ſe offert, ut deſcribere ſupervacaneum ſit.

211. *Gari &c.* Garum eſt liquamen ex inteſtinis piſcium ſale maceratis, quod primùm ex garo piſce confici ſoleret,

de

Ut ſperata tuis ſaltem Cocus oſcula chartis
Delibet. Renuis? fies convivia blattis.
Hîc ridere omnes, ſonituq; explodere Barrum,
Qui malè ſuſceptam Calabri defendere cauſam
Deſti-

NOTÆ.

de quo Plin. lib. 11. cap. 8. De eo quoque Martial. lib. 13. Epig. 82.

Nobile nunc ſitio luxurioſa garum.

Ceterum quod prius ex garo conficiebatur liquamen, poſteà ex Scombro piſce laudatiſſimo factum, ut docet idem Martial. lib. eod. Epig. 102., cui titulus: *Garum Scombrorum.*

Expirantis adhuc ſcombri de ſanguine primo,
Accipe faſtoſum munera cara garum.

211. *Vulvæque ſuillæ &c.* Hanc Romani in deliciis habuere, præſertim ejectitiam. Nam quam effetis à partu eximebatur tanquam lividam, & macram reiciebant, eaque melior, quæ partu ejecto, educebatur, quemadmodum teſtatur Plin. lib. 11. cap. 37. Hinc jocus ille Martial. Epig. 56. l. 13.

Te fortaſſe magis capiet de virgine porcâ,
Me materna gravi de ſuæ vulva capit.

Quod verò in deliciis, ut innuimus, apud Romanos fuerit, fatetur Juven. Saty. 11. v. 81. inquiens.

Qui meminit calidæ ſapiat quid vulva popinæ.

212. *Ut ſperata tuis &c.* Ut cum cæteris deſpectui ſis, nec ab eruditis, ut tibi erat in ſpe, exoſculeris, ſaltem à Coco, quando ſumen exculentorum, quæ involuis, lambere velit, oſcula accipias.

213. *Renuis &c.* Si ad hunc uſum probari renuas, nil aliud ſperare potes, quam corrodi à tineis, & blaptis, non aſſiduâ Doctorum lectione, manibuſque teri.

214. *Hic ridere omnes &c.* Ridere hîc non eſt plauſu, & quaſi quodam gaudio excipere; ſed eſt verbum irriſionis, quod proprium cachinni, ac æquivalet verbo deridere ad exemplum Ovidii 2. Faſto.

Ridet amatorem Lyda puella ſuum.

Ni potiùs explicare velis, quod eſt huic loco valdè commodum,

Deſtitit. Aſſurgunt Novius, Tarpæque gemelli,
Coccejuſque rogat Ligurinum, ut craſtinus adſit
Lecturus Quintam; rauco nam murmure turris
Vicina admonuit cœnæ, dulciſque grabati.

FINIS.

NOTÆ.

dum, ſenſumque litteralem ſequitur, omnes auditores riſiſſe præ gaudio, quod viderit tàm malè Barro ceſſiſſe tutelam pro Philodemi causâ ſuſceptam.

214. *Sonituque explodere &c.* Idem ac ſi dixiſſet Italus: *Cacciar via con le fiſchiate*:

216. *Aſſurgunt Novius &c.* Vide noſtras notas ad v. 11. hujus Satyræ quintæ.

216. *Tarpæque gemelli &c.* De Tarpis vide eaſdem notas ad v. 12. hujus Satyræ.

217. *Coccejus &c.* Hujus nominis memini in iiſdem notis ad v. 11. hujus.

217. *Ligurinum &c.* De Ligurino, vide, quæ dedimus in notis ad v. 6. Saty. 3., & ad v. 24. hujus Saty. 5.

218. *Rauco nam murmure turris &c.* Ideſt campana orologii ad turrem poſiti.

219. *Admonuit cœnæ &c.* Jam mediam noctem, aut propè; aut elapſam eſſe, tempuſque adveniſſe, & cœnandi, & cubitum eundi.

219. *Grabati &c.* Diſtinguit Cicero lib. 1. de Divin. grabatum à lecto. Verba ejus ſunt. *Venit enim jam in contentionem, utrum ſit probabiliùs Deos nè immortales circumcurſare omnium mortalium non modò lectos, verùm etiam grabatos.* In quo autem hæc diverſitas conſiſtat habes ex Græco γράβατος apud Suidam, penès quem hoc nomine indicatur exiguus lectus, & vilis, ut etiam diſcere fas eſt ex Virg. in Moret.

Membra levat ſenſim vili demiſſa grabato.

A Sectano autem poeticè ſcriptum eſſe grabatum pro quolibet lecto, & forſan ſplendido autumo.

Notas ad primum librum abſolvimus, brevi, quas ad ſecundum paravimus, publici juris faciemus. Videas, candide Lector;

ctor; num nè Sectanus reponendus ſit, ut cuidam placuit (nomini parco, verba profero) num, inquam, reponendus ſit inter ſcurras, & inſulſos Poetaſtros, cujus ad inficetam, & impuram dictionem tanta hominum turba, ſeu potiùs armentorum greges adhinniant. Judex queſo ſis, an ſemidoctorum tantùm hominum plauſus mereatur, & hæc carmina dicenda ſint peſtis, & inaudita temeritas, quæ ſimplicioribus fraudem inferat, & juventutem à recto tùm orationis, tùm vitæ inſtituto detorqueat. Ego verò communi fretus opinione alitèr ſentio: noſtrumque Authorem bono Litterarum, ac Reipublicæ natum, ut Deus ſemper fortunet, enixè exoro.

FINIS PRIMI LIBRI.



TECA NAZIONALE · DI TORINO